DOMINICI AULISII

J. C. CLARISSIMI,

ET ANTECESSORIS CELEBERRIMI

IN IV. INSTITUTIONUM CANONICARUM LIBROS COMMENTARIA.

P: Bernardus Mon: Weichenstephs.



VENETIIS, MDCCXXXVIII.

Apud Cervellinum Girtrude.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

DOMINICI AULISII

J. C. CLARISSIMI,

Ad primum Institutionum Juris Canonici Librum,

COMMENTARIA.



LIM apud Romanos duplex Juris genus extitit: alterum fuit Jus civile, quo singulorum Civium utilitati præcavebatur: alterum Pontificium, ubi de rebus sacris, de Sacerdotibus, de votis, de feriis, de sepulchris, & si quid ejusmodi est; sermo habebatur, & directè utilitati publicæ prospiciebat. At vero Jus Romanorum civile etiamnum præstat, beneficio primum Justiniani, qui in unum corpus redegit, deinde Lotharii II. qui iterum in usum revocavit. Hujus elementa in Institutionibus civilibus traduntur. Ceterum Jus Pontificium, quo Romani gentiles usi sunt, omnino evanuit, nec si extaret, nobis usui foret: nam in eo de vano Idolorum cultu agebatur. Itaque in ipsius vicem apud Christianos subiit Jus Canonicum, quo leges Dei, Conciliorum, Summorumque Pontificum comprehenduntur; quare hic nos hujus Institutiones dare, & explanare conabimur.

Has Institutiones ex libris Juris Canonici colle-

Digitized by Google

git Joann. Paulus Langellottus Perusianus Jussu Pauli IV. S. P. sicut jam olim Justiniani Jussu Institutiones civiles ex libris Juris civilis concinnavit Tribonianus, aliorum etiam opera adjutus. Verum non eadem ipsis fors contigit; nam Institutiones civiles approbatæ a Justiniano, vim legis habent: quod non est de Canonicis Institutionibus, quæ nec a Paulo IV. morte prevento, nec ab aliis Pontificibus vim legis obtinuerunt. Quocirca ad lites derimendas allegari non possunt, nisi id quod in ipsis expressum est, repetatur ex Constitutionibus Pontificiis, aut ex decretis Conciliorum, a quibus sine ulla mutatione excerptæ sunt. Et eapropter in Gymnasiis Perusino, Bonienſi, aliisque receptum est, ut explanentur, ex declaratione Gregorii XIII. ut refert Petrus Gregorius in *Syntagm. Juris canonici lib.* I. *cap.* I. *num.* 16.

Verum, ut de libris Juris Canonici aliqua generatim cognoscamus, meminisse oportet, eas dividi in decretum, & decretales, qui a diversis auctoribus compositi sunt, nec æqualem auctoritatem habent.

Decretum ferme coagmentatum, commissumque est ex SS. Patruum dictis, actis Conciliorum, & Sacræ Scripturæ locis, opera Gratiani ex Clusio urbe Hetruriæ Monachi ex familia D. Benedicti A.C. 1151. sub Eugenio Papa III. In quibusdam hujus Decreti capitulis adscriptum est nomen *Palea*, quod quid sibi velit, non admodum clarum est. Nam Joann. Andreas voluit, hunc fuisse Gratiani discipulum, qui hæc capita ad primam Gratiani collectionem addidit, ut propterea nomen ipsius gestent, ne scilicet Gratiani credantur. Alii vero putant illis Paleæ nomen additum, quia res parvi momenti, & leves, ut paleæ, continentur.

Equidem verius puto, hoc nomen Paleæ præponi anti-

Digitized by Google

antiquioribus Canonibus,& Decretis,& ſcribi debere cum dipthongo Palæa;quia & in Baſilicis ſæpe video τὰ Παλαιὰ nominari ſimpliciter antiquum Interpretem. Exempli gratia in *can.*2. 31. *q.*2. adſcriptus eſt titulus Palea, quia ea conſtitutio eſt Hormiſdæ, qui eſt ex antiquioribus Pontificibus ita Cujacius in *cap.* 1. *de deſponſatione impuberum.*

Ceterum decretum iſtud in tres principales partes dividitur. Prima comprehendit diſtinctiones 101. quæ de Perſonis Eccleſiaſticis principaliter agit. II. Habet cauſas 36.ubi de materia, & forma Judiciorum tractatur.III.Denique compoſita eſt ex diſtinctionibus 5. quæ appellantur de conſecratione, & agit de rebus ſacris, Donjat in *Hiſt. Juris can p.*2.*c.*1.

Sed quia Gratiano nonnunquam in ſuo decreto erraſſe, quæ eſt humanitatis conditio, contigit; ideo Romæ de ipſius emendatione diu agitatum eſt ſub tribus Pontificibus Pio IV.,P ioV. & GregorioXIII., cujus tandem juſſu volumen illud emendatum prodiit, de qua re Ant. Auguſt. in *Dialogis de emendatione Gratiani*. Nihilominus libri huius decreti vim legis non habent, cum a SS. Pontificibus nunquam id ipſis impertitum & conceſſum ſit; modo excipias ea, quæ Gratianus a Sacris Bibliis, vel a Conciliis Univerſalibus excerpſit.

Non ita longo poſt tempore ſequutę ſunt Decretales, quæ leges ſunt a Pontificibus promulgatæ. Nam Gregor. IX. quinque primos libros evulgavit, uno volumine comprehenſos, cui volumini deinde a Bonifacio VIII. additum eſt volumen, quod dicitur *Sextum*, quod & ipſum in quinque libros diſtinguitur. Decreta hæc Bonifacii nunquam fuere recepta in Gallia propter inimicitias capitales,quæ interceſſerunt inter Reges Galliarum,& Bonifacium illum, Quia-

Digitized by Google

Cujacius in *cap. ad audientiam*, *de sponsalib.* In hoc etiam leguntur Clementinæ a Clemente V. in Concilio Viennensi sancitæ, item Extravagantes Joann. XII. & demum Extravagantes communes diversorum Pontificum.

Bonus Jurisperitus utrumque Jus noscat, necesse est; præsertim cum unum alteri conjunctum sit, & lucem sæpe dant, recipiuntque. Nam leges non dedignantur sequi Canones: & è diverso P. Scevola apud Romanos Pontifex dicebat, Pontificem neminem bonum esse, nisi qui Jus civile cognosset, Cic. 2. *de legibus*. His ita positis, ad rem nostram breviter aggrediamur.

De Jure Canonico.

TIT. I.

QUoniam universalia, quæ sunt numero pauciora, facilius cognoscuntur, quam particularia, quæ sunt numero pœne infinita; ideo Langellottus primum de ipso Jure Canonico in universali agit; quod quidem nomen habet a Græco κανὼν, quod aliquando regulam significat, *can. regula, dist.* 3. nam in hoc jure continentur, quæcunque ad disciplinam, seu regimen Ecclesiasticum conducunt. Canon etiam quandoque est certa cibi, seu pecuniæ portio, quæ militibus, seu aliis datur, unde pensio, quæ domino emphyteusis persolvitur, annuus canon appellari consuevit: hinc factum est, ut Sacerdotes, qui præbendam accipiunt, dicantur Canonici; nam præbenda canon est. Quod tamen improbatur a Wolutino Abbate, *homilia de zizania*, qui Canonicos non a Canone vitæ dictos docet. Vide Vossium in *Etymol. v. Canon.*

Digitized by Google

Jus

Jus canonicum ita definitur a Langellotto hic. Est quod civium actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit; quæ verba quia non solum Juri Canonico competunt, sed etiam consilio, quoquis nos ad salutem æternam dirigere potest, ideo veram definitionem non constituunt. Quare recta Juris Canonici definitio ita concipietur. Est Jussio justa ab eo, qui supremam potestatem in Ecclesia habet promulgata. Explicatur definitio.

Dicitur jussio, nam proprium legis est jubere, sicut consilii admonere: unde jus a jubendo dicitur, & jura olim nuncupabantur jussa, ut Festus testatur, *l. legis virtus ff. de legib.* Hinc est, quod recte Suarez 1. *de legib.* 5. cum Scoto in *disp.* 6. *q.* 1. docet legis constantiam consistere in actu voluntatis; nam jussio & imperium actus voluntatis est, cum fiat per verbum, *volo*: quocirca sæpe voluntatis nomen pro ipsa lege usurpatur in Sacris Bibliis, ut in Oratione Dominica, *Fiat voluntas tua.* Et in *l.* 1. *ff. de constit. Princip.* habetur: *Quod Principi placuit, legis habet vigorem.* Quæ verba sine dubio actum voluntatis indicant. Sed è diverso D. Th. 2. 2. *q.* 90. *art.* 1. legis substantiam in actu intellectus reponit, qui discernit medium aptum & rectum ad populos regendos. Quod tamen non placet; nam quamvis verum sit, ad legem requiri, ut intellectus cognoscat medium istud, tamen illa cognitio lex non est, sed tunc demum in legem evadit cum populo imperatur.

Dicitur justa; ubi notandum est, dari res nonnullas, quæ in se, & semper justæ sunt, ut præcepta naturalia, honestè vivere, cum reliquis. Aliquas vero res, esse in se indifferentes, & has dici justas, si ad regimen & salutem populi sint idoneæ, injustas vero si non item. Nam sæpe fit, ut quod respectu unius

Digitized by Google

populi eſt juſtum, reſpectu alterius fit injuſtum. Hinc eſt, quod uſus armorum, qui aliis nationibus interdicitur, Helvetiis lege jubeatur: nam ea gens uſu ferè armorum, & belli vivit, militando Regum externorum ſtipendiis, Simlerus *de Rep. Helv. lib.* Itaque cum dicitur, legem eſſe debere juſtam; id intelligitur, ut in ſe talis ſit, vel adaptetur utilitati civium; nam ut Cicero ait, *Salus populi ſuprema lex eſto.* Ubi notandum, duplex diſtingui juſtum a Suarez *1. de legib. 2. n. 9.* Unum ſecundum naturalem rationem, quod nunquam deficit, ſi ratio non erret. Hoc appellatur etiam æquitas naturalis. Ita naturali æquitate nepotes ſuccedunt in locum filiorum, *l. 1. §. ſi filius, ff. de ſuis, & leg.* Et æquitatis ratio non patitur inaudita cauſa quem condemnari, *l. 1. ff. de requirend. reis.* Et natura æquum eſt, neminem cum alterius nocumento locupletari, *l. nam hoc, ff. de condict. indebiti.*

Alterum legale, quod lege humana conſtituitur, & hoc licet in univerſali juſtum ſit, ſolet in particulari deficere. Nec propterea lex injuſta eſt, quia neceſſe eſt univerſaliter ferri: defectus autem ait Ariſtoteles non ex legislatore, ſed ex materia ipſa provenit.

Dicitur ab eo, qui ſupremam poteſtatem in Eccleſia habet, hoc eſt a S. Pontifice, cui a Chriſto tradita eſt ſumma in univerſali Eccleſia poteſtas, cum dixit Petro, *Paſce oves meas.* Nam Principes laici omni carent poteſtate ſtatuendi quidquam in Eccleſia, & leges Juſtinianeæ, quæ ſunt in *C. de ſacroſ. Eccleſ. & de Epiſc. & Cler. & in auth. de reb. Eccleſ.* cum aliis ſimilibus, quæ directè pro Eccleſia, & Eccleſiaſticis Perſonis lata ſunt, nullam vim obbligandi habent, ut docent noſtri ex *cap omnes Principes, de major. & obed.* ex *cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutionib.* quamvis aliter crediderint Orientales Epiſcopi, qui ex legi-

Digitized by Google

gibus Iustinianæis sibi eas regulas concinnarunt, quas νομοκανόνια, sive νεονομοκανόνας vocant, quas primus collegit Joann. Scholasticus, qui Eutychio C. P. in exilium pulso suffectus est a Justiniano. Vide Nicolaum Alemannum ad *Historiam Arcanam Procopii*. Hinc ergo Jus Canonicum distinguitur a Jure civili, quod fertur ab eo, qui in Civitate primus est, ut in regimine Democratico est populus, in Aristocratico sunt Optimates, in Monarchico est Rex.

Ceterum Episcopi obtinent in suis Diœcesibus Jus condendi leges, cum Episcopus eam potestatem in sua Diœcesi habeat, quam Pontifex in toto Orbe Christiano, sive ea sit immediate ex Christi institutione, sive ex Pontificis mandato, ut suo loco disputabimus.

Dicitur promulgata: propterea quod lex ad hoc conditur, ut a populo servetur, nec potest servari, nisi cognita sit, nec alio modo cognita fieri potest, nisi per promulgationem: quare cum novæ leges antiquis Romanis ferebantur, ære incisæ populo legendæ proponi consueverant pro rostris, seu in foro, ut de legibus Decemviralibus habetur in *l. 2. ff. de orig. Juris*. Ubi vero leges promulgatæ sunt, omnes omnino cives ligant, prorsus ut qui eas fortasse violat, non potest se excusare, quod ipsarum notitiam non habuerit, quandoquidem culpa est, nescire, quod scire tenemur. Omnes autem tenemur leges scire. De peccato inscienter commisso habetur in *Levitici cap. 4.* ibi: *Anima, quæ peccaverit per ignorantiam*. Unde est, quod hodie nemo salvari potest per Baptismum, etsi legem Baptismi nesciat, uti est de infantibus, & de iis, qui procul inter barbaros nati sunt.

De

Digitized by Google

De Jure Divino, Consuetutine, & Constitutionibus.

TIT. II.

JUs noſtrum partim eſt ſcriptum, ſeu eſpreſsè ſtatutum, quod ex Jure Divino, & coſtitutionibus collectum eſt; partim eſt non ſcriptum, ſeu conſuetudinarium: quorum omnium, quia Divinum, eſt nobiliſſimum, propterea de eo præ omnibus eſt dicendum.

Jus itaque Divinum eſt, quod Deus dedit Hebreis, & Chriſtus cunctis gentibus illud extat in libris veteris Teſtamenti, iſtud in libris teſtamenti novi, in quibus omnibus ſupremus naturæ Auctor ſuam mentem teſtatus eſt circa ea, quæ voluit vel obſervari, vel abhorreri ab hominibus.

De Jure Divino veteris Teſtamenti.

VEteris Teſtamenti Jus in tres partes dividitur, in Præcepta Moralia, Cæremonias, & Judicia, *Deut. 6.* Per Præcepta Moralia Hebræi efficiebantur boni in ſe: per Cæremonias boni in ordine ad Deum per Judicia, ſeu Judiciales leges boni in ordine Proximum. Quod deinde imitatus eſt impurus Muhhamedes, qui non modo caput religionis, ſed & regiminis politici haberi voluit.

Amplius in eo Jure duplex ſenſus locum abet, literalis, & myſticus, de quibus hic agendus eſt. Senſus literalis eſt, quo id tantum cognoſcimus, quod verba prima fronte oſtendunt, nec præter id, ultra exquirimus, & ex eo tantum deducuntur propoſitiones

Digitized by Google de

de fide. Hinc eſt, ut de fide ſit quod canis Tobiæ cauda adblandiebatur. At vero ſenſus myſticus de fide nō eſt cum varius, & multiplex eſſe poſſit; niſi myſticus sēſus tranſierit in literale: quod eſt, quando illud Deus revelauit per Prophætas. Puta, olim Præceptum fuit Hebræis, ut Agnum Paſcalem ederent oſſibus non comminutis; & hic eſt ſenſus literalis. Miſticus autem qualis ſit declaratum eſt ab Evangeliſta Ioanne *cap.* 19. nimirum agnum eſſe Criſtum, cui Cruci ſufixo crura, & reliqua oſſa illeſa fuerunt, nec fracta, ut latronibus. Quare jam ſenſus iſte, licet myſticus, de fide eſt. Duplex hic Scripturæ ſenſus etiam agnoſcitur ab Hebræis, quibus literalis dicitur nudus, ſeu patens myſticus vero quæſitus. Vide Cuneum *de Rep. Hebræor. lib.* 3. *cap.* 8. Nonnullis Rabbinis ſenſus literalis dicitur *Dabhar Katon*, Miſticus vero *Dabhal Gadhol*.

Senſus Miſticus originem habet ex eo, quod in lege Divina hoc proprium eſt, ut præter utilitatem præcepti, aliquid aliud per figuram denotetur, juxta illud, quod dicitur 1. *ad Corinth.* 10. *Omnia in figura contigebant illis*. Itaque a Teologicis triplex ſenſus myſticus diſtinquitur Tropologicus, Allegoricus, & Anagogicus.

Tropologicus ita dicitur, quaſi ratio Moralis: eſt enim a Græco τρόπος, hoc eſt, *mos*, & λόγος *ratio*. Nam eſt quam per figuram æternam intelligimus regulam, qua recte mores docemur; ut per præceptum Circumciſionis carnis, qua Hebræi a Paganis ſecernebantur præfiguratur Circumciſio cordis, qua diſtinqueretur a peccatoribus: quæ a D. Paulo ad *Rom.* 2. dicitur, *circumciſio cordis in ſpiritu, non in litera.*

Allegoricus hic eſt, quando legis præcepta Chriſti my-

Digitized by Google

mysteria præfigurabant: nam *umbra futurorum est corpus Christi*, D. Paulus ad *Coloss.* 2. Tale est, quod modo diximus de Agno paschali.

Anagogicus dicitur quasi sursum ducens, & in eo positus est, ut significet cœlestem gloriam, & bona, quæ nobis sursum in Cœlo parata sunt. Ut præceptum *Levit.* 11. omne, quod reptat super terram, abominabile est, nec assumetur in cibum: quod significat, nos si inter Dei dilectos assumi velimus, ne reptemus, hoc est segregemus nos a rebus hujus Mundi & mentem elevemus ad Deum.

Ceterum hoc Jus jam cessavit post Christi mortem, quidquid in contrarium velint Hebræi, & Heretici Nazaræi, qui illud esse perpetuum contendunt, ut latè habetur in *Act. Apost. cap.* 15. *ve.* 10. *& seq.* quod jam futurum dixerat Malachia *cap.* 1. ubi dicitur totum cultum sacrificiorum veteris legis a Deo mutatum iri in aliud purissimum sacrificium, quale est nostrum, in quo Christus offertur pro hostia æterno Patri. Vide Justinum Martirem in *Dialogo cum Tryphone*, & Suarez in *tract. de legib.* Verum circa præcepta Moralia sunt, qui distinguant, ea cessasse ut tradita in lege Moysis, sed adhuc durare, quatenus Juri naturali consona sunt. Ita Sotus 2. de *justitia q.* 5. *art.* 4. *concl.* 2. Mediña 1. 2. *q.* 98. *art.* 5. Sed verius fortasse est præcepta Moralia aduch nos obligare, quia fuerunt a Christo confirmata, *Mathæi* 5.

Præceptis vero judicialibus non possumus nos uti, tanquam Jussis in lege Moisis, cum jam sint abrogata: possent tamen pro arbitrio recipi, seu imitari aliqua ob ipsarum utilitatem civilem. Adde leges Romanorum in multis concordare cum legibus judicialibus Hebræorum, ut patet ex libro, qui iscribitur *Collatio legum Mosaicarum cum Romanis*, quem P. Pithæus

Digitized by Google

thæus publicavit. Hujus Collationis auctor Licinius Rufinus esse creditur.

Tandem de Cæremoniis dicendum omnino est, ipsarum usui omni de causa esse prohibitum, & mortiferum; licet enim Cajetan. 3. *part. q.* 37. *art.* 1. dicat non esse mortiferum, uti circumcisione, modo fiat, sine *spiritu* legis veteris, sed solum quia Christum piè imitari velimus, ut fieri solet ab Æthiopibus & quibusdam Græcis, qui in Ægypto degunt, in *Hist. Imperii Osmanici lib.* 2. *cap.* 12. ita & Ecclesia Latina ad Christi imitationem in azymo consecrat; tamen contrariam opinionem tuentur plurimi Teologi post D. Th. in 4. *dist.* 1. *q.* 2. *art.* 5. *quæstiunc.* 3. *ad* 3. ubi ait, non posse cohonestari actum circumcisionis ex quocumque fine honesto, quia ex prohibitione factus est malus: & actus malus non cohonestatur ex bono fine.

De Jure Divino Novi Testamenti.

CHristus legem suam non scripsit, sed verbo tradidit, D. Paulus 2. ad *Corint.* 3. nam licet Christus multa dixerit, & fecerit nusquam tamen legitur, quidquam literis consignasse, nisi ea solum vice, cum coram muliere adultera digito scribebat in terra. Et certè somniavit Marcian. hæretitus, cum plurima a Cristo scripta fuisse tradidit, quem confutat D. August. *de consensu Evangelistarum*, *cap.* 7. D. Hieronimus in *cap.* 13. *Ezechielis*. Nihilominus, ne hæc Christi lex oblivioni traderetur, scripta deinde est ab aliis in quatuor libris, qui Græce Evangelia dicuntur. Est autem apud Græcos præmium, quod solvitur ei, qui lætum nuncium affert: item sacrificium, quod Deo pro læto nuncio offertur: tandem si-

Digitized by Google

significat ipsum felix faustumque nuncium. Quoniam ergo in his quatuor libris continetur felix annunciatio insignis illius beneficii, quo Christus nos morte sua redemit hinc factum est, ut Evangelia dicerẽtur, Nuncii autem fuerunt Apostoli: nam ἀπόστολος apud Græcos idem est, cum nuncio, seu misso: missi siquidem sunt ut nuncium illud per universum Orbem terrarum promulgarunt.

Ceterum præcepta legis Evangelicæ in duas tantum partes distinguuntur, in moralia, & cæremonialia. De moralibus patet apud Matthæum *cap.* 5. ubi Christus confert legem novam moralem cum morali antiqua. Patet etiam de cæremonialibus, quia sacrificium, & Sacramenta pertinent ad cæremonias Divini cultus. At vero Christus præcepta Judicialia non tradidit, quamvis aliter fuerit in lege veteri: ratio est, quia Christus nunquam sibi temporale regnum assumsit, ut ipse ad Pilatum respondit, *Regnum meum non est de hoc Mundo*: & Lucæ 12. ei qui postulaverat, *Dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem*, respondit, *Homo quis me constituit Judicem inter vos?* Hac igitur de causa Christus nec temporale Regnum instituit, quod opus haberet præceptis judicialibus: sed solum posuit Ecclesiam suam, cui præcepta moralia, & cæremoniæ sunt satis.

Verum, etsi in Ecclesia Christi Judiciales aliquot leges sint necessariæ ad politicum regimen Ecclesiasticum; tamen noluit Christus ipse eas leges ferre, sed suis Vicariis commisit, qui Jus eas ferendi habent adeoque hæ Judiciales leges non sub Lege Divina, sed sub Canonicis constitutionibus computantur, ut recte citatus Suarez animadvertit.

Digitized by Google

De

De Dispensatione Novi Testamenti.

CErtum est legem Christi ab homine immutari non posse: quippe legis mutatio fit vel ab æquali in potestate, vel a majori: homo autem Christo neque major est, neque par. Difficultas autem in eo versatur, an Summo Pontifici possit aliquando licitum fieri ob justam causam in ea lege dispensare. Distant verò immutatio, ac dispensatio in hoc, quod legis immutatio est eam in universum per abrogationem tollere: ut puta sacrum calicis est a Christo institutum in vino ex vite: hoc ita demum immutaret, si S. Pontifex juberet ab universo Orbe terrarum pro vino consecrari mulsum quod faciunt nonnulli ex Abissinis, qui vino carent, ut in *Theatro Turciæ cap.* 30. *art.* 13. Dispensatio est cū ob causam aliquam Pontifex secus fieri permitteret, atque a Christo ordinatum est: ut si Ruthenis, qui vino carent, concederetur consecratio in aqua mellita, eo quod ipsa pro vino utuntur: *scilicet* ne tam insigni beneficio Christi carerent. Queritur ergo, utrum dispensatio hæc Pontifici permitti possit.

Et ut plurimum Teologi post D. Th. 1. 2. *q.* 97. *art.* 4. *ad* 3. & *quod lib.* 4. *qu.* 8. *art.* 13. ex D. Bernardo *lib. de dispensat. & præcepto.* docent, jus non esse Pontifici dispensandi in iis, quæ a Christo instituta sunt. Ratio in promptu est, quia qui minor potestate est jus dispensandi non habet in lege majoris, nisi ab eo habeat speciale mandatum, ex *notam. in tit. de Procuratorib.* Hac de causa in lege Moysis dispensatio nulla fieri poterat, utpote a Deo lata, qui nulli hanc potestatem impertitas fuerat: quare Pontifex Hebræorū non dicebatur Dominus legis, sed custos, *Deut.* 4. Ita ergo etiam sese res habet

Digitized by Google

bet in lege nova, ubi dispensandi potestas a Christo nulli concessa est, neque etiam Petro ut ex Evangelio patet. Ergo Petrus, sive Pontifex manum in legem Christi nullo modo immittere potest. Idem docent Canonistæ apud Covar 4. *decretal. part. 2. cap. 6. §. 9.*

Obiicies Christum *Matth. 16.* D. Petro dixisse: *Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlo, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlo.* Sed respondemus hec verba nimis esse generalia: & in generali concessione non comprehendi ea, quæ magni momenti sunt, seu speciale mandatum exigunt, Can. in *cap. qui ad agendum, de procuratorib. in 6.* Non negamus tamen posse S. Pontificem aliquando tanquam Interpretem Juris Divini, declarare præceptum aliquod non se extendere, nec locum habere in peculiari aliqua & determinata materia. Ita Innoc. VIII. tanquam Interpres panem Juris Divini aliquando Saxonibus, qui vino carent, concessit, ut in pane solum Eucharistiæ Sacramentum conficerent, si verum est, quod Volaterran. *lib. 7. Geographiæ tit de Saxonib.* narrat. Nam cum preceptum sacrificandi sub duplici specie panis, & vini sit per se affirmativum, eapropter non obliget, ut dicitur, per semper, potest interpretationem admittere, ut scilicet omni vino deficiente, cesset etiam obbligatio offerendi in utraque specie præsertim cum non essentialis, sed integralis institutio adimatur: quippe valida de facto est consecratio unius speciei, quamvis alia adimatur.

Idipsum dictum esto de Jurejurando, voto, matrimonio rato, vinculo spirituali inter Episcopum, & Ecclesiam; quæ omnia de Jure Divino sunt, & tamen ea S. P. ut legis Divinæ Interpres remittit, & commutat, ut suis locis patebit.

Si-

Digitized by Google

Sicut autem Legi Divinæ dispensari non potest per Pontificem, ita neque per consuetudinem: siquidem communis Ecclesia, quæ consuetudinem facit, minor est Christo, ut propterea in ejus legem Jus non habeat. Cæterum ut id rectè intelligatur, fit.

De Consuetudine.

HÆc duplex est, una Pubblica, seu communis Christianorum omnium; ut e. g. Sanctorum vigiliis abstinere non solum a carne, sed etiam ab ovis & lacticiniis, hæc cõsuetudo est, cum nusquam expresse reperiatur constitutum, sed solum gravi de causa moribus, & tacito consensu receptum sit ab universali pęnè Ecclesia. In Quadragesima, cum Armenii in Sabbatis, & Dominicis vescerentur ovis, & caseo, expresse id vetitum est in Concilio in *Trullo can.* 56. ubi etiam habetur, ut abstineant Christiani *ab omni natatili*; hoc est etiam a piscibus, qui non concedebantur, nisi ægrotantibus, Balsamon ad *can.* 69. *Apostolorum*. Edebant ergo tantum fructus aridos, panemque siccum. Altera est specialis, cum aliquid observatur non ab omnibus Christianis, sed ab aliquibus ipsorum: uti est Græcorum consuetudo, qui si unicam & virginem duxerint uxorem, possunt ad Sacerdotium admitti. Utraque harum ita unica & Generali definitione determinari potest.

Consuetudo Ecclesiastica est Jus non scriptum a Christianis circa res Ecclesiasticas tacitis moribus, & longevo usu introductum. Quæ definitio patet ex sequentibus, & ex his, quæ diximus *lib.* 1. *Instit. civilium tit.* 2.

Consuetudo differt a traditionibus, quæ in Ecclesia sunt; quandoquidem consuetudo semper est Jus non

Digitized by Google

ſcriptum, hoc eſt non expreſsè ſancitum a Chriſto, ſed deinde ab ejus Eccleſia tacitè introductum: at verò traditió eſt Jus ſcriptum, ſeu expreſsè a Chriſto conſtitutum, ita tamen, ut ejus notitia ad nos pervenerit per manus majorum, qui ita audierunt ab Apoſtolis, vel ab ipſis ſcriptum repererunt: nam traditio aliquando eſt literis mandata, aliquando non, ut colligitur ex D. Paulo 2. ad *Theſſal.* 2. ubi ait: *Tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam*: ſcilicet, ſive verbo, ſive ſcripto: quandoquidem in Eccleſia Chriſtiana multa obſervantur, quæ nuſquam in lege Evangelica ſcripta reperiuntur; tamen conſtanter retinentur, quia ex Divino Præcepto manarunt, ut diſputat Bellarm. *lib.* 4. *de verbo Dei*, adeout traditio Jus Divinum ſit, a Chriſto ſtatutum; & per manus ad nos translatum: ſed è diverſo conſuetudo Jus humanum eſt, utpote ab unione Chriſtianorum introductum. Hujuſmodi eſt Jejunium Quadrageſimale, quod primum a Chriſtianis per traditionem receptum, Theleſphorus deinde S. Pontifex lege ſanxit ad annum Chriſti 150. circiter, ut quidem putant ex *can. ſtatuimus, diſt.* 4. Ita quoque eſt de die Dominica, quam nos ſolemnem habemus pro Hebræorum Sabato: & alia id genus, quæ Apoſtolorum traditione dicuntur.

Dividunt conſuetudinem, ut alia ſit contra legem, alia præter legem, alia ſecundum legem. Verum circa hanc ultimam partem rectè nonnulli docent, eſſe eam a diviſione auferendam: nam conſuetudo ſecundum leges non poteſt Jus novum conſtituere, quod utique ad conſuetudinem expoſcitur, ſed eſt quædam præexiſtentis legis obſervatio: ut cum lex jubet debere non ſemel ſaltem in anno ad Sacram Euchariſtiam accedere, & nos id obſervamus, non legem

no-

Digitized by Google

novam introducimus, ſed antiquam implemus. Ita poſt alios Felinus in *cap.1. de reſcriptis num.17.* Verum tamen eſt legem obſcuram, ambiguamque, & quæ plures ſenſus admittit, etiam eo ſenſu recipiendam, quæ eam conſuetudo obſervat. Atque ita dicitur, Conſuetudo optima legum interpres eſt, *cap. cum dilectus, de conſuetudine, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus*: & hoc ideo, quia tunc populus univerſus intelligitur legem fuiſſe interpretatus. Exemplum eſto. Ex traditione Apoſtolorum Jejunium ſervandum eſt feria quarta, & ſexta, Epiphanius *4. contra hæres, in fine*, De quarta eſt conſilium, de ſexta præceptum, Gloſ. in *can. de eſu, diſt. 3. de conſecr.* Sed, inquies, unde ſcimus, quartæ feriæ Jejunium de conſilio tantum eſſe? Vix aliud afferri poſſe credo, niſi id ita conſuetudine interpretatum.

Præter legem ea conſuetudo eſt, quæ aliquid ponit, quod a lege nec expreſsè jubetur, nec vetatur. Ita ergo in Eccleſia univerſali obſervatione, quæ nec a Chriſto, nec ab Apoſtolis expreſsè traditæ ſunt, neque illis repugnant, conſuetudines præter legem dicendæ ſunt: ut olim mos erat orandi ad Orientem, de quo Tertull. *de corona militis cap. 4.* quod poſtea contraria conſuetudine ſublatum eſt ex adhortatione maximè Leonis I. Papæ *ſermone 7. de nativ. Domini.* Hæc conſuetudo exigit ſpatium 10. annorum, DD. in *l. de quibus, ff. de legib.*

Contra legem conſuetudo eſſe dicitur, cum lex quid vetat, & conſuetudo illud idem permittit, vel è contrario: & propterea legem tollit, de Jure civili ſpatio decennii, Gloſſ. in *d. l. de quibus*: Jure Canonico ſpatio 40. annorum, in Gloſ. *cap fin. de conſecrat.* Panorm. *ibid. n. 11.* Hæc locum non habet in Jure Divino: nam, ut diximus, populus Chriſtianus minor

Digitized by Google

poteſtate eſt, quam Chriſtus, ut propterea non poſſit legem Chriſti tollere, cum inferior Jus in ſuperiorem non habeat. Si itaque aliqua contra leges Divinas obſervatio eſſet, non conſuetudo, ſed abuſus eſſet dicendus. Verum Jure humano datur conſuetudo contra legem: e.g. Olim die Dominico, & medio intervallo inter Paſcha, & Pentecoſten, non licebat adorare, niſi ſtando, non flexo in terram genu, in memoriam Dominicæ Reſurrectionis. Ita ſtatutum in *Nicæna, can.* 20. Tertullianus *de morte militis, cap.* 3. & Hieronymus *adverſus Luciferianos*. Id tamen, quia lex eſt, conſtitutione abrogari potuit. Lex jubet; mortuo patre ab inteſtato liberos omnes, cujuſvis ſexus æquè ſuccedere, quemque in portionem ſuam, *l. maximum vitium, C. de lib. præter.* At Neapoli invaluit conſuetudo, ut per maſculos fœminæ excludantur, *conſuetud. Si quis vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſt.*

Notandum tamen, primos illos, qui conſuetudinem legi contrariam introducunt, peccare, & puniri poſſe, cum legem violent: idque etiam locum habere in omnes illos, qui ita etiam deinceps agunt, donec legitimo tempore conſuetudo introducta ſit, & præſcripta: tunc enim amplius quis contra legem non facit, nec peccat, nec pœnam ſubit ullam: nam ea lex amplius vim non habet, cum ſit per conſuetudinem ſublata, ut intelligitur textus in *l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Quare præſcripta & introducta conſuetudine non lex, ſed ipſa conſuetudo ſervanda eſt, adeout qui contra eam faceret, ipſe peccaret, & plecti deberet: licet conformet ſe legi antiquæ jam abrogatæ.

De

Digitized by Google

De Consuetudine a lege prohibita.

HAc in re publica notabimus. I. Consuetudo præexistens potest per legem, quæ deinde feratur, abrogari: nam per leges posteriores derogatur prioribus: & sicuti consuetudo potest legem tollere, ita lex consuetudinem. Verum id non sine distinctione intelligendum est: vel enim consuetudo præexistens est justa, & rationi conformis, & eo casu non auferetur per legem contrariam, si consuetudinis in ea mentio non fiat: Nam omninò opus est, ut addatur in lege clausula: *Non obstante quacunque consuetudine.* Vel consuetudo est injusta, seu per se, seu ratione temporis, & tollitur per legem contrariam, licet nulla eius mentio habeatur. Ita expressè patet ex *cap. 1. de constitutionib. in 6.* ibi: *Legem non abrogare consuetudinem rationabilem, nisi expressè caveatur in ipsa.* Et ratio est, quia cum consuetudo justa est, & rationabilis, in dubio potius Princeps præsumitur eam ignorasse, quam voluisse per legem contrariam abrogare: quod enim rationabile est, non debet tolli, sed confirmari. Itaque si Princeps eam consuetudinem cessare velit, quia putat ita eo tempore magis expedire, necesse est, ut de ipsa mentionem faciat, ut sæpe in Tridentino observatum videmus.

II. Consuetudo, quæ in posterum posset induci, non potest per legem antecedentem tolli, etiamsi apponatur clausula derogatoria, *Non obstante consuetudine*, vel etiam clarius, *Non obstante consuetudine, quæ in contrarium posset induci*, vel quocumque tandem modo concipiatur; adhuc enim contra eam legem consuetudo valide a populo induci posset, modò rationabilis sit. Exemplum esto in antefato, seu

Digitized by Google

donatione propter nuptias, in qua apud nos ſtatutum eſt, ut filii ſuccedãt non ut filii, ſed ut hęredes patris, ut propterea teneantur inde facere ſatis creditoribus paternis, ut in *pragm. un. de anteſato*, quæ in fine expreſſim irritat ſingulas & univerſas pactiones, quæ contra dictam pragmaticam fiunt: & nihilominus hodie conſuetudine receptum eſt, pactionem fieri, ut filii ſuccedant ut filii, Capyc. Latro *dec. 63. nu. 7.* Marinis *2. reſol. 23. num. 3.*

Probatur I. quia lex etiam in ea parte, in qua abrogat conſuetudinem, non eſt, niſi lex: ergo quemadmodum reliquæ leges per conſuetudinem poſteriorem tolli poſſunt, ita etiam hæc lex abrogans tolli poterit.

Probatur II. quia cum populus juſtè & rationabiliter aſſuevit, tum lex, ejuſque prohibitio non cenſetur populo utilis, & proinde ceſſet neceſſe eſt: nam eo caſu lex ex juſta incipit fieri injuſta, quandoquidem juſta lex eſt, quæ populo utilis; injuſta, quæ inutilis. Leges autem injuſtæ meritò tolluntur. Ita Suarez *7. de legib.*

Demùm complures ſunt caſus, in quibus conſuetudo non tenet, & dicitur potius corruptela, & abuſus, ut I. ſi eſſet contraria legi naturali, vel divinæ, vel iis, quæ hinc neceſſariò conſequuntur, *cap. fin. de conſuetud. can. mala, & can. fruſtra. diſt.* 8. Quare nequit conſuetudo induci contra ſigillum confeſſionis, quod eſt de jure divino naturali, ut ſuo loco dicemus, & tradit Abbas in *cap. omnis de pœnit. n. 25. & in cap. dilectus, de exceſſibus prælatorum, num. 7.* II. Si conſuetudo adverſetur conſtitutionibus Eccleſiaſticis in rebus ſpiritualibus, in quibus ſubditi Jus non habent, ſed ipſi ſolum Eccleſiaſtici ſuperiores, ut in *cap. cum inter de conſuetud.* ubi conſuetudo irritatur,

quod

Digitized by Google

quod *ex illa disrumperetur nervus Ecclesiasticæ disciplinæ*: & ita explicandus est Lancellottus hic §. *hæc tamen*, ubi ait consuetudinem, quæ contradicit Canonicis institutis, esse pravam; ut scilicet id verum sit in causis, in quibus facultas solum est apud S. Pontificem, vel Episcopos. Hinc est, quod consuetudo, quæ regularem professum faceret dominum eorum, quæ lucraretur, esset invalida; nam disciplinam Ecclesiasticam dissolveret. Latè Navarrus in *tract. de tribus votis*.

De Constitutionibus.

COnstitutio hic a Langellotto videtur lex scripta, seu expresè sancita, quæ comprehendit tam Jus divinum, quàm humanum. Sed hic in nostro titulo nomen constitutionis pressius accipitur pro lege scripta humana; nam de divina jam supra actum est. Et dividitur, ut una sit Ecclesiastica, altera Secularis. Hæc constituitur a Populo, Senatu, vel Principe laico ad commune bonum politicum totius Civitatis. Illa vero constituitur a superiore Ecclesiastico Pontifice, sive Episcopis, ad commune bonum spirituale fidelium. Nam, ut habetur in *cap. solitæ, de major. & obed.* duæ sunt omninò Jurisdictiones, Pontificia una, Regia altera, quibus universus Orbis terrarum regitur, quarum Regia comparatur Lunæ, Pontificia Soli.

Hæ autem Jurisdictiones invicem turbari, vel confundi non debent. Nam quemadmodum S. Pontifex non potest legem ferre pro laicis, nisi in rebus, ubi animæ & salutis æternæ causa versatur: ita è contrario Rex nequit suis legibus Clericos ligare, etsi in Clericorum favorem tenderent, *cap. Ecclesia S. Ma-*

Digitized by Google

ria, de constitutionib. cap. seculari, de foro competenti in 6. can. placuit 16. q. 7. Quin si Princeps laicus in suis legibus speciatim de Clericis mentionem habeat, incidit in *can. 12. Bullæ Cœnæ Domini.* Sed pro clariori harum rerum intelligentia sit.

Utrum leges Principum Laicorum obligent Clericos saltem vi directiva.

QUÆSTIO I.

HÆc qnæstio locum habet, quoties Principis secularis leges nihil continent, quod repugnant Juri Divino, vel immunitati Ecclesiæ: sed è diverso ad commune bonum & salutem populi tendunt: hoc est, veræ leges sunt. Et quidam docent Clericos adstringi ad legis laicæ observationem, non quidem vi coactiva, sed directiva; præsertim si agatur de re, qua ipsi etiam Clerici gaudere debent: veluti si lex feratur pro ducenda aqua, reficiendis mœnibus, conservanda annona, & id genus aliis. Ita Suarez, Medina, Sotus, & alii apud Dianam *tom. 1. tract. 2. resol. 8.* Quod probant ex eo, quia leges istæ a naturali ratione emanant: sed Clerici tenentur, & obligantur Jure naturali: ergo tenentur ex Jure naturali, hoc est, vi directiva, leges illas laicorum observare. Præsertim, qui maximum oriretur scandalum, si laici ex directione Juris naturalis tenerentur, Clerici vero non item.

Sed nobis arridet illorum sententia, qui docent Clericos nullo modo directè obstringi legibus Principis laici, neque vi coactiva, neque directiva, ut defendunt plurimi cum Portellio in *dubiis regal. v. lex*, & Genuensi in *praxi*, *cap. 74.*

Pro-

Digitized by Google

Probatur I. Jure ex *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitutionib.* ubi proponitur, Præsidem Basilium legem promulgasse, ne bona Ecclesiæ alienarentur: & nihilominus S. Pontifex statuit Clericos nullo modo tali lege teneri. Idipsum patet ex *cap. 7. de immunitate Ecclesiarum*, ubi dicitur Clericos non teneri censum persolvere pro via publica reficienda, quamvis id lex Principis laici jubeat. Ergo cum nullo modo Clerici his legibus teneantur, patet neque directivè teneri.

Probatur II. ratione. Nam lex non habet vim, nisi feratur in subditos, ut est omnium sententia, & per se patet. Sed Clerici nullo modo sunt laicorum subditi. Ergo nullo modo ex lege laicorum obligantur. Quæ ratio evidentissima est.

Nec obstat, quod adversarii opponunt, nempe Clericos teneri Jure naturali; respondetur enim teneri eo, quatenus Jus naturale est, non quatenus est imperatum in lege Principis secularis, qui Jurisdictionem in Clericos non habet. Itaque in eo casu Clerici contravenientes, peccant quidem, sed contra ipsum naturale Jus, non contra Jus civile seculare. Potest etiam fieri, ut peccent ratione scandali.

An leges Laicorum obligent subditos in conscientia.

QUÆSTIO II.

CUm variæ hac in re sint DD. opiniones nobis placet distinguere, ut si legis violatio tendat primario contra bonum publicum, tunc violator peccet, veluti si lex pro conservanda annona jubeat fru-

Digitized by Google

frumentum ex Urbe non extrahi, qui extrahit, utique peccat. Sed si è diverso legis violatio lædat primario tantum privatum bonum ipsius violantis, non peccat, veluti si quis testando non advocet septem testes, sed quinque. Ubi tamen excipimus casum, quo quis id in despectum superioris faceret.

Probatur prima Conclusionis pars ex eo, quod violatio boni publici est res per se gravis; quocirca non solum peccatum inducit, sed etiam grave peccatum, seu mortale, ex regula Theologorum post D. Th. 1. 2. *qu.* 20. Et quamvis multi cum Navarro relati a Turamino in *tract. de legib in princ.* distinxerint inter legem simplicem, & legem pœnalem, ut ex illa homines obligentur in conscientia, non etiam ex ista ne videatur subditos duplici onere gravatos: tamen hæc distinctio apertè reiicitur ex D. Paulo ad *Rom.* 13. ubi ait, *Subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*; ex quibus verbis apertè patet loqui de lege pœnali, quæ nos subiicit iræ Principis; & tamen Apostolus addit transgressorem etiam obligari ex conscientia. Quod confirmatur ex eo; quia Princeps cum pœnam in violatores irrogat, satis declarat velle multo magis suam legem observari: ut propterea non censendus sit, velle transgressorem peccato exonerare, sed potius ob rei gravitatem, velle ipsum duplici onere gravare: quod in Jure nostro novum non est, ubi sæpe pro uno delicto plures pœnæ irrogantur, *l. quisquis*, C. *ad l. Jul. Majest. cum concordantibus.* Ita Alphonsus de Castro in *libro singulari de lege pœnali.*

Probatur II. pars, quia cum quis legem violat in suam privatam utilitatem tendentem, non videtur aliud facere, nisi suo beneficio renunciare: quod utique quisquis facere potest. Ergo non peccat. Excipi-

Digitized by Google mus

mus tamen, si id faciat in despectum superioris, quo casu res gravis, & quæ tendit in publicam utilitatem læditur, hoc est auctoritas superioris: ac propterea peccaretur etiam mortaliter, *cap. fin. §. peccat, de Clerico excommunicato*. Quare non est recipienda sententia Bellarm. *3. contr. tit. de laicis, cap.* 11. & Soti *de justit. & jure, q. 6. art.* 4. qui docent semper violatorem legis peccare: quæ sententia nimis rigorosa est.

Ita quoque non placet illorum opinio, qui existimant Leges laicorum non posse subditos obligare in conscientia ex eo, quod ipsi careant spirituali jurisdictione, & ipsorum leges non tendant ad finem spiritualem. Sed respondetur, quod licet directè loquendo hoc verum sit, tamen indirectè, & per consequens leges Principis laici tendunt ad finem spiritualem, cum doceant subditos honestè vivere, alterum non lædere, & jus suum cuique tribuere, ut propterea quoties subditi ab ipsis legibus discedunt, peccarent.

Hinc sit, leges Principum infidelium, quando rectè & justæ sunt, obligare etiam in conscientia Christianos sub eorum jurisdictione degentes, quia aliter faciendo adversarentur bono publico. Et sane D. Paulus in *d. epist. ad Rom. cap.* 13. cum dixit, *Subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*, loquutus est de legibus, & Regibus gentilibus, quibus voluit Christianos in rebus justis obedire, Can. in *cap. omnis anima, de censib.*

De Ecclesiasticis Constitutionibus.

TIT. III.

CUm hactenus dictum sit de Constitutionibus in genere, nunc paulatim progrediendo ad Ecclesiasticas

Digitized by Google

cleſiaſticas conſtitutiones deveniemus, quas Langellottus in 3. partes diſtinguit, itaut vel ſint ſtatuta Conciliorum, vel decreta Pontificum, vel tandem dicta SS. Patruum. Sit ergo.

De Conciliis,

COncilium eſt Collectio hominum Eccleſiaſticorum ex auctoritate ſuperioris juriſdictionem habentis ad res Eccleſiaſticas determinandas; neque enim majoris momenti controverſiæ, aliter, quam per Synodos, ac Concilia componi poſſunt, ut ait Euſebius in *vita Conſtantini lib.* 1. *cap.* 51. Et dividuntur, ut alia ſint Concilia univerſalia, ſeu œcumenica, alia Provincialia, alia tandem Epiſcopalia.

Univerſalia ſunt, quæ auctoritate S. Pontificicis congregantur ex univerſo Orbe Criſtiano ad res Fidei, vel morum ſtatuendas *can. canones dſt.* 18. Et primum Hieroſolimitanum eſt habitum temporibus Apoſtolorum, in quo D. Petrus tanquam caput præſedit, ubi determinatum eſt legalia Moſaicæ legis jam ceſſaſſe, ut in *Act. Apoſt. cap.* 15. Et celebratum eſt anno Claudi 6. ut in *Chronico Alexandrino*, vel potius 7. ut putat Henricus Valeſius ad *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii lib.* 2. *cap.* 18. Eo tempore cenſetur ſcriptus Liber Canonum Apoſtolorum, de quibus tamen magna controverſia eſt; nam Eccleſia Orientalis omnes 85. vel ut alii numerant 84. recepit ut legitimos: quod ſecundus eſt Franciſcus Turrianus in *libro ſingulari adverſus Magdeburgenſes Centuriatores.* At vero Eccleſia Occidentalis 50. aut 40. dumtaxat priores pro veris agnoſcit, quos ſcilicet in Latinum tranſtulit Dionyſius Exiguus Abbas rogatus a Stephano Salonitano Epiſcopo, ut eſt apud Caſſiodorum

Digitized by Google

dorum. Ita Bellarm. *de ſcript. Eccleſiaſticis in Clemente*, Baronius ad A. C. 102. Poſevinus in *Apparatu Eccleſiaſtico v. Clemens*. Id tamen, ſive ab Eccleſia Orientali, ſive Occidentali factum eſſe nonniſi ſexto ſeculo i eunte probat Natalis Alexander Dominicanus *in ſelect. Hiſt. Eccleſiaſt. diſſert.* 17. qui amplius cum S. Iſidoro Hiſpanenſi apud Anton. Aug. *lib.* 1. *de emendat. Gratiani dial.* 6. cum Hincmaro, & aliis omnes apogryphos & ſuppoſitios putat.

Deinde vero Coſtantinus Magnus Criſtianis facultatem preſtitit, ut liberè congregarentur, §. *quorum, hic.* Nam ſub eo celebratum eſt Nicœnum Concilium anno Chriſti 225., ubi Ariana damnatur hæreſis, & ſtatuitur Paſca celebrari die Dominico proximo poſt Lunam 15. Martii C. Athanaſius *apolog.* 2. Inter Concilia Univerſalia præter Nicœnum, celeberrima ſunt, Epheſinum, Calcedonenſe, Coſtantinopolitanum, & Tridentinum.

Ad componendum diſſidium Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ ex Phatii C. P. proterviam ortum, celebratum eſt Concilium Florentinum, aſſidentibus Joan. Palæologo Græcorum Imperadore, & Joſepho Patriarca C. P. ubi anno 1439. tres Græcorum hæreſes ſublatæ ſunt, I. de Proceſſione Spiritus Sancti. II. de Purgatorio. III. de primatu Potificis Romani. Ritus verò, qui non ſapiunt hæreſim, ipſi permiſſi ſunt; un celebrarent in azimo baptizando dicerent. *Baptizetur ſervus Dei, &c.* ut ordinati in Sacris utantur matrimonio ante ordinum ſuſceptionem contracto, ut miniſ rent Euchariſtiam ſub utraque ſpecie, & alia multa. Verum deinde Græci nunquam hoc generale Concilium receperunt, cum ob culpam ipſius Joann. ſtudio erga res civiles; tum calumniis Marci Metropolitæ Epheſi, qui Concilio ſubſcribere noluit Vide Severinum Binium in *Notis*. Pro-

Digitized by Google

Provincialia Concilia ſunt, quæ auctoritate Metropolitæ ex Provincialibus congregantur ad mores ipſius Provinciæ ſtatuendos, *Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 2.* Ubi notandum I, ſub nomine Metropolitæ venire omnes quicumque ſub ſe alios habent Epiſcopos ſuffraganeos; itaut Concilium unius Provinciæ ſit, ſi convocetur ab Archiepiſcopo; plurimum vero ſi coadunetur a Patriarcha, vel Primate. Quodſi Primas toti unæ nationi præſit, uti Prima Pariſienſis totì Galliæ, Concilium Provinciale eo caſu dicetur *Nationale*. Imo Archidiaconus & Turrecremata in *cap. regula, §. porro, diſt. 3.* docent etiam Provinciale Concilium multo magis poſſe a Legato a latere convocari, qui in Provincia majorem habet poteſtatem, quam ipſe Metropolitæ, *cap. ſi Abbatem, de elect. in 6.*

Notandum II. In eo Concilio non poſſe res de Fide determinari, quæ ad Summum Pontificem, vel ad generale Concilium, in quo ipſe Pontifex præſidet, pertinent. Poſſunt itaque ſolum mores Provinciæ reformari, ita tamen, ut ſi de ipſis aliquid generaliter ſtatutum ſit in Conſtitutionibus Juris communis, nequeant id tollere, ſed ſolum iis licitum ſit interpretari, hoc eſt, declarare ex juſtis cauſis eas conſtitutiones locum non habere in hoc, vel illo caſu. Ratio eſt quia Epiſcopi non ſunt ſupra Pontificem. Ita Canoniſtæ cum Abbate *in cap. grave, de præbendis*, & Theologi apud Sales *de legibus diſp. 8. ſect. 15.*

III. Concilium Provinciale non habet locum, niſi in ipſa Provincia, ubi Metropolitæ Juriſdictio viget: extra vero non obligat, *diſt. 18. in princ.* quamvis aliquando ſoleat ob rectam, & ſanam doctrinam ab univerſali Eccleſia recipi, *cap. 1. de conſtitutionibus cap. 2. de electione, cap. 1. de filiis Præsbit. cum concordantib.*

Tan-

Digitized by Google

Tandem ad hoc Concilium non modo Episcopi & Abbates convocantur, sed etiam Cathedralium Ecclesiarum Capitula, quæ tamen non habent votum decisivum, sed solum consultivum, Abbas *in cap. fin. de his, quæ fiunt a Prælat. sine consens. cap.*

Episcopalia Concilia sunt, quæ auctoritate Episcopi convocantur ex Diœcesi ad mores subditorum reformandos, *can. placuit*, 12. *qu.* 2. *cap. sicut olim, de accusationibus*. Tenetur autem Episcopus singulis annis Synodales per dies Pentecostes constitutiones condere, quas tertio quoque anno Summo Pontifici exibet, ut suæ administrationis rationem reddat. Vide latius Barbosam *de potestate Episcopi*, *par.* 3. *alleg.* 93.

De Decretis Pontificum.

DEcretales SS. Pontificum Epistolas primas, qui Codici Canonum (in quo olim nonnisi Conciliorum decreta continebantur) inseruit, fuit Dionysius Exiguus Abbas Romanus, sed natione Scytha, ille ipse, qui omissa profana annorum numeratione per Olympiades, vel Consules, primus ab Incarnatione Christi tempora pernotare cœpit, & Cyclum Paschalem edidit anno Christi 525. Is ergo Dionysius Conciliorum Canonibus addidit, præter Apostolorum Canones, etiam Decretales Epistolas Siricii, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Leonis, Gelasii, & Anastasii, ab anno videlicet 385. ad annum 498.

Deinde hæc auctum ivit Isidorus Hispanus, cognomento Mercator, qui circa Caroli Magni, & Adriani I. Pontificis tempora, suæ Canonum Collectioni inseruit Epistolas Decretales omnes, quas nanciscí potuit; SS. PP. a Clemente usque ad S. Silvestrum

Digitized by Google

ſtrum: tum uſque ad S. Gregorium, ut in Epiſtola ſuæ Collectioni præfixa, quam integram habes apud Chriſtoforum Juſtellum, mutilam refert Gratianus in *can. placuit, diſt. 16.* Sed & illæ etiam Decretales Epiſtolæ, quæ Codici Canonum inſertæ non ſunt vim legis habent, *can. ſi Romanorum, diſt. 19. can. omnia 25. q. 1.*

Hæretici ſomniant S. Pontifici, & Eccleſiæ nullum eſſe Jus legis condendæ, propterea quod Chriſti lex Evangelica, ut quæ perfectiſſima eſt, omninò eſt ſatis ad ſalutem conſequendam, conjunctis præceptis Juris naturæ: quocirca nulla alia opus eſt lege ad Eccleſiam regendam. Hinc Lutherus & Calvinus Decretalium librum igni cremarunt, quem ipſi merebantur.

Nam de fide eſt S. Pontifici eſſe Jus legis condendæ ut palam docent SS. Patres apud Turrecrem 2. *de Eccleſ. cap.* 41. Suarez *delegib. lib.* 4. *cap.* 1. *& ſeqq.* & probatur ratione, quia Eccleſia a Chriſto conſtituta eſt ſub regimine perfectæ Monarchiæ, cujus caput fecit Petrum, cum dixit, *Paſce oves meas*; nam paſcendi verbum adaptatum Regibus, qui veteri Teſtamento ſæpe dicuntur *Paſtores Populorum*, ut etiam legere eſt apud Homerum. Sed nequit eſſe perfecta Monarchia ſine poteſtate condendi leges pro ipſius regimine. Ergo Jus iſtud omninò eſt in Summo Pontifice. Idem habetur in *cap. ſolitæ de major. id cap. 1. de conſtitutionibus*, cum aliis innumeris.

Neque obſtat ratio hæreticorum, qui ajunt ſatis eſſe leges Chriſti; nam id quidem veriſſimum eſt generatim, & in quantum ab ſubſtantiam fidei: quippe Chriſtus generalia tantum præcepta poſuit rerum, quæ credi debent, ſperare, & fieri. At verò in cau-

Digitized by Google

cauſis magis ſpecialibus nihil Chriſtus ſtatuit ſinendo, ut ipſius Vicarii decurſu temporis id facerent, prout vel neceſſitas exigeret, vel utilitas ſuaderet.

Ita autem Jus condendi leges eſt in Summo Pontifice, ut Sede vacante. Jus iſtud dicatur eſſe in ſuſpenſo, nec poſſint Cardinales, aut ipſum univerſale Concilium, hoc ſibi Jus arrogare, Theologi communiter, & Canoniſtæ apud Medices *de legib. par* 1. *q.* 10. Nam cum hæc poteſtas conceſſa ſit Capiti Chriſti Vicario nequit aliis convenire, ne videamur aliud Caput facere contra Chriſti iſtitutionem.

De Dictis SS. Patruum.

QUamvis Gloſſa in *can. novi diſt.* 9. crediderit dicta Patruum vim legis habere; tamen irridetur a Covar. 1. *var.* 16. aliisque apud Salas *de legib.*, *q.* 95. *diſp.* 8. *ſeq.* 13. quia Jus condendi leges non dependet neque a ſanctitate morum, neque a doctrina, quæ quidem veneramur in SS. Patribus, ſed a jurisdictione, & poteſtate capitis pendet, quæ eſt in ſolo S. Pontifice, qui ſi aliquid contra Patres ſtatuat, certum eſt ipſi eſſe obediendum, ut in Bulla Alexandri VIII. *propoſ. ult.*

Illud verum eſt dicta Patruum magnam auctoritatem obtinere, præſertim ſi quid docent inter ſe concordes, *can. ſed aliud diſt.* 20. quo caſu S. Pontifex ab ipſis non ſolet diſcedere, *cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt a Prælatis, can. ſunt. nonnulli* 16. *q.* 1. Itaque tunc ſolum dicta Patruum tranſire poſſunt in legem, cum ea Pontifex approbat, & Canonicis conſtitutionibus inſerit ut hic §. *alia ſane.*

Digitized by Google

De Jure Personarum.

TIT. IV.

JUs omne, quo utimur, circa tria versatur, personas, res, & judicia, quidquid autem de rebus, & judiciis agitur, id totum gratia Personarum fit; ideo recte Langellottus ad imitationem *Justiniani*, præ omnibus de ipsis personis agit; etsi Petrus Gregorius in *Syntag. Juris* a rebus voluerit ordiri.

Personæ a Canonistis dividuntur in Clericos, & Laicos. Laici sunt, qui temporalibus vacant ministeriis, Principum potestati subjecti, & dicuntur a Greco λαὸς, idest turba, seu populus, D. Paulus λαϊκὰς vocat de rebus fidei disputare, *cap. quicumque, §. inhibemus, de hæret. in 6* Quod tamen locum non habet in Laicis doctis, qui ita disputando faceret verba legis, non etiam contra mentem, ut explicat Cajet. in 2, 2. *q.* 10. *art.* 7. Ita neque prædicare possunt populo verbum Dei, *cap. sicut, de hæretic. l. nemo, C. de Summa Trinit.*

Clerici vero sunt, qui Divinis ministeriis mancipati sunt, dicti a Greco κλῆρος, idest sors; sunt enim in sorte, seu ditione Domini. Etsi enim omnes fideles in sorte Dei sint, tamen id arctiori vinculo est de iis qui sacris vacant functionibus. Ita *Num* 18., *& Deut.* 18. Deus peculiariter Tribum Levi vocat sortem & hereditatem suam, ut de cætero omnes Israelitæ in sorte Dei extiterint. Et dividuntur in Clerum majorem, in quo sunt Præsbiteri, & Episcopi, & in minorem, in quo censentur Diaconi, & reliqui inferioris ordinis vide apud Eusebium, & Irenæum ex Valesio in *lib. 6. Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii, cap.* 43. & habetur hic in §. *horum.* Quo-

Digitized by Google

Quoniam vero Clericus Divinis ministeriis vacare debet hinc I. negotiis secularibus se immiscere, præsertim mercaturæ, ob fraudes, quæ mercando solent committi. Unde illud Davidis *Psalm.* 70. *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini*. Græci Interpretes pro *Literaturam* habent *Negotiationes*. In textu Hebraico est *Sephoroth*, quæ vox ambigua est ad literas, & numeros, quibus mercatores in ratiociniis utuntur. Præterea negotiatio nimis implicat animum humanis curiis; nemo militans Deo implicare se debet negotiis secularibus, D. Paulus 2. ad *Timoth.* 2. D. Thom 2. 2. *q.* 40. *in cap.* & *q.* 7. *art.* 4. *ad tertium*.

Potest autem Clericus per alium negotiari, quia tum cessant rationes prohibitionis, quæ sunt ne Clericus abstrahatur a Divinis, fraudesque committat, quæ utique locum non habent, cum Clericus per alium negotiatur. Neque obstat regula. Qui per alium facit, per se ipsum facere intelligitur; nam id non recte procedit, ubi personale exercitium exigitur, maximè si diversa ratio intercedat, ut Andreas, Decius, & alii in *tit. de reg. juris*, dictam regulam explicant. Mercari hic dicitur, cum quis res, quas emit, easdem invariatas lucri causa vendit ex D. Chrysostomo super *Matth.* 21. Canonistæ in *can. ejiciens dist.* 88. Navarrus in *summa*, *cap.* 25. Comitolus *resp.* 53.

Hinc ut Clericum non intelligi negotiari, si opus aliquod suis manibus efformet, quod deinde vendat; nec ob hoc posset ab Episcopo puniri, Canonistæ in *can. canonum* 14. *q.* 4. per illum textum. Ita etiam Clericus, qui fructus, quos de suis fundis percipit, vel a suo beneficio vendit, non dicitur negotiari, licet id lucri causa faciat. Can. in *can. Clericos*, *dist.*

Digitized by Google

91.& *can.nunquam,dist.5.de consecrat.*

II. Clericis prohibetur venatio, & aucupatio. *Trident.sess.24.de reform.cap.* 12. præsertim cum canibus, ut etiam alere ob hoc accipi tres & falcones, *cap.*1.& 2.*de Clerico venatore, can. Esau, dist.* 86.ubi D.Augustinus ait: *Esau venator erat, quoniam peccator erat,& penitus non invenimus in scriptis Sanctis Sanctorum aliquem venatores; Piscatores veros invenimus Sanctos.* Excipe tamen si non id sæpius faciat, sed tantummodo interdum: vel faciat non causa voluptatis, sed ob necessitatem, veluti ob tuendam valetudinem,*d.cap.*1. verbo *voluptate sæpius.* Ubi Glossa id concedit cæteris Clericis, non etiam Episcopis; cui omninò venatio prohibetur, *can.*1.*dist.*34. Cæterum piscari Clericis licet etiam diebus Dominicis,& aliis festis necessitate urgente, veluti si halaces (piscis genus est vulgò *arenghe*) terræ appropinquant, itaut ea occasione evanescente,deinde facile capi non possint; rectè enim Scævola apud Macrobium consultus, quid feriis agi liceret, respondit: *Quod prætermissum noceret.* Cujus.ad *cap.*3.*de feriis.*

III. Clericus maximè Sacerdos alteri servire prohibetur, *cap.Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monaci, cap.ult.de vita, & hon.Cler.* Ita in ludis publicis pugnare cum bestiis, *can.quicumque,can Clerici* 23. *q.*8. *Clem* 1.*de homicidio*, nec choreis, aut comediis interesse,*can.non,oportet dist.*5.Pius V.constitutione lata anno 1566 nisi ex dispositione. Certè Thomas Apameæ Episcopus contra Ecclesiasticum morem fecisse dicitur à Procopio, & Evagrio *lib.*4.*cap.*25. ubi Equestres ludos cum Choreos Persarum Rege in circo spectavit. Sibi tamen prudenti consilio dispensavit, ita barbari Regis animum mitigare suadens in gratiam Ecclesiæ, ut idem Auctores observant. Ita

etiam

Digitized by Google

etiam per senatum incedere, insanum enim est, *cum a Deo formati homines, aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta transformantur*, ut loquitur D. Maximus Episcopus Taurinensis in *sermone in primo anni die*, cum populus personas sumebat, de quo more quæritur etiam D. Joann. Chrysologus *homilia* 135. Et si fuerit Monachus, intelligitur excommunicatus, Comitolus *direct.* 55. *lib.* 1. Sunt alii etiam Clericatus effectus, quorum nonnullos in decursu, prout se fert occasio explicabimus. Vide Graffum *de effectu Clericat.*

De Episcopis, & Summo Pontifice.

TIT. V.

CLerici in altiori gradu constituti, sunt Episcopi, quod nomen generale est, & quinque sub se gradus Clericorum habet, Episcopos, Archiepiscopos, Primates, Patriarchas, & ipsum Summum Pontificem comprehendit; quamvis hic in nostro titulo S. Pontifex ob excellentiam, & auctoritatem capitis distinguatur ab Episcopis, ut cum Angelus dixit, *Dicite Discipuli ejus, & Petro*; Petrus enim etiam in numero Discipulorum Christi erat; & tamen ob excellentiam ab ipsis separatur. Quam loquendi figuram etiam alii auctores usurpant. De his igitur omnibus dicamus.

De Patriarchis.

PRincipes tribus, aut familiæ, quos Hebræi sua lingua *Primos patres* appellant, a Grecis interpretibus πατριάρχαι vocantur, quod habeant ἀρχὴν, seu

Digitized by Google

seu Principatum πρωτεῖαι ideſt tribus, & familiæ. Ad horum exemplum Patriarchæ in Eccleſia nominati ſunt Principes Epiſcopi, præſertim earum ſedium, ex quibus ad cæteras Chriſtiana Religio, & diſciplina propagata eſt, ut Romanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ, quæ tres ſolae propterea Patriarchales principio ſunt habitæ. Et ſanè ſummo Pontifici, Patriarchæ nomen competit, ut videre eſt in *C. & Novellis* Juſtiniani, & Nicolaus I. Pontifex a Bulgaris, quinam verè habendi ſint Patriarchæ interrogatus reſpondit primo loco Romanæ Sedis Antiſtidem. Vide Sirmondum *de Eccleſ. Suburbicar. lib.* 2. *cap.* 7. Deinde verò his Patriarchis alii duo ſuut additi, ut omninò fuerint, quicumque Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, *Novell.* 123.

Verum tamen eſt deinde omnes Epiſcopos, qui pluribus Provinciis præeſſent, dictos fuiſſe Patriarchas, ut Aquilajenſes, qui præſidebat Venetiis, & Iſtriæ: item Toletanus, & alii, quibus hodie additus eſt Patriarcha Indus. Iſti etiam Primatus appellantur, *can.* 1. *diſt.* 99. ubi aſſeritur, Primates & Patriarcas eſſe diverſa nomina, ſed unum effectum. Quod tamen factum ex abuſu vocabuli: nam ſtrictè diſtant Primates Patriarchis in hoc, quod Primas præeſt Metropolitanis: Patriarcha verò ipſis Primatibus præeſt, Sirm. *loc. cit. cap. ult.*

Olim Patriarchæ plurimis gaudebant prærogativis, de quibus Balſamo in *reſponſo de Patriarchæ privilegiis, in corpore Juris Græco Romani lib.* 7.

Hodie Græci quatuor Patriarchas habent, quorum nullus ab alio dependet, aut illi ſubjacet. Primus eſt Conſtantinopolitanus: ſecundus Alexandrinus, qui reliquorum Judex dicitur, fortaſſe ex eo, quod Cyrillus ſedit ut Caput & Delegatus S. Pontificis in Con-

Digitized by Google

Concilio Ephesino, quod celebratum est contra Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum. Tertius est Antiochenus omnium antiquissimus, positus a D Petro Apostolorum Principe, qui Romam petens, Ibidem collocavit Evodium. Hinc in suis Epistolis se totius Orientis Patriarcham vocat. Ultimum est Hierosolymitanus, qui hanc dignitatem obtinuit a S. Pontifice ..... rogatu Justiniani Junioris, *Th. Turciæ, cap.* 30. *art.* 8. *sect.* 1.

Armenii etiam quatuor habent Patriarchas, quorum duo residunt apud Turcas, reliqui verò apud Persas. Duo priores manent Cis, & Candozassar, at Persæ Actamar, & Etcemiadzin, vulgo trium Ecclesiarum, qui reliquis, & si auctoritate paribus, obedientiam exigit. Idem *c.* 30. *ar.* 9. *sect.* 5. Nestoriani duos Patriarchas habent unum Maronitæ.

Itaque Patriarchæ primi erant in Ecclesia Dei post S. Pontificem, & proximè ab illo sedebant, ut in constitutione Eugenii IV. quæ extat in *Bullario*. Sed hoc jam evanuit ex eo, quod ipsis præferuntur Cardinales: nam *dignitas* Cardinalatus in dies crescit, & Patriarcatus decrescit postquam dictæ quatuor Primariæ Patriarcarum Sedes sunt in manibus Infidelium, Gambarus *de Legato lib.* 2. *num.* 19. Hinc etiam est, quod etsi olim Patriarchæ potuerint Episcopos creare, & deponere, ut post alios Zabarella ad *Clem. in plerisq. de elect. nu.* 16. tamen hodie hæc potestas in solo Pontifice est, *Trident sess.* 13. *de refor. cap.* 8. & *sess.* 24. *cap.* 5. Gambarus *loc. cit. nu.* 16. & 18. In reliquis Patriarchæ idem jus habent in suos suffraganeos, quod Archiepiscopi in suos, ideo sit.

Digitized by Google

De Archiepiscopis.

ARchiepiscopi sunt Episcoporum unius Provinciæ Præsulos, qui residunt in Urbe Metropoli, ut propterea Metropolitæ, seu Metropolitani dicantur. Episcopi vero qui ipsis subsunt, vocantur suffraganei, idest auxiliares, *cap. suffraganeis de electione*, & licet olim esse debuerint ad minimum decem; *can. scitote 6. q. 3.* tamen usu receptum est, ut etiam longe minores numero esse possint cui usui est standum ex *l. cum de Interpretatione*, *ff. de legibus*.

Jure, quæ Archiepiscopus in Ecclesiis suffraganeorum obtinet, alia sunt de Jure communi, ordinaria, alia per modum devolutionis, hoc est suffraganeo negligente: de utriusque videamus.

De Jure ergo communi Archiepiscopus per totam Provinciam uti potest umbella (vulgo *baldachinum* dicimus) etsi Ecclesiæ sint exemtæ, & Regularium, quod Jus etiam Episcopus in sua Diœcesi habet, Gambarus *d. lib. 2. num.* 249. Quaranta in *Summa Bullarum*, *v. privilegia regularium*. Quo Jure si uti prohibeantur, quia res gravis est, & ad tuitionem Episcopalis dignitatis pertinens, poterunt prohibentes excommunicatione innodari. Riccius *2. resol. 93.* Ita pariter poterit Archiepiscopus ante se crucem deferre per totam Provinciam, uti *mazzetta*, quam *birrum* in veteri Ecclesia dictam monet Baronius ad annum Christi 261. dicitur birrum, & birrus; & benedictionis impertiri etiam in locis exemptis, *Clem. Archiepiscopo, de privil. cap. 1. ut lite pendente*. Verum Pontificalibus uti, & indulgentias concedere in diœcesi suffraganei nequibit sine venia suffraganei; nisi forte loca sint exempta, in

Digitized by Google

quibus jure suo poterit Pontificalibus, utì ad ordinationes, & consecrationes; etsi enim loca exempta sint in diœcesi, non tamen sint de diœcesi, hoc est de Jurisdictione suffraganei; Riccius idem 2. *res.* 234.

Per modum devolutionis multa sunt, quæ Archiepiscopo competunt; I. ob Episcopi suffraganei injustitiam; potest a subditis appellari ad Archiepiscopum, *cap. Pastoralis in princ. de offic. ordian. cap. Romana, §. 1. de appellationib. in 6.* quo casu Archiepiscopus poterit suffraganei subditos etiam per censuras cogere ad testificandum; imo Episcopum ipsum adigere, ut præbeat omnia, & singula, quæ pro expeditione causæ videntur necessaria; ne aliter appellatio reddatur elusoria; Gloss. & Can. in *cap. 1. §. neque, de foro compet. in 6. cap. cum simus, de priv. in 6.*

Verum tunc ad Archiepiscopum appellando recurritur, cum Episcopus in causa procedit, tanquam ordinarius: nam si tanquam delegatus Sedis Apostolicæ procedat, tunc ad S. Pontificem itur, ex regula, quod ex delegato appellatur ad delegantem, *cap. super qsæstione, §. Porro, de offic. deleg. cap. ad abolendam, de hæret.* Zerola in *praxi Episcoporum, par. 2. §. visitatio.* Duplici autem modo Episcopus procedit, tanquam delegatus, primo ob expressam delegationem ipsi factam; secudo ob generalem Juris potestatem, veluti usuvenit in visitatione suæ diœcesis, in hæresi, in causis adversus Monachos extra clausura vagantes. Vide *Trid. sess. 5. de reform. cap. 2. sess. 6. cap. 2 sess. 7. cap. 6. 8. & 14. sess. 14. cap. 4. sess. 21. cap. 5. 7. 8. sess. 22. cap. 3. 4. 6. 8. & 10. sess. 24. cap. 9. & seq.*

II. Etiam per negligentiam Episcopi devolvitur potestas in Archiepiscopum, Gloss. in *d. cap. pastoralis, & can. finalis v. negligens 9. q. 3.* Poterit vero ipsum

Digitized by Google

ipsum Episcopum compellere, ut diligentiam adhibeat Abbas in *cap. si quis contra, de foro compet.*, & *in cap. avaritiæ de præbendis*: vel ipse per se negligentiæ occurrere; ut e. g. Seminaria recognoscere ab Episcopo neglecta. Ubi notandum idipsum locum habere cum Prælati Religionum in suis ministeriis negligenter se gerunt, *Trid. sess. 5. de reform. cap. 2. & sess. 25. de regularib. cap. 8.*

III. Episcopus sine justa causa a diœcesi absens potest ab Archiepisco admoneri, ut redeat: quod nisi fecerit, tum probata in scriptis absentia, potest fructus suffraganei applicare fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus. Quod si Episcopus in contumaciam abstinet, ipse denunciabit Summo Pontifici. *Trid. sess. 6. de reform. cap 3. & sess. 21. cap. 1. & constit. Pii IV. de salute gregis.*

IV. Mortuo Episcopo, si Capitulum intra dies 8. Vicarium non elegerit, etiam per devolutionem Jus eligendi ad Archiepiscopum devolvitur, *Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.*

Illud universaliter adnotandum, quod in causis omnibus, cum jurisdictio ad Archiepiscopum per devolutionem defertur, poterit ipse censuris uti non modo contra subditos suffraganei, sed contra suffraganeum ipsum, *cap. ult. de offic. ordin. in 6.* Hostiensis, & Abbas in *cap. grave, de præb.*

De Episcopis.

Episcopi frequentioribus Civitatibus præsunt, ex D. Paulo ad *Titum* 1. qui jubet Titum Episcopos instituere non quidem per oppida, & vicos, sed per civitates. Rationem reddit Concilium Sardicense *can. 6.* ne scilicet nomen & auctoritas Episcopis vi-

Digitized by Google le-

leſcat: vel ut ait *Leo M. epiſt. 87.* ne honor ejus, cui debent excellentiora committi, ipſe ſui numeroſitate vileſcat. Idem habent *Concilium Laodicenum can. 56. Concilium Africanum can. 42.* Quare cum Stephanus Emeritenſus Epiſcopus juſſu Vrambæ Regis Hiſpaniæ impulſus in ſuburbio Toletano Epiſcopatu præter morem Eccleſiæ inſtituiſſe, ſui facti penitens veniam a Patribus Concilii Toletani XII. petiit. Vide in eodem *Concilio can. 4. & 12.* & Nicolaum le Maiſtre in *Illuſt. San. Patrimon. lib. 2. cap. 12.* Et ſane nemo luceram ponit ſub modio, ſed ſupra candelabrum; ideo dignitatum Eccleſiaſticarum Principes oportuit loco nobili, & celſo, & illuſtri conſtituere.

Epiſcopi igitur ſunt qui majoribus populis, & frequentioribus civitatibus præſunt. Epiſcopus græce exploratorem, ſeu iſpettorem ſignificat: vulgò ſuperintendens. Ita Homerus Hectorem vocat civitatis Epiſcopum, & Plutarco in *Numa* Sacrarum Virginum Cuſtos, qui preſunt pani, & cæteris rebus venalibus, qui Civitatum populis quotidianum victum ſuggerunt; *l. munerum, §. irenarchæ ff. de muneribus.* Hæc ampliora luſit Conſtantius, cum dixit; *Vos quidem in iis quæ intra Eccleſiam ſunt, Epiſcopi eſtis. Ego verò in iis, quæ extra geruntur, Epiſcopus a Deo ſum conſtitutus,* Euſebius *4. de v. Conſtantin. 24.* Hodie Epiſcopum vocamus, cui curas gregis Domini demandatur propterea quod ſpeculari debent, quid ad animarum ſalutem conducat. Et ortum ex *Pſalmo 108* ubi ſecundum Græcos Interpretes dicitur: *Ἐπισκοπὴν ejus accipiat alter.* Quæ verſio tantum apud Apoſtolos valuit ut ex ea Epiſpopatus nomen in Eccleſia reliquerint, itaut etiam apud Syros Abyſſinos, Indos, Orientales deinde omnes hæc Greca vox reti-

Digitized by Google nea-

neatur, ut Bellarminus notat ad Psalmos.

Episcopi certas diœceses non harbuerunt, sed munera Episcopalia quocumque erant loco sine discrimine obibant, antequam Dionysius S. P. circa annum 268. Episcopis diœceses distribueret. In Republica Scotiæ *cap.6.* itaut quilibet Episcopus potuerit totam Ecclesiam regere, ex autoritate D. Cydriani in *libello de Unitate Ecclesiæ* qui ait, Ecclesiam esse unum Episcopum quemli et *In solidum* participem totius esse. Quod falsum est; nam Episcoporum Jurisdictiones semper fuisse divisas, patet ex D. Ireneo *lib.3.cap.3.* Tertulliano *de præscriptionib. cap. 32.* D. August. *epist.165.*, aliisque Patribus. Verba enim D. Cipriani intelligenda sunt, ut quilibet Episcopus possit in quacumque diœcesi erga quascumque personas ex potestate sui ordinis functiones Episcopales exercere, ita tamen, si ipsi decretæ, & assignatæ sint. Ita inter Cassinenses dignitas Abbatiæ facit ut possit Abbas cuique monasterio præsidere; non ita tamen, ut unus omnibus simul præsideat, Petavius contra Salmasium *de Hier. Ecclesiastica l. 1. cap. 2.* Id verum puto diœceses fuisse distinctas a Concilio Nicæno *can.4.& 6.* Vide locum insigne *Theodoreti in Epist. ad Flavianum C. P. inter epistolas D. Procli 16.* Concilium Antiochenum, *can. 9.* Scire oportet Episcopum, qui Metropoli præest, curam, & solicitudinem totius Provinciæ suscipere, eo quod in Metropolim undequaque concurrant omnes, qui habent negotia: unde placuit, eum quoque honore præcedere.

Sacerdotes & Episcopos creavit Christus Apostolos, cum in Cœna Eucharistica eisdem dixit, *Hoc facite in meam commemorationem*: quo tempore etiam Judas eam dignitatem accepit: quod etiam intelligitur ex *Psal.108.* ubi dicitur, *Et Episcopatum ejus acci-*

Digitized by Google

accipiat alter, quod D. Petrus 1. *Actor. Apost.* interpretatus est de Juda, Suarez in 3. *par. disp.* 41 *sect.* 3. Ecclesia, ubi Episcopus residet, dicitur Cathedralis, & est Parochia totius Civitatis, & Diœcesis, & non potest per alium, quam per S. Pontificem, erigi, dividi, vel mutari, Barb. 1. *de Jure Ecclesiast.* 2. Quod si Gubernator, vel Magistratus recusent contra solitum accedere ad Ecclesiam Cathedralem, sunt debitis remediis cogendi, ut accedant, Diana *par.* 5. *in declarationibus Sac. Congreg. decl.* 49.

Quoniam veri Episcopi in locum Apostolorum substituti sunt, ideo ampla & multiplex est ipsorum in Ecclesia potestas, de qua latè Barbosa in *tract. de potestate Episcopi*, & Zerola in *Praxi Episcoporum*. Nos quædam notatu digniora seligemus.

De *Potestate Episcopi circa leges.*

I. EPiscopus in sua Diœcesi habet potestatem ordinariam, & perpetuam legis ferendæ, etiam pœnalis, *can. cum contingat, de foro competenti*, Franc. de Senis *cons.* 2. Bartol. *cons.* 136. *lib.* 1. potestque ipsos etiam laicos punire in crimine *Ecclesiastico*, Oldrad. *cons.* 79. & in his, quæ mixti fori sunt, Tusc. *v. Misti fori concl.* 293. illud tamen animadvertendum est, apud DD. vulgò receptum esse, quod si Episcopus in Synodo leges constituat, ipsæ etiam post Episcopi mortem, & regimen vigent scilicet donec a successore immutentur: at si extra Synodum aliquid jubeat, tum potius edictum, quam legem facere intelligitur, nisi aliter expressè jubeat, ut propterea duret, donec ipse ejus Ecclesiæ regimen obtineat: quo cessante, edictum etiam cessat.

II. Episcopus potest ex justa causa interpretari

Digitized by Google Jus

Jus commune Eccleſiaſticum, cujus legitimus Interpres dicitur. Hinc poteſt in ſua diœceſi ex juſta cauſa concedere, ut in diebus feſtivis operæ manuales exerceantur, ut Clericis liceat venari, ut aliquando abſolvatur quis a Jurejurando, & cætera id genus, de quibus Theologi poſt D. Th. in 4. *diſt.* 27. *art.* 3. & Canoniſtæ in *ea n. quicunque, diſt.* 51.

De *Poteſtate Epiſcopi in diſpenſando.*

CUm Epiſcopus patrisfamilias vicem gerat, D. Paulus 1. ad *Timoth.* 5. ad ejus imitationem non omnia diſtricte gerit, ſed aliquando a ſummo Jure deviat, & indulgens eſt. Id Latini Canoniſtæ diſpenſationem vocant, ut Græci οἰκονομίαν quorum utrumque proprie adminiſtrationem rerum familiarum denotat, quæ præcipuè a patrefamilias erga filios, & familiares indulgenter fit; hinc ob quandam ſimilitudinem factum eſt pro indulgentia & venia Epiſcopi accipiatur, qui aliquid de ſummo jure remittit. Unde D. Cyrillus in *epiſt. ad Eunadium* diſpenſationi jus exactum & ſtrictum opponit, docetque oportere aliquando a ſtricto jure deviare, quo majus lucrum conſequamur. Nam, ut inquit, & qui navigant, ubi cohorta tempeſtas eſt, jactu facto, navem ſervant, *can. diſpenſationes* 1. *qu.* 7. Hæc diſpenſatio in legibus laicis Imperatoribus etiam licita eſt, Alexius Comnenus in *Novella* 2. *de ſponſalibus*: *Licitum eſt Imperatoribus contra leges diſpenſare.* Apud Balſamonem in *Nomocan. Photii tit.* 13. *cap.* 2.

I. Poteſt Epiſcopus diſpenſare in ſuſpenſionibus, & irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepto tamen homicidio voluntario, *Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 6. Quare ſi ſuſpenſio, aut irregu-

Digitized by Google

gularitas sit in forum contentiosum deducta, dispensatio locum non habet, quia jam occulta non est. Dicitur autem quid in forum deductum: cum citatio legitima & valida in ea causa intercessit; nam si citatio fuerit invalida, vel sine citatione informatio fuerit capta, Episcopus rectè dispensabit, Riccius 2. *resol.* 449. Hanc autem dispensandi potestatem potest Episcopus alteri delegare, itaut si ipse idem fuerit suspensus, vel irregularitatem occultam contraxerit, poterit alteri delegare ut absolvatur, nisi a suo Metropolita velit absolvi, *cap. ult de officio ordin.* ubi Canonistæ.

Verum pro explicanda dicta Constitutione *Trid. in sess. 24. cap. 6.* sunt hic nonnulla notanda. I. Posse Episcopum hoc dispensationis Jura uti in suos tantum subditos vel ratione domicilii, vel originis, vel delicti, non etiam in alios, *d. cap. 6.* II. Id locum habere in sua diœcesi & foro conscientiæ, secus extra diœcesim, vel conscientiæ forum, ut ex Sac. Congregatione refert Ugolinus *de potestate Episcopi*, §. 2, *cap.* 17. & Navarrus *cons.* 11. *de privilegiis.* III. Id restringi in solo homicidio voluntario etiam occulto, non item in membri mutilatione, quia in odiosis non fit ampliatio, ut iidem DD. etiam ex Sacra Congregatione referunt. IV. Id non procedere in censuris ex *Bulla Cœnæ*, veluti ob incendium agrorum, ob hæresim, ob percussionem Episcopi, latè Navarrus in *manuali cap.* 27. Garsias *de benef. par.* 11. *cap.* 10. *num.* 116.

4. In dispensatione bigami variæ sunt opiniones ob contrarios textus in *cap. am. de bigamis in* 6. ubi facultas dispensandi in hac causa denegatur Episcopo: quæ tamen conceditur in *can. quicunque dist.* 50. quas leges Riccius in *Praxi Episcoporum* ita conciliat, ut si agatur de ordinibus jam susceptis administrandis, li-

Digitized by Google

liceat Episcopo dispensare : secus verò si agatur de iisdem ordinibus suscipiendis. Quod tamen intelligendum de vera bigamia, cum scilicet quis duo matrimonia, unum post aliud, contraxit ; aut unicum matrimonium contraxit, sed cum muliere vitiata etiam a seipso, Nam datur etiam bigamia similitudinaria, veluti cum quis post sacros ordines, aut post Subdiaconatum matrimonium iniit etiam cum virgine, de qua re alibi latius dicemus. Et in hoc ultimo casu potest Episcopus dispensare tam in ordinibus receptis administrandis, quam in aliis deinceps recipiendis, *cap. sane, de Clex. conjug.* dummodo antecedenter congruam pœnitentiam imponat, *cap. 1. & 2. qui Clerici, vel voventes*, Riccius 1. *resolut.* 220. Si verò bigamia fuerit duplex, veluti si quis post uxoris mortem fiat Subdiaconus, & deinde iterum nubat, nullo modo ob duplex vinculum Episcopus dispensabit, *cap. nuper, de bigamis.*

Ceterum impedimentum bigamiæ non esse de jure Divino, sed de jure humano, & propterea licitè in eo dispensari, docet D. Thom. *Quodlibet* 3. *q.* 8. *art.* 13.

III. Licet inter ultimum ordinem minorem & sacrum, & inter unum sacrum & alterum requiratur intercapedo anni, tamen in his interstitiis potest Episcopus dispensare ex justa causa, *cap. un. de Clerico per saltum promoto* Canonistæ in *can. si officia, dist.* 56. *Trid. sess.* 23. *can.* 11. & 14. Quod verum est, ut Episcopus id etiam possit cum Regularibus ; & mortuo Episcopo id juris transit in Capitulum, vel Vicarium Capitularem, ut ex Sac. Congregatione referunt Add. ad Quarantam *v. capitulum, q.* 10.

IV. Episcopus potest dispensare in denunciationibus matrimonii, hoc est, ut matrimonium prius contra-

Digitized by Google

trahatur, deinde fiant denunciationes. Id autem ex justa causa intelligitur, veluti si obitus alterutrius contrahentis immineat, vel timeatur impedimentum a patre, noverca, tutore, vel curatore. Nequit tamen dispensare, ut denunciationes fiant diebus non festivis. Navar. in *summa*, *cap.* 22. *nu.* 10. Menochius 2. *de arbitr. casu* 453. Verum de hac re latius *libro* 2. dicemus.

V. Episcopus potest dispensare cum suo Clerico, qui fuerit ad Diaconatum promotus per saltum, omisso Hypodiaconatu, etiamsi in eo ministraverit, dummodo sine dolo, sed ignoranter hæc fecerit, Lapus *alleg.* 29.

De Potestate Episcopi in Regulares.

I. POtest aliquando Episcopus Regulares excommunicatione innodare. I. Scilicet si in Diœcesi verbum Dei prædicaverint injussu Episcopi, vel Sedis Apostolicæ, *cap. excommunicamus*, §. *quia vero*, *de hæreticis*. Nam Episcopi per se Evangelium populo prædicare debent: quod si legitimè fuerint impediti, ipsi etiam aliis hanc curam demandare debent, *Trid. sess.* 5. *cap.* 2. & *sess.* 24. *cap.* 4. Quod adeo verum est, ut ne aliter quidem Episcopus possit in diœcesi alterius sine licentia id facere, Riccius 1. *resol.* 203. II. Si Religiosi nolint pompæ, seu processioni ab Episcopo imperatæ interesse, *Trid. sess.* 25. *de regularib. cap.* 13. III. Si laicorum confessiones audiant sine licentia, *Clem. dudum*, §. *ne deinde*, *de sepulturis*, *Trid. sess.* 23. *de reform. cap.* 15. IV. Si absolvant a casibus reservatis Episcopo; quia mare magnum, quod olim Religiosi obtinebant, sustulit, *Trid. sess.* 14. *de casuum reserv. c.* 7. & speciatim id a

Digitized by Google

Mendicantibus ablatum est ex Bulla Alex. VII. lata die 24. Septembris 1665, Quod, si casus fuerit Summo Pontifici reservatus, incidunt in excommunicationem Papalem, *Clem 1. de priv.* Navarr. *cap.* 27. V. Si non custodiant dies festos, vel extra claustra cum scandalo delinquant, vel in claustris vivant sine observantia regulari; vel regere velint Ecclesias Episcopo subjectas, vel Sacram Unctionem, vel annuam Eucharistiam, vel matrimonium sine speciali licentia administrent, *Trid. sess. 6, de reform. cap. 3. sess. 7, cap. 14. sess. 15. cap. 2. sess 25. cap. 14, de regularib.* Tandem cum religiosi contraxerint excommunicationē Juris possunt ab Episcopo declarari excommunicati: quod tamen videtur dubium pro evitandis scandalis, ex Bulla Martini V. vide Riccium 1. *resol.* 210.

II. Potest Episcopus cum consensu Capituli Ecclesiam sibi subjectam Clericorum secularium ad statum regularem reducere, Oldrad *cons.* 209.

De Potestate Episcopi circa Clericos, & Loca pia.

I. Licet Episcopus possit Clericos ad processiones compellere, tamen id intelligitur, cum ipsi beneficium, vel officium in Ecclesia obtinent, ut decisum notat Riccius in *praxi par.* 4. *dec.* 39. Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, par.* 3. *alleg* 78. Immo si Clerici habentes beneficium, vel officium existant extra urbem, processionibus interesse non tenetur, ut cit. DD. post Valenzuolam *tom.* 2. *cons.* 184. Riccius *collect.* 88. *par.* 4. Absente vero Episcopo, Jus imperandi processiones est apud Vicarium Generalem, qui uti in hanc rem debet consilio Capituli. Itaque Regulares solum intra Ecclesiam possunt injussu Epi-

Digitized by Google

Episcopi processiones facere, ut cit. DD. docent.

II. Episcopus Clericos, & alios suos subditos censuris innodare potest, cum in diœcesi existunt, non extra; ubi Jurisdictione caret, Canonistæ in *cap.* 1. *de constitutionibus*, *cap. Romana*, *de sententia excommunicationis in 6.* Quin si Episcopus excommunicet Clericos, alea ludentes, & hi ludant in loco exempto, excommunicationem non contrahunt. Sed si Clericus citatione præventus, deinde a diœcesi discedat, potest adhuc censuris ligari: ut etiamsi in diœcesi notorie deliquerit. Ita etiam ratione rei sitæ, vel contractus, vel quod in beneficio non resideat potest Clericus etiam absens excommunicatione puniri, Navar. *d. cap.* 27. *num.* 6. Riccius *d. par.* 1. *resol.* 203.

III. Episcopus potest omnes cujuscumque Ecclesiæ etiam exemptæ in diœcesi existentis administratores recognoscere. Ita etiam cujuscumque loci pii, non obstante consuetudine aut privilegium in contrarium. Quod si in erectione loci Ecclesiastici impetrata sit potestas, ut administrationis ratio reddatur certæ personæ, id intelligitur cum interventu Episcopi, *Trid. sess.* 22. *de reform. cap.* 9. Hinc est, quod si administratores delinquerint, possunt ab eodem Episcopo ad solutionem cogi, Afflictus *decis.* 157. Riccius 1. *resol.* 3. Sed de his latius infra *lib.* 2. *de relig. domibus*.

Olim Regionarii Presbyteri (qui erant sub Chorepiscopo) in Ecclesia Cathedrali Civitatis offerre non poterant, præsente Episcopo, vel Presbyteris urbis, neque panem (Eucharistiam) dare in orationem, neque calicem Chorepiscopi in honorem offerre poterant. In *Neocæsarensi can.* 13. Hinc orta est dispositio textus in *can. fin. dist.* 2. *de consecr.*

Digitized by Google

De Poteſtate Epiſcopi circa alia.

SI Epiſcopus habeat Capitulum exemptum, tenetur in principio anni cujuslibet duos ex Capitulo eligere, qui deinde contra Capitulares eo anno delinquentes inquirant, *Trid. ſeſſ.25 de reform. cap.6.* ut ex Sac. Congregatione refert Garſias *de benefic. par. 3.cap.4.num.33.*Seraph.*dec.243.*

Poteſt Epiſcopus tam inter vivos, quam moriendo famulis ſuis benemerentibus aliquid largiri de bonis Eccleſiaſticis, pro modo tamen meritorum, Oldrad.*conſ.226.*

Illud notandum, in altari, in quo Epiſcopus miſſam cantavit, non poſſe alterum eodem die, niſi ex permiſſu ipſius, celebrare, *can.fin.diſt.2.de conſecr.* Quod verum, ſi Epiſcopi miſſa fuerit ſolemnis, ſeu pontificalis, Barboſa *alleg.24.*

Quamvis S. Pontifex ipſe ſolus per ſe legem ferre poſſit, tamen prudenter ut agat, Cardinalium conſilio utitur. Quo exemplo uti etiam debere Epiſcopos conſtat ex D.Cyprian.*epiſt.14. lib.3.*Ab initio Epiſcopatus mei ſtatuti ſine Cleri Concilio, & plebis conſenſu nihil agere.Si negligat, ægre feret Ambroſius in *expoſit.2.ad Timoth.5.* Sinagoga vetus, & poſtea Eccleſia ſeniores habuit, quorum ſine Conſilio nihil agebatur: quod qua negligentia obſolverit, neſcio niſi forte Doctorum deſidia, vel magis ſuperbia, dum ſoli volunt aliquid videri.

De Summo Pontifice.

ECcleſiæ Romanæ Antiſtes omnes Epiſcoporum gradus,& titulos complectitur,nimirum, ut ſit Epi-

Digitized by Google

Episcopus in urbe, urbisque parœcia Metropolita in Provincia Romana, Primas in Italia, Patriarca in Occidente, & postremò Papa, & S. Pontifex in Ecclesia universa, Sirmundus in *Propemptico lib.* 2. *c.* 10. Cui meritò pedes deosculamur, ut olim ad pedes S. Epiphanii Salaminæ Episcopi populus accedere consueverat osculi gratia, D. Hieron: *ep. ad* Jo: *Hieroſol.* Vide Dianlatè in *tract. de Osculo pedis.*

Nomen Papæ est a Græco πάππας quod primum significat. Olim *Papas* vulgus omnes vocabat Clericos, ut testatur Walfridus Strabo *de reb. Ecclesiasticis cap.* 7. quare in *Novella Alexii Comneni*, & in *Photii Nomocanone tit.* 1. *cap.* 34. *Pisinni Papæ.* sunt Clerici minoris ordinis: nam *Pisinnus* idem ac pusillus, ut rectè explicat Cujac. Quod hodieq; apud Græcos observari scimus, maximè in Sacerdotibus. Deinde vero proprium esse cœpit Episcoporum, quod ex *Epistolis* D. Dionysii Alexandrini, & aliis Patribus intelligere est, & in *canabsit, dist.* 50. legitur: Ex *Epistola Cleri Romani missa Cypriano Papæ*, hoc est D. Cypriano Episcopo Cartaginensi: scripta autem fuit sub Cornelio S. Pontifice: & in *can. sane* 24. *q.* 2. Patriarcha Novæ Romæ, Constantinopolis, dicitur etiam Papa. Sed reverentiæ causa peculiariter junior Episcopus seniorem sic vocabat, ut ex *can.* 54. *Concilii Carthaginensis* patet. Demum Summo Pontifici hic honos habitus est, ut solus per excellentiam *Papa* vocaretur, quod factum est statuto Gregorii VII. anno 1073. quod refert Vossius in *Etymol. V. Papa*: Alia multa de hoc nomine habet. Ignatius Braccius. Sicut verò Patriarchis præferebatur lampas, ita S. Pontifici iter agenti præfertur Sacra hostia super asturconem, qui deinde immunis, & veluti sacer est, Angelus Rocca in *lib. de Sacroſ. Christi Corpore, Romani Pon-*

Digitized by Google

Pontificibus iter facientibus præferendo.

Quoniam verò S. Pontifex est D. Petri successor, ideo est Caput, & Princeps absolutus Monarchiæ Ecclesiæ, uti patet ex Evangelio, ubi D. Petrus dicitur Petra, supra quam est edificata Ecclesia Christi, & eidem Petro data est potestas, ut sit Pastor ovium Christi, inter quas omnes Christiani, etiam Apostoli ipsi continentur, *can. ita Dominus, dist. 19. can. in novo, dist. 21. can. cum beatissimus, can. cum loquitur 24. q. 1.*

Hinc I. fit, Summum Pontificem esse supra Concilium universale: alioqui si Concilium istud esset par Pontifici, Ecclesia, tanquam monstrum, duplex Caput haberet: vel si esset Superius, jam Pontifex non esset Caput; D. Hieronym. *lib. 1. adverſ. Jovinianum*: licet Sancti Apostoli claves Regni Cœlorum accipiant, tamen inter duodecim unus Petrus elegitur, ut Capite constituto, schismatis tollatur occasio. Contrariæ opiniones erroneæ sunt, & ferè schismaticæ, ut patet ex Concilio Lateranensi sub Leone X., & Concilio Florentino sub Eugenio IV. & notatur in *d. can. ita Dominus, dist. 19.* Latè Turrecr. *lib. 3. de Eccl sia*, Bellarm. *de Pontifice*, Salas *de legibus, q. 95. dist. 8. sect. 2.* Quare pessimè impurus Lutherus a Pontificis sententia appellavit ad Concilium universale: quoniam appellatio fieri debet a minori ad majorem, *can. nemo, can. cuncta 9. q. 3.* Imo S. Pontifex neque volens potest se subjicere Concilio universali; nam etsi D. Marcellinus per humiliter id fecit, ob suspicionem hæresis, tamen Patres Concilii dixere, Prima Sedes a nemine judicatur: Tu ergo te ipsum judica, *can. prima sedes, dist. 19.* Hinc patet, a S. Pontifice ad Concilium Generalem tanquam ad Judicem Superiorem appellari non posse *can. ipsi 9. q. 3.* Potest etiam S. Pontifex iis, quæ a Con-

ci-

Digitized by Google

cilio Generali statuta sunt, derogare. Quippe olim ex Concilio Chalced. ordinatio Clerici facta absolutè sine titulo, erat ipso jure nulla, *can.1.dist.70.* Verum hoc postea Innocentius III. abrogavit, *cap.16.de præbendis*; quod benignius sit, manente ordinatione Clerici, Episcopum, qui Clericum ordinavit sine titulo, ei de suo alimenta præbere, quoad eum stipendio aliquo Clericali afficerit. Hæc cum notasset Cujac. in *cap.2.cit.tit.* addit: *Et observa interim Pontificem Romanum derogare Generali Concilio œcumenico, quale fuit Concilium Calcedonense.*

Quod si objicias ex Concilio Constantiensi *can.5.& 7.* in quibus habetur, Concilio debere ipsum etiam S. Pontificem obedire; respondetur id factum esse pro eo tempore, in quo pertinax Schisma Ecclesiam lacerabat: quare fuit necessarium Concilium congregare, ut verus Pontifex declaretur: & sanè tum a Patribus Concilii Joann. XXII., & Benedictus XIII. Pontificatu abrogatus est, quorum loco diligitur Martinus V. Oddo Colonensis, ut notat Campegius *de auctor. Papæ*. Apparet etiam ausu nefario Dioscorum Alexandriæ Episcopum Euthychiacæ hæresis sectatorem in S. Pontificem Leonem M. excommunicationem dictasse, ob quod delirium a Calcedonensi Concilio depositus est; Evagrius in *histor. Ecclesiast. lib.2.cap.4.*

II. Fit auctoritate S. Pontificis ita esse absolutum, ut nullum in terris Superiorem habeat, aut parem. Unde arbitratu suo potest de bonis, de beneficiis, de Prælaturis, de titulis etiam Cardinalitiis disponere, confirmando, concedendo, auferendo, Canonistæ in *cap. proposuit, de concessione præbendæ, cap.2.de præbendis, in 6.*

III. Cum renunciatio fiat in manu Superioris,

Digitized by Google

hinc dubitatum est, utrum S. Pontif. renuntiare suæ dignitati possit: & receptum est posse, & id faciat in manus Dei, ut factum est a Cœlestino V. Petro Moronæo, cui dein successit Bonifacius VIII. Canonistæ in *cap.1.de renunciatione in 6.*

Pontifices, cum creantur, suo nomine omisso, aliud sibi indunt, a priscis præsertim Pontificibus desumtum: quod faciunt, quasi tum ad novam vitam renascantur: quod etiam est in Monachis. Sunt tamen, qui tradunt, id introductum a Sergio II. qui cum antea Os porci appellaretur, ob turpitudinem cognomenti, Sergii nomen sumpserit, ut Platina ex Martino tradit, & Polidorus Virgilius *lib. 4.cap.10.* Quod tamen falsum; nam Joann. XII. qui multò post Sedem Petri tenuit, primus fuit, qui priscum nomen Papa creatus mutavit, Panvinio observante: & Baronius ad annum Christi 1009. ex Vegio notat, Sergium prius dictum Petrum, quod nomen ob reverentiam Principis Apostolorum sibi mutavit.

De Cardinalibus.

QUoniam Cardinales habent titulos Ecclesiarum, sive Parochiarum Romanorum, itaut alii ex ipsis dicantur Cardinales Presbyteri, alii vero Diaconi, ideo creditur eos ab initio non fuisse, nisi Clericos quosdam principales Urbis, qui S. Pontificis curam minuebant, prædicando, atque alia ad salutem animarum ministrando in Ecclesiis, quarum titulum gerunt. Quamvis autem hujusmodi tituli legantur instituti a Clero, quem Anacletum vocant Ireneus & alii Græci Authores, qui Pontificatum iniit anno 77. a Nativitate Christi, ut testis S. Damasus Papa in *vitis Pontificum*; tamen nomen Cardinalium

De

Digitized by Google

non reperitur in ſcripturis antiquioribus Synodo Romana celebrata a Papa Sylveſtro ſub Fl. Conſtantino M. ubi *cap.*3. ita legitur : *Præsbiter Cardinalis, niſi* 44.*teſtibus, Diaconus autem Cardinalis conſtitutus Urbis Romæ niſi* 36.*non condemnabitur* ; cujus decreti meminit D. Th. 2. 2. *q.* 70. At verò præter hos ſunt etiam hodie Cardinales Epiſcopi. Cæterum ſub Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi anno Chriſti 1244. aut 45. rubri pilei inſigne Cardinalibus datum proditur, quo denotatur debere ipſos capitis, & ſanguinis periculum ſubire pro Eccleſiaſtica libertate. Vide Catenam *lib.* 9. *Epiſtolarum*. Nam falluntur quotquot nomem, & dignitatem Cardinalium orta volunt ſub Benedicto VIII. anno Chriſti 1033. præſertim cum D. Hieronymus a Damaſo Cardinalis Præsbyter fuit creatus, ut docet Alphonſus Ciacconius in Damaſo, & in *libro de Cardinalatu S. Hieronymi* contra Baronium 4. *Ann. ad annum* 382. Cæterum olim primores Cleri cujuſcumque Eccleſiæ Cardinales fuerunt dicti. Ita Epiſcopum Neapolitanum habuiſſe Diaconos Cardinales, ut Syracuſanum Presbyteros Cardinales, patet ex S. Gregorio *lib.* 3. *epiſt.* 11. & *lib.* 11. *epiſt.* 34. In Concilio Meldenſi *can.* 54. injungitur Epiſcopis, ut in Urbe, & in ſuburbiis curam habeant de titulis Cardinalibus. Hodie etiam Compoſtellæ Galitiæ Canonici Eccleſiæ D. Jacobi Cardinales vocantur, hoc eſt Primarii, ut in libro de Officiis Theodoſii Imperatoris, Præfecti Africæ, & Aſiæ dicuntur *Præfecti Cardinales*.

Porro dignitas Cardinalatus in hoc culmen, quo conſpicitur, ſubvecta eſt a Paulo II. qui inter cætera voluit, ut ipſi, & ex ſe ipſis S. Pontificem eligerent, in qua electione ex tribus partibus duæ unanimi conſenſu concurrere debent, ut in Bulla de hac re patet.

De-

Digitized by Google

Demum Sixtus *constitut. 50. in Bullario Cherubini*, statuit Cardinales numerum septuagenarium non posse excedere, ut sint instar septuaginta viri, quos Moses Dei jussu de Senibus Israel elegit, ne solus ipse onus regiminis ferret: *Num.* 11.

Cardinales jussu & destinatione S. Pontificis sunt Religionum Protectores: id primum petiit Patriarcha D. Franciscus Ordinis Minorū, qui Protectorem habuit Cardinalē Hugolinū, qui deinde fuit Gregorius IX. ut notat Piatti Jesuita *de statu Religiosorum c.* 23.

De Electione:

TIT. VI.

CUm ad dignitatum culmen perveniri, aut per successionem, aut per electionem possit, semper Ecclesia electionem successioni prætulit: Nam *Optimum quemque adoptio invenit*, ut in re simili dicebat Tacitus 1. *histor.* Et quamvis in dignitatibus Laicis ut ambitus, & factiones cessent, visum sit rectius, ut per successionem certus dominus designetur, Lipsius 2. *monit.* 2. tamen in Ecclesia electio fuit recepta, quia a virisReligiosis ambitus, & regendi cupido abesse omnino presumitur, *cap. cum ab omni, de vita, & honest. Cleric.* Ita Gonzalez in *comment. ad cap.* 1. *hoc tit.*

Verum Episcopi ad hunc dignitatis gradum præcipuè promoventur non solum per electionem, sed etiam per postulationem. Jam hic de primo modo dicamus, deinceps acturi de secundo. Et quamvis ob Extravagantem *ad regimen*, & Regulas Cancellariæ Jus eligendi Episcopos abierit in nihilum, præsertim in Italia, ut Riccius hic notat tamen adhuc plurimi gradus restant, ad quos per electionem pervenitur.

Electio, prout hic sumitur est, hominis alicujus

ad

Digitized by Google

ad dignitatem, vel fraternam societatem canonicæ facta vocatio, §. *cæterum*. Quæ definitio satis clara est: tamen nonnulli, ut distinguant electionem, de qua nos loquimur, ab electione seculari, aliter definiunt, scilicet. Est hominis Christiani Clerici ad dignitatem Ecclesiasticam, &c. Verum facilè respondetur ista omnia comprehendi sub adverbio, Canonicè: sicuti cum definitur testamentum, ut sit Justa sententia, sub nomine Justa comprehenduntur solemnitates omnes, quæ ad ipsum conficiedum a Jure exiguntur. Pro qua re clarius percipienda sit.

De his, quæ ad Electionem exiguntur.

EXposcitur, at omnes, qui eligendi Jus habent, legitimè citentur, ut electioni intersint, veluti si pertranseant 8. dies, in quibus Vicarius Capitularis est eligendus: omnes in quam, qui sine periculo citari possunt: nam si in vocando, veluti si eligentes in loco pestiferum adsint, periculum adsit, tum possunt præsentes etiam quibusdam non vocatis, devenire ad electionem, *cap. cum inter, & cap. quod sicut, eod. arg. ex cap. sane, de sententia excommunicationis*; nam omnium citatio non est de forma electionis, sed de justitia unde Abbas in *cap. coram, & cap. bonæ 2. eodem* docuit, ejus, qui absens causa studiorum est posse citationem omitti: quod tamen falsum est: nam licet is studia relinquere nequeat, potest tamen constituere Procuratorem ad eligendum, ut mox patebit.

Itaque si quis, qui citari potuit citatus non fuerit, etsi major pars, vel etiam alii omnes ad electionem concurrant, tunc electio ipso Jure valida est, quia scilicet major pars consensit: tamen per oppositionem ejus, qui fuit contemptus, irritatur electio ex re-

Digitized by Google

regula, quod in electione magis obest unius contemptus, quam multorum contradictio; ita tamen, ut de irritatione non possit opponere, nisi qui contemptus fuit Abbas in *cap. in Genesi*, & *dict. cap. quod sicut, eodem*; ubi habetur, quod si contemptus ratam habeat electionem, confirmata erit electio; quia substantialiter jam valida erat utpote facta a majori parte eligentium, & solum irritabatur per oppositionem non citati, & contemptum. Secus est si electio ab initio fuerit nulla, veluti facta a minori parte, quo casu non potest convalidari per consensum aliorum *cap. auditis*, *cap. illud*, *de Jurepatron. l. quod ab initio ff. de re Judic.*

II. Exigitur ut eligentes adsint. Verum tamen est absentem, & justa causa impeditum, posse suffragium suum uni ex eligentibus demandare: nam extranea invitis eligentibus, demandare prohibetur, *cap. si quis justo*, *§. fin. eod. in 6.* Verū Procurator iste ad eligendum constitutus, potest unum suo nomine eligere, alterum nomine Procuratorio, quoties scilicet de certa persona eligenda mandatum fuit: quod si de certa persona nihil dictum sit in mandato, nequit Procurator duos eligere, sed unum dumtaxat: in quem duo vota concurrant. Ita DD. magis communiter ex textu expresso in *d. cap. si quis justo*, *§. porro.* Ratio disparitas est, quia in secundo casu ipse Procurator eligi, ut propterea debeat ex unica justitia unum eligere, & non dividere animi sui sententiam: in secundo casu non tam ipse Procurator eligit, quam electum a domino declarat: quare poterit unum juxta mandatum eligere, alterum ex animi sui sententia, *arg. ex cap. 1. de procuratoribus in 6. & cap. cum dilecta, de rescriptis.*

Insuper potest Elector absens non modo uni ex Col-

Digitized by Google

Collegio, ſed etiam pluribus vicem ſuam commitere, dummodo in ſolidum unicuique votum ſuum concedat, aliter mandatum non valebit, ne ob contrarietates electio vel non fiat, vel differatur, *d. cap. ſi quis juſto*. At vero cum unicuique in ſolidum vices ſuas committi, hæc incommoda tolluntur, quia is præfertur, qui prior votum dedit: nam expleto per unum mandato, ceſſat ſtatim in cęteris, argumento ex *c. non injuſte de procuratoribus*. Quod ſi non appareat, uter prior votum dederit, tum is præfertur, quem major pars elegit, *d. cap. ſi quis juſto*, *argum. ex cap. cum inter, eod. cap. pen. de reſcriptis in 6. can. Apoſtolica, diſt. 56.*

Illud hìc queri ſolet, utrum ſi nullus de Collegio velit eſſe Procurator, nec extranei Procurationem admittant, utrum abſens Elector poſſit per literas votum ſuum propalare? Et negat Langellotus hìc in §. *ſed cum abſens*, quia non licet eligere ante electionem, cum in literis dici debeat, eligo Titium, *d. cap. ſiquis juſto*, §. *ult.*

Objices, cum datur Procuratori mandatum de certa perſona eligenda, jam propalatur votum ante electionem, & tamen hoc licitè fit, ex *d. cap. ſi quis juſto*, §. *porro*. Ergo idem licitum erit facere per literas.

Sed reſpondetur cum Gloſſa hìc, negando paritatem; nam qui conſtituit Procuratorem certa Perſona expreſſa, non eligit actu, ſed ſolum dat eligendi poteſtatem. Quæ duo longè inter ſe diſtant: nam cum damus mandatum de eligendo, poteſt nos pœnitere re integra, & mãdatum poſſumus revocare; præterea Procurator conſtitutus poteſt non eligere: quo caſu votum ipſi commiſſum non augebit numerum eligentium. Quod tamen eſſet, cum quis in ſcriptis diceret. Eligo ut paret in matrimonio, ubi aliud

Digitized by Google

aliud est contrahere, aliud dare mandatum de contrahendo: nam contrahentem non potest pœnitere, secus mandantem suo nomine contrahi, *cap. fin. de procuratoribus in 6.*

Hæc, quæ diximus, locum habent in cæterorum Prælatorum electione, non item Summi Pontificis, ubi multa specialia statuta sunt. Nam in hujus electione nulla est necessaria Cardinalium citatio; nec Cardinalis absens poterit alteri votum suum demandare: ac propterea necessarium est, ut ex tribus partibus Collegii, duæ saltem concordent, quod ab Alexandro III. statutum est. Quod si aperto scrutinio, is numerus non impleatur, liberum sit cuique Patrum voce accedere ei, quem scripto non nominavit. Quæ electionis ratio Accessus dicitur, Panvinius ad *Platin. in Clemente V*, DD. in *cap. licet, eod.* & *in cap. ubi periculum eod. in 6.*

III. Exigitur, ut major pars Collegii in electione consentiat, hoc est una vox saltem ultra dimidium, *cap. cum in jure, eod.* Baldus *cons. 316. lib. 3.* Quod plerumque verum est, nam quandoque duæ ex tribus partibus concurrere debent, *l. plane, ff. quod cujusque universitatis*: & ita jam diximus esse in electione Summi Pontificis.

Verum inter istos casus illud interest, quod quando pars altera eligentium est altera duplo major numero, tum minor pars nullo modo electionem irritare potest, nisi de nullitate agat, *cap. si quando eod. in 6.* At verò, cum major pars alteram in medietate tantum excedit, tunc licet electio substantialiter valeat, tamen minor numero potest ad invalidandam electionem duo opponere. I. Merita propria. II. Merita ejus, qui fuerit ab ipsis electus. Merita verò desumuntur ab ætate, a gradu, a dignitate; ut si sint

Digitized by Google Ca-

Canonici cum præbenda, item nobilitate, & literis, Abbas in *cap. dudum*, in *cap. Ecclesia 2. eod.* & in *cap. 2. de his, quæ fiunt a majori parte.* Ubi tamen notandum inter Religiosos nobilitatem non attendi, *cap. fin. de statu regul. can. scripsit* 27. *q.* 3. Ratio hujus dispositionis est, quia nihil est sic inæquale, quam ubi impar est meritum, sit par Jus, Glossa hic, *v. eligentium.* Verum apud Laicos hæc doctrina non observatur, apud quos semper major pars prævalet, Felin. in *cap. cum omnes, de constitutionibus,*

De modis, quibus Electio fit.

CElebratur electio tribus modis, per inspirationem, scrutinium, & compromissum. Per inspirationem dicitur fieri, cum Electores nullo præcedente tractatu, quasi Divini Spiritus impulsu, simul omnes in unum repente consentiunt, & simul unum nominant, *cap. in Genesi, eod.* Id si accidat in Romano Pontifice eligendo, dicitur per adorationem. Qua ratione Julius III. Marcellus II. & Paulus etiam IV. in Romanos Pontifices electi sunt, Panvinius ad *Platinam in Clem. V.* Hæc tamen electio, quandoque sit Deo revelante eum, quem eligi velit, ut accidit, cum D. Nicolaus, & D. Ambrosius fuerunt electi, ille in Archiepiscopum Myrensem, hic in Mediolanensem, §. *his omnibus dist.* 61.

Per scrutinium fit, cum præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, tres de Collegio fide digni assumuntur, qui secretò, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in scripturam redacta publicant, ut scilicet sit ille electus, in quem omnes, vel major pars Collegii consenserit. Scriptura autem hæc sit, vel ab

ipsis

Digitized by Google

ipſis ſcrutatoribus, vel a tabellione, nec opus eſt, ut ſit publica, Abbas in *cap. quia propter eod.* ubi etiam docet, iſtorum trium vota ſcrutari per quartum cum tabellione, ſed rectius docet, Joann. Andr. duos ex ipſis debere ſcrutari tertium, idque ſtatim initio ante ſcrutinium; nam ſi poſt ſcrutinium darent votum, facile fieret, ut in eorum poteſtate eſſet electio.

Per ſcrutinium etiam dicitur, cum Eligentium quiſque votum ſuum ſecreto in ſchedula, e g. ſcriptum in urnam immittit; quo facto vota palam numerantur, & in quem plura conveniunt, electus intelligitur.

Per compromiſſum electio fit, cum omnes de Collegio eligunt plures idoneos, quibus facultas impertitur certo modo eligendi. Itaque omnes debent in compromiſſarios conſentire, aliter unius contradictio compromiſſum impediret, *cap. quia propter, cap. ſcriptum, eod.* tum quia nemo invitus privari debeat Jure ſuo, *l. invitum*, & *l. in vendentis*, *C. de contr. emt.* tum etiam, quia cum compromiſſum ſit res voluntaria, opus eſt, ut omnes conſentiant, *cap. omnes, de conſtitutionibus*, Andr. in *rubr. de Jurejur. in 6.* Inſuper compromiſſarii poſſunt eſſe non modo plures, ſed unus tantum, *cap. cauſam, eod.*

Cęterum compromiſſarii re jam non integra revocari non poſſunt, hoc eſt, ſi jam de electione agere, & tractare cœperint: non tamen ſatis eſt, ſi Miſſam tantum Spiritus Sancti celebraverint, quo caſu res adhuc integra dicitur, Gloſſa hic communiter recepta in *§. quod ſi intra.*

Qui

Digitized by Google

Qui eligere, eligive possint.

TIT. VII.

I. IUre eligendi carent impuberes, prorsus ut hoc casu malitia non suppleat ætatem, *cap. ex eo, cap. indemnitatibus, eod. in 6.* Sacri ordines non conceduntur minoribus 18. annis, *Clem. fin. de ætate, & qualitate.*

II. Qui sacros Ordines non habent, licet de Collegio, tamen eligere aut eligi nequeunt, *Clem. bi, de ætate, & qualitate.* Nisi ageretur de eligenda Abbatissa per Moniales, quæ Ordinis sacri capaces non sunt. Qui sacros Ordines non habet, in Episcopum eligi non potest. Sacros Ordines intellexit Urbanus I. Diaconatum, & Presbyteratum: hodie ex Innocentio III. etiam Subdiaconatum, ut in *c. a multis, de æt. & qual.*

III. Non eligunt anathemate, hoc est majori excommunicatione percussi: secus est, si minorem tantum habeant. Verum omnes isti eligi prohibentur, quia rerum spiritualium participatione carent, *cap. illa, eod. cap. si celebret de Cler. excomm.*

IV. Suspensus a Canone eligere potest: at vero, suspensus a Judice nec eligere, nec eligi potest, Abbas in *cap. dilectus, de præbendis*, nam mitius agitur cum lege, quam cum homine, *l. Celsus, ff. de arbitris.*

V. Hæretici, Schismatici, Apostatæ, nec eligere, nec eligi possunt, *can. aperte, can. miramur, 24. q. 1. can. ult. 6. q. 1.*

VI. Qui contra legitimam, & a legibus præscriptam eligendi formam eligere tentaverit, privantur in postremum eligendi Jure *cap. quia propter, §. ult.*

Digitized by Google

ult. eod. Imo qui elegerint indignum, non ſolum eligendi poteſtate privantur, ſed etiam intra triennium nequeunt ab aliis eligi, *cap. per inquiſitionem, eod.*

VII. Negligentes eligere intra ſtatutum tempus privantur pro ea vice eligendi Jure, quod transfertur ad immediatum ſuperiorem, Canoniſtæ in *cap. ubi periculum, eod. in 6. cap. 2. de conceſſione præbendæ.* Tandem plurima, quæ ad hunc titulum faciunt, explicabimus infra in titulo de his, qui promoveri non poſſunt.

Porro circa Epiſcopos nonnulla hic notanda ſunt. I. Vetus fuit Eccleſiæ mos in Epiſcopis eligendis, ut rogarentur ſuffragia non modo Cleri, ſed etiam populi; atque ut omnium de eo, qui ordinandus erat, Judicia ſciſcitarentur, illius nomen plebi publicè proponebatur, facta omnium poteſtate quidquid vellent, iis obiiciendis, D. Auguſtinus *ep.* 110. Hunc morem Cyprianus *lib.* 1. *ep.* 4. monet originem traxiſſe ab eo, quod ſcriptum eſt de electione Eleazari Aaronis filii in Sacerdotem, qui dicitur a Deo conſtitutus coram omni Synagoga. Quare ipſe concludit: *Epiſcopus delegatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit, & uniſcujuſque actum de converſatione proſpexit.* Hodie ad hanc rem fiunt citationes per Edictum in foribus Eccleſiæ, quæ publicationes dicuntur, idque juxta Concilium Calchedonenſe *can.* 6. ubi habetur: *Neminem abſolutè ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, quemlibet omninò eorum, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in Eccleſia Civitatis, aut Vici, aut Martyrio* (ideſt Eccleſia Martyrium) *vel Monaſterio is, qui ordinandus eſt, prædicetur.*

Nec diſſimilis apud veteres Romanos fuit lex Do-

Digitized by Google

Domitia de Sacerdotiis, a Domitio Ænobarbo Tribuno plebis lata: *Ut non Sacerdotum Collegia, quem vellent, coaptarent, sed populo id beneficium esset.* Et Licinia a Q. Licinio promulgata: *Ut Sacerdotum coaptatio ab ipsorum Collegio ad populum transferretur.* Justellus in *notis ad C. Canonum Ecclesiæ universæ, can.* 184. Quoniam verò hinc ambitus, & vix vigere cœpit, ideo id prohibitum est a Concilio Laodiceno, *can. non est permittendum, dist.* 63. Quandoque electio fiebat per viduatæ Ecclesiæ Capitulum seu Collegium, uti Jus eligendi S. Pontificem erat apud Clerum Romanum, Canonistæ in *cap. quanquam, eod. in 6. can.* 1. *dist.* 22. & *dist.* 66. Sed ob easdem rationes hodie S. Pontifex sibi Jus eligendi Prælatos Cathedralium Ecclesiarum reservavit, ut patet ex Regula 2. Cancellariæ, ubi Gonzalez, & Gomez; nisi aliter ex privilegio vel immemorabili consuetudine servetur, *cap. scriptum, eod. cap. cum dilectus, de consuetud.* Vide Hallier *de sacris elect.*

II. Nullus in Episcopum eligitur, nisi qui jam trigesimum ætatis annum exegerit: qua ætate Christus prædicare cœpit, quod est proprium Episcopi munus. Idque ab Alex. III. in Concilio Lateranensi statutum est, *cap. cum in cunctis, in princip. de elect.* Etsi Justinianus 35. annos requisierit in *cap.* 1. *auth. de S. Episcopis.* Ex dispositione tamen S. Pontificis minor natu ad Episcopatum eligi potest, non item Episcopi, qui contra Concilium Generale Jus dispensandi non habet, *can. nihil, cit. tit.* Gl. in *cap. cum dilectus, in princ. v. in ætate, eod.*

III. Ex justis nuptiis ortus, vel saltem per Pontificem legitimatus, Abbas in *cap. cum Victorensis, eod.*

IV. Ut sit vel Canonista, vel Theologus; etsi uter sit præferendus valdè ambigatur; nam Theolo-

Digitized by Google

gi præferunt eum, qui Theologiæ ſtudiis incubuit; ex eo, quod Epiſcopis munus eſt Evangelium Populo prædicare, Trid. *ſeſſ.5.cap.2.* quod munus melius expleri poteſt per Theologos, quàm per Canoniſtas: unde cum Epiſcopi conſecrantur, ſolent interrogari, an utrumque teſtamentum ſciat, Theologi poſt D. Th. 2.2. *qu.63.* At verò Canoniſtæ diſputant pro eo, qui Sacrorum Canonum notitiam habet, cum Epiſcopus Jus dicere teneatur, & fori cauſas decidere. Quæ rationes cum hinc inde urgeant, factum eſt, ut ab aliquibus deſideretur Epiſcopum debere utraque ſcientia pollere, Cardin. de Lugo *de Juſtitia & jure, diſp.35. ſect.2.* Illud tamen ex mente Hoſtienſis & Panormitani videtur poſſe recipi, quod ubi vigent hæreſes, debeat præferri Theologus, qui Jus dicet per Vicarium, ubi verò illæ non vigent, præferatur Canoniſta, qui curam prædicandi aliis demandabit.

V. Ad Epiſcopatum, vel Presbyterium non promovetur Neophitus, hoc eſt, qui non ita pridem Chriſti Evangelium amplexus eſt; ita Domino quaſi nova planta, ex Concilio Nicæno, *can.2. diſt.46. & 61. per totas*, Ex Apoſtolo: *Non Neophytum, ne inflatus in Judicium incidat, & laqueum diaboli.* At D. Ambroſius in Epiſcopum Mediolanenſem fuit electus, dum adhuc eſſet catechumenus, ordinatus uno die a baptiſmo, ut ex Paulino in *vita Ambroſii*, & aliis refert Petavius in *rat. par.1 lib.6. cap.7.*

De obligatione Eligentis.

I. QUi eligit indignum, omiſſo eo, qui dignus eſt, peccat mortaliter, & obligatur ad reſarcienda damna omnia, quæ deinde in adminiſtratione

Digitized by Google

ne

ne evenerit, quorum omnium causa videtur ipse eligens, Lessius 2.*de Justitia* 32.*cap.*1. Filiucc. *tract.* 28.*cap.*8.*q.*3.*num.*130. Quod si indignus recte deinde in suo munere se gerat, & nulli damnum inferat, eligens etiam peccavit, quia Ecclesiam, aut Rempublicam periculo exposuit; Covar. in *reg. peccatum*, *par.*2.§.7.

II. Si eligatur dignus omisso digniori, valet electio digni, ne aliter litibus occasio præbeatur, *cap. cum nobis*; *eod. can. ad Monasterium* 16. *q.*7. Quæstio tamen est, an eligens peccet mortaliter, & affirmat D.Th.2.2.*q.*63.*art.*2. Sotus 3.*de just.q.*6.*art.*2. Navar. in *manuali cap.*17. quia scilicet ex præcepto beneficia dignioribus conferenda sunt, *cap. un. ut Ecclesiastica beneficia*. Id tamen alii solum verum putant in nonnullis casibus. I. In electione Cardinalium, & Episcoporum, qui digniores eligi debent, ex Trid. *sess.*24.*de reform. cap.*1. II. In beneficiis Curatis, ex eod. Trid. *loc. cit. cap.*18. III. In Jurepatronatu Ecclesiastico, ubi dignior admitti debet, licet in laicali idoneus tantum admittatur, Trid. *ibidem*. Quoniam ergo Tridentinum in his tantum casibus digniorem exigit, ideo in aliis casibus omittens digniorem, & eligens dignum, non peccabit mortaliter, nec ad restitutionem tenebitur, Navar. 2.*de restit.* 2.*nu* 127. Guttierez *can. qq. cap.*11. Garsias *de benef. par.*7. *cap.*16. *n.*16. adeout contraria Jura intelligentur ex Tridentino correcta, Diana *tract.*15.*res.*38.

Unde beneficia, quæ conferuntur per provisionem liberam, sine ullo concursu, a Summo Pontifice, vel a Rege, possunt conferri digno, nisi dignior in promptu sit; non tamen onus Principibus incumbit, ut digniorem quærant, Reginald. *tit.*2. *lib.*3.*c.*14. *n.*17. contra Lessium *lib.*2.*c.*34.*dub.*14,*n.*64.

Digitized by Google

De Electione sui ipsius.

REgula est, ut nemo se ipsum eligere possit, c. *per vestras de Jurepatr. cap.* 3. *de excessibus Prælatorum*, *l.* 4. *ff. de tutorib. datis*; tum ob alias rationes, tum præcipuè, ne ambiendis dignitatibus detur occasio, contra textus in *can. in scripturis* 8. *q.* 1. & in *l.* 1. *ff. ad l. Juliam*, *de ambitu*: tum quia nemo potest esse auctor in re propria, *l.* 1. *ff. de auctor. tutor. l.* 1. §. *fuit*, *ff. ad Trebell.* Atque ita intelliguntur DD. qui dicunt electum non posse computari in numero eligentium, Hieronym. Cardin. Albanus *de præstantia Card. q.* 28. Bellam. in *cap. licet*, *de elect. vers & decimum*, *sub num.* 17. *cum seq.* & alii apud Hieronym. Campanilem in *diversorio Juris Canonici*, *rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 64.

Excipe si quis electioni de se factæ accedat, ut si ex septem compromissariis tres eligant quartum, & ille consentiat electioni de se factæ, confirmabitur electio. Quæ est assertio textus in *cap. cum in Jure de electione.* Cujus rei rationem ibidem reddit Emmanuel Gonzalez *n.* 5. nam ut electio rectè celebretur, tantum desideratur, ut major pars concurrat, *cap. eorum*, *cit. tit.* ut esset in casu nostro. Idem est de Jure civili in *l. plane*, *ff. quod cujusq. universit.* ubi cum supponatur actorem Civitatis a duabus Decurionum partibus esse eligendum, ait Paulus: *Plane ubi duæ partes Decurionum affuerint, is quoque quem decernunt, numerari potest*, ibique Cujac. Unde in electione Imperatoris unus ex Electoribus potest consentire suæ electioni, & majorem partem facit, ex constitutione Caroli IV. *cap.* 2. *aureæ bullæ*, §. *fin.* Vicherus *de electione Regis Romani*, *pag.* 93. Id ipsum est,

in

Digitized by Google

in electione Summi Pontificis, ut nimirum possit accedere electioni de se factæ, ut observari a Cardinalibus tradit Hostiensis in *d.c.cum in Jure*, *n.*1. Zaberella ibidem in *5.oppos. & col.6. in 4.elect.* Nam si scrutinium est secretum, cum deinde panditur, licet electo in se ipsum consentire, Abbas ibid.sub *n.*5. Ut etiam in casu de electione S.Pontificis tenet Campanilis *loc.cit.nu.*65. Franc.Marcus *dec.*929.*par.*1. Itaque aliud est seipsum eligere, quod non licet, aliud electioni de se ipso consentire,quod licitum est: sicut aliud est manumittere,aliud manumissioni consentire: & qui illud non potest, hoc potest, *l.*4.*ff.de manumissis vindicta*, *l.aliud ff de reg.Juris*, ubi Petrus Faber.Nec obstat ambitionem præsumi in eo,quia cum tantum consentit suæ electioni,non se ingerit dignitati, sed tantum judicium aliorum probat.

Quod si scrutinium sit secretum,antequam propaletur, nemo se ipsum eligere potest:nam cum nesciat se electum ab aliis potius se elegit, quam electioni consentit: & principaliter, & directè suam electionem intenderet.Et ita intelligitur textus in *cap. Cumana*, *de electione* DD. supracitati, & alii, quibus accedit Barbosa in *Collectaneis ad d. cap. Cumana*, *nu.*2.

Frater Deodatus Guzon in Conventu habitu pro electione Magni Magistri anno 1346. se ipsum elegit. Ex quo statutum est, ne Jus suffragii Equites Magnæ Crucis haberent, Bosius in *Historia Equitum Hierosolymitanorum*:

Digitized by Google

De Postulatione.

TIT. VIII.

ALter modus, quo ad Ecclesiasticas dignitates pervenitur, est Postulatio, quam ita definit Langellottus. Est ejus, qui eligi non potest in Prælatum, concors Capituli facta petitio. Itaque duo simul exigit, primo ut quis eligi non possit in Prælatum ob aliquid defectum, quitamen non sit defectus cotporis, ut cecitas: nec sit defectus, seu vitium animi, cum criminosi ad Ecclesiæ dignitates nequeant assumi, ut late infra in titulo, qui promoveri non possunt: nec tandem sit defectus libertatis, ne sit contra titulum de Servis non ordinandis. Secundo, ut Capitulum concordi animo petat a Summo Pontifice, vel alio Superiore, ut gratiose postulatum admittat ad dignitatem. Ex quo postulatio distat ab electione, quæ non gratiæ, sed juri innitur.

Postulatio olim facta a Populo, sicut electio a Clericis, ex epistola Petri Alexandrini Episcopi apud Theodoretum 4. *hist. Eccles. cap.* 22. Ita cum Narcissus jam grandis natu senex Ecclesiam Hierosolymitanam reggere non posset, Populus Coepiscopum ei postulavit Alexandrum Cappadociæ Episcopum, Eusebius 6. *hist. Eccles.* 11. Populus etiam Antiochenus, post Eustachii depositionem, sibi in Episcopum postulavit Eusebium Cæsarienſem, Eusebius *de vita Constant. lib.* 3. *cap.* 60.

Multi itaque sunt, qui postulari & non eligi possunt. I. Archiepiscopus, vel Episcopus ad alium Archiepiscopatum, vel Episcopatum, *cap. bonæ, cap. si unanimiter, de postul. Prælator.* II. Laicus ad digni-

tatem

Digitized by Google

tatem Ecclesiasticam, *can. Episcopus, dist. 61.* Ita Nectarius ex Prætore, a populo raptus, in Episcopum C.P. assumtus est, & ordinatus in Concilio Constantinopolitano 1. Socratus *lib. 5. cap. 8.* III. Clericus in minoribus constitutus, *cap. præterea, de ætate, & qualitate.* IV. Illegitime natus, *cap. innotuit, de electione.* V. Quæ legitimam ætatem non habet veluti si minor 30. annis postuletur in Episcopum, *cap. cunctis, eod.* VI. Bigamus, cum quo dispensari potest, Bald. in *cap. ut si Clerici, de judiciis*, Firmanus *de Episcopis lib. 1. q. 15.* etsi Hostiensis in *cap. de bigamis* crediderit bigamus postulari non posse. Idemque videtur dicendum de Neophito, ex regula Lancellotti hic in *§. sciendum.*

Ceterum postulatio ex justa causa fieri debet, & ut tendat in utilitatem Ecclesiæ; aliter postulatio rejici potest a S.P. *d. cap. bonæ.*

De Confirmatione Electionis.

TIT. IX.

CUm hactenus visum sit de promotione Prælatorum, maxime vero Episcoporum ad Ecclesiasticas dignitatem, proximum est, ut inspiciamus de modis, quibus eadem promotio confirmatur: quæ confirmatio his ferme verbis solet fieri, *Confirmamus te, sicut provide facta est electio.* Sit ergo.

Quæ facere Electus debeat.

IN Concilio Calched. *can.* 25. statutum est, ut a Metropolitis inter tres menses Episcoporum ordinationes fiant, nisi inescusabilis utique necessitas

ef-

Digitized by Google

effecerit, ut dilationis tempus prorogatur. Si hoc non effecerint: eos Ecclesiasticæ pœnæ subjici. Viduæ verò Ecclesiæ redditum apud Ecclesiæ Æconomum custodiri. Apud nos Æconomus in Episcopis Regiis redditus; servat futuro Episcopo, in Papalibus Camcræ.

Ex constitutione Gregoriana cautum est, ut Electores arbitrio boni viri, quamprimum commode possunt, operam dent, ut electi consensum habeant: qui electus intra mensem a die, quo certioratus est, debet suum consensum præstare, nisi legitime fuerit impeditus, aliter statim electionis jure caret. Dein intre tres alios menses a die consensus, debet confirmationem a Summo Pontifice petere: alioqui trimestri hoc spatio elapso, irritatur, *cap.quoniam, de electione, in 6.*

Sed postremum istud immutavit Nicolaus III. *cap.cupientes cit.tit.* ob locorum majorem, vel minorem distantiam ab Urbe Romana. Nam statuit, electum debere intra mensem a die consensus præstiti, iter ad Sedem Apostolicam arripere, confirmationem petiturum quanto citius.

Quæ facere debet, qui confirmat.

UT confirmatio legitime fiat, opus est, ut Superior præ omnibus examinet electionem processum, ipsumque etiam electum, præsertim in literis, vitæ honestate, & ætate, nam qui indignum confirmat, mortaliter peccat, Canonistæ cum Armilla in *cap.nihil, versic.confirmatio de electione*, ubi etiam habetur, hanc confirmationem posse fieri, non modo per Superiorem ipsum, sed etiam per Delegatum

Digitized by Google

tum, Nicœnum *can.* 9. prohibet ne Presbyteri promoveantur, ſine examine.

Exigitur etiam, ut fiat generalis omnium citatio per edictum in foribus Eccleſiæ, num ſcilicet quis contra electum opponere velit, ne confirmetur, Cardinalis *conſ.* 31. & 112. *in princ.* Franciſcus Marcus *dec.* 1315. *lib.* 1. Imo exigitur, ut nominatim quoque citentur ii, quorum intereſt, veluti coelectus, vel contradictor, *cap. fin. de electione in 6.* Illud vero ſtatutum eſt, ne detur locus calumniæ, ut qui contra electionem opponit, & mox in probationibus deficit, pœnas ſubeat, de quibus in *cap.* 1. §. *fin. cap. ſi forte*, *cap. ab eo*, & *cap. cupientes. cit. tit.*

Sed ſi plures fuerint electi, dignior præferendus eſt. Ceterum dignior dicitur, qui magis idoneus eſt ad beneficium, cui præponitur, ob ætatem, ſcientiam, morum, probitatem, & ordinem neceſſarium, *cap. cum in cunctis*, §. *inferior*, *de elect.* Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 1. & 2. Sylveſt. *de benefic. par.* 3. *q.* 5. Covar. in *reg. peccatum. par.* 2. §. 7. Et quamvis Baldus, & alii docuerint, ad judicandum, utrum quis ſit idoneus, plurimum valere arbitrium Superioris; id tamen verum eſt, cum Superior recte judicat, *de arbitr. cent.* 1. *caſu* 67. Tiraq. *de nob. cap.* 10.

Quod ſi ex duobus alter ſit electus, alter poſtulatus, tum ceteris paribus electus eſt confirmandus, niſi poſtulantium numerum ſit eligentium duplo major, hoc eſt, duæ tertiæ pro poſtulato concurrant, *cap. ſcriptum de electione.*

De his, quæ confirmatio confert.

PEr confirmationem Epiſcopi contrahi intelligitur matrimonium ſpirituale confirmatum & Ecclc-

Digitized by Google

cleſiam, *cap. inter corporalia*, *de translatione*. Itaque confirmatum eſt qu dem Prælatus, & habet ea, quæ ſunt Juriſdictionis, ſed non eſt Epiſcopus, qui exigit conſegrationem, eoque caret iis, quæ ſunt ordinationis, Abbas in *cap. de multa*, *de præbendis* · & *cap. ex te de reſcript.* Hinc eſt, quod confirmatus poteſt indulgentias concedere, cenſuras ferre, beneficia concedere, literas dimiſſoriales facere, a juramento abſolvere, & alia, quæ ſunt Juriſdictionis, Andr. Abbas, & alii in *cap. ſuffraganeis*, *cap. tranſmiſſam*, *cap. ſicut*, *de elect.* At vero ea, quæ ſunt ordinationis, ut Eccleſias, Virgines, & Clericos conſecrare facere nequit, Lancellottus hic §. *fin.* quamvis hæc omnia poſſit alteri Epiſcopo demandare, quia hæc demandatio ad Juriſdictionem pertinet, Riccius hic. Eoque modo tranſit aliquando poſſeſſio ſine apprehenſione rei, quæ a DD. poſſeſſio civilis, vel civiliſſima vocatur, cum confirmato conceduntur ea, quæ ſunt Juriſdictionis, non quidem nomine ſuo, ſed nomine, & favore Eccleſiæ., *de cap. tranſmiſſam.* Ita etiam in *l. raptores* §. *ſi autem*, *diaconiſſa*, *C. de Epiſcopis*, & *Clericis*, ubi in ſubſtantia ejus, qui rapit diaconiſſam, hæc acquirit uſumfructum, Eccleſia proprietatem, & plenam poſſeſſionem, ſcilicet etiam ob favorem dignitatis Eccleſiæ. Unde hæc ad ſimilia extendi non debent. Vide Caſſiodorum *dec. 7. per totam.* Ad textum in *l. raptores*, reſpondet Giphan. in *l. 3. ff. de acqu. poſſ.* non de acquiſitione poſſeſſionis ſed de juſto titulo Eccleſiæ, vel Monaſterio competente ad obtinendam poſſeſſionem illius, qui virginem rapuit, tractari.

Verum tamen eſt, quod ſi Prelatus poſt confirmationem velit res Eccleſiæ adminiſtrare, aut Juriſdictione exercere, obligatur literas confirmationis oſten-

Digitized by Google

ostendere, aliter ei obediendum non est, *cap. injuste de electione*: ubi DD. docent hunc casum esse specialem, in quo scilicet exigatur scriptura. Imo Prælatus res Ecclesiæ non administrabit ante installationem, hoc est ante adeptam possessionem Superioris auctoritatis, Abbas in *cap. cum super, de causa possessionis*.

Ex his patet. Prælatum per solam electionem non habere jus administrandi, aut Jurisdictionem exercendi in Ecclesia §. *quandiu*. Quod si hæc temere fecerit, statim Jure electionis privabitur, sive id faciat per se, sive per alios, sive in judicio, sive extra, sive in omnibus negotiis, sive in uno aliquo, *cap. avaritia de elect. in 6.* prorsus ut nulla in contrarium obstet consuetudo, Tusch. *v. consuetudo, concl.* 813

Excipe in eo, qui eligatur ad dignitatem Sedi Apostolicæ immediate subjectam, quæ tamen in remotissimis regionibus existat; hic enim necessitate urgente poterit, ante confirmationem administrare spiritualia, vel temporalia Ecclesiæ, ubi in Prælatum est electus, *cap. nihil, de elect.* Oltrad. *cons.* 9. Excipe etiam, cum id ex privilegio S. Pontificis conceditur; vel etiam si electio vim confirmationis habet, ut accidit in electione Magni Magistri Equitum Hierosolymitanorum, Geminianus *cons.* 15. idem Oltrad. *cons.* 128.

De *Consecratione.*

TIT. X.

ELectus in Episcopum, post confirmationem debet novissime consecrari, ex quo conjugium spi-

Digitized by Google

ſpirituale cum Eccleſia ſponſa veluti conſummatur, & obtinetur verum Epiſcopum nomen cum poteſtate ordinandi, conſecrandi, & cetera, quæ ordinis ſunt, peragendi, *cap. tua, de his, quæ fiunt a Prælato.* Itaque intra tres menſes poſt electionem conſecratio expedienda eſt, niſi legitum impedimentum ſubſit, *cap. quoniam diſt.* 100, quibus elapſis & conſecratione non facta ad fructum perceptorum reſtitutionem tenetur: quod ſi intra totidem menſes poſtea ad ipſum negleſſerit, ipſo jure Eccleſia privatus: quod in omnibus Prælatis etiam Cardinalibus, locum habet. Trident. *ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 2. Calderin. in *conſ.* 4. & 50. *de elect.*

I. Ad conſecrationem ergo Epiſcopi I. exigitur, ut ſit Sacerdos, *can.* 1. *diſt.* 77. & colligitur ex Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. ubi Epiſcopi dicuntur Presbyteris ſuperiores: nam ubi eſt conſecratus, miſſam celebrat, ut habetur in Miſſali Romano, & novo Pontificali. Verum quæſtionis eſt, utrum Sacerdotium in Epiſcopo requiratur de Jure Divino, an potius humano? Theologi, qui volunt Epiſcopatum non eſſe ordinem diverſum a Sacerdotio, ſed eſſe ordinis Sacerdotalis quandam veluti ampliationem, docent Sacerdotium in Epiſcopo expoſci de Jure Divino, ut eſt apud Azorium *par.* 2. *Inſt. Moral. lib.* 3. *cap.* 30. *q.* 9. At vero Canoniſtæ, qui hos ordines diſtinguunt, docent Sacerdotium in Epiſcopo exigi de Jure humano, & proinde poſſe in Epiſcopum conſecrari etiam qui Sacerdos non ſit, de communi Covar. 1. *variar.* 10. *nu.* 15. Soccin. Sen. in *cap. tuæ literæ, num.* 16. *de Clerico per ſaltum promoto.*

Nectarius ex Prætore electus eſt in Epiſcopum C. P. & conſecratus a Concilio ſub Theodoſio M. Socrates *lib.* 5. *cap.* 8. D. Ambroſius etiam ex laico factus eſt

Digitized by Google Epiſco-

Episcopus, Paulin. in vita. Quod tamen non est ita passim observandum; nam de Photio ex laico Patriarcha C. P. licet se Ambrosii, & Nectarii exemplo tuetur, graviter conqueritur Nicolaus I. in *Ep. 6.* & Justin. in *Novell. 6. de Episcopis, & Clericis*: ait: *Ne laicus statim ad Episcopatum traducitur.*

Celestinus I. in *can. quid proderit dist. 61.* Quid proderit per singula Clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castris ætatem, si quis his profuturi sunt laicalis requiruntur.

II. Episcopus est consecrandus a Metropolitano, qui duos alios Episcopos suffraganeos convocabit, ut omnes tres unititi simul consecrent, *can. Episcopi, can. Provinciales dist. 64.* Ubi plura notanda sunt I. Si Metropolita justa causa impediatur, potest vices suas alicui Coepiscopo demandare, a quo Prelatus consecretur, *cap. pasteralis de offic. ord.* Quin etiam non modo ex justa causa, sed etiam pro arbitrio poterit consecrationem committere, Hostiensis, & Abbas communiter recepti in *cap. quod sedem cit. tit.* ubi quod de impedimento dicitur volunt habere locum de honestate. II. Si suffraganei evocati convenire non possint sui præsentiam per Epistolam facere tenentur *can. non debet dist. 65.* Sed si in Provincia non reperiatur, nisi unus tantum Episcopus, tum ex Concilium Sardicensi statutum est ut Episcopi vicinæ Provinciæ convocentur, *can. fin. dist. 65.* III. Episcopus consecratus tenetur intra duos menses visitare Archiepiscopum, nisi sit impeditus, de quo impedimento debet eundem certiorem facere per literas, *d. cap. quod Sedem, de officio ord. can. si quis in Metropolitana, dist 65.*

Tandem consecratio fit die Dominica, hora diei tertia, quo Apostoli consecrarunt Paulum & Barnabam

Digitized by Google

bam, *can. ordinationes*, 1. *dist.* 75. *can. nocte*, *dist. de consecr.* ubi Canonistæ cum Turracremata docent, tertiam horam nonnisi ob decentiam exigi. Diei vero Dominicæ observatio solemnis est, ut in qua Spiritus Sanctus missus est Apostolis in Pentecoste, & in eadem Christus Apostolos jussit Evangelium prædicare, baptizantes gentes omnes. Vide Bedam in *Epistola de celebratione Paschatis, & æquinoctio æstivo*, & S. Leonem Papa *Epist.* 81. *ad Dioscorum sermone*, & S. August. in *serm. de tempore*, & nos infra in *tit. de injus vocando*. Et scrutinio cum precibus celebrato, duo ex Episcopis Evangelii codicem tenentes, supra caput ordinandi manus imponunt; tertio interim benedicente. Præterea caput & manus Episcopi Sacro Chrismate ex Oleo & Balsamo consecrantur. Caput inungitur propter auctoritatem & dignitatem: manus propter ministerium, & officium benedicendi, & consecrandi, *cap.* 1. *de Sacra Unctione*. Tandem Ecclesiæ Romanæ & Summo Pontifici fidelitatem secundum formam Gregorii III. jurat, *cap. ego*, *de jurejur. cap. si præsenti, de electione*.

De receptione, & auctoritate Pallii.

TIT. XI.

APud Ecclesiasticos Pallium est fascia ex lana novem palmos majores longa, lata vero palmi majoris quadrantem, crucibus quatuor nigra signata, quam Archiepiscopus sic circa scapulas obvoluit, ut in pectus descendat. Concinnatur ex lana, ut Prælatus imitetur Pastorem evangelicum, qui ovem in gregem errantem humeris injecit, uti explicat S. Isi-

dorus

Digitized by Google

dorus Peluſiota *ep.*136. Vide Panvinum *de ſacrarum veſtigium generibus*,, Bulengerum *de veſtitu Pontificum*, *Epiſcoporum*,& *Sacerdotum*, Paulum Leonem S. I. *de Pallio*.

Pallio præ omnibus utitur S. Pontifex,tum Patriarchæ, Archiepiſcopi, & etiam nonnunquam Epiſcopi ex privilegio, præcipuè ſi nullius fuerint ſuffraganei, ſed immediate ſubſint S. Pontifici: nam alioqui jure ordinario Epiſcopis non competit, *cap. cum in juventutem*, *de præſumptionibus*. Quod verum eſt de latinis: nam Græci Epiſcopi omnes pallium habent, nec a Summo Pontifice petunt, ab Anno Chriſti 934. cum Albericus Urbis Romanæ Tyrannus muneribus corruptus a Romano Lecapano Imperatore Conſtantinopolitano adegit Joannem Papam XI. ſuum filium, ut Theophilo Eunucho ipſius Lecapani filio Conſtantinopolis Patriarchæ palli uſum, ſine ulla S. Pontificis venia, concederet. Ex eo igitur non modo Græci Patriarchæ, ſed Epiſcopi omnes ejus nationis pallium ſuo jure ſibi vindicant, quod notat Bulengerus *cap.*10. At vero Patriarchæ Mauritonarum,& confirmationem,& pallium a S. Pontifice recipiunt,ut in *Th.Turciæ cap* 30. *art.* 12.*ſect.*1.

Verum hic nobis ſermo eſt de pallio Archiepiſcopi,qui id a Summo Pontifice petit intra eoſdem tres menſes, in quibus conſecratio impetratur, *can.quoniam diſt.*100. Abb. in *cap.ad honorem*,*eod.* Et in hoc ejus plenitudo poteſtatis conſiſtit, prorſus ut ante pallii receptionem neque poſſit conſecrare, nec Provinciale Concilium convocare, quamvis id alter mandare poſſit. Canoniſtæ cum Abbate in *cap.ſuffraganeii* & in *cap.ſi qui ſicut*,§ *ſuper eo*,*de electione*.Sed tanquam pallium concedatur,ſit cuicumque poteſtas

Digitized by Google

opponendi contra Archiepiſcopum, dummodo corporali juramento affirment ſe niſi intra bimeſtre ſpatium objecta probent, ſubſtitutos pœnam talionis, vel pœnam extraordinariam Superioris arbitrio, *Extrav. malitiis, hoc tit.*

Itaque Metropolita pallio utitur in ſua tantum Provincia ad auctoritatem demonſtrandam, non tamen ſemper, ſed certis tantum diebus. Hi ſunt in Nativitate Domini, in feſtivitate S. Joannis, & S. Stephani, in Circumciſione, Epiphaniæ, in Ramis Palmarum, in Cœna Domini, in Sabato Sancto, tribus diebns Reſurrectionis, Pentecoſtes, in feſtivitatibus Apoſtolorum, in tribus feſtivitatibus B. Mariæ, in Commemoratione omnium Sanctorum in dedicatione Eccleſiarum, in principalibus feſtivitatibus Eccleſiæ ſuæ, in ordinationibus Clericorum, in conſecrationibus Epiſcoporum, in die Anniverſario ſuæ conſecrationis. Solus enim Romanus Pontifex in Miſſarum ſolemnibus pallio ſemper, & ubique utitur, *cap. ad honorem*, ubi Gl. *cap. pen. & fin. eod.*

Quoniam vero pallium perſonale inſigne eſt, ideo alteri commodari non poteſt, & cum eo quisquis ſepelliendus eſt; itaut ſi unius Provinciæ Metropolita, ad alteram fuerit translatus, alterum pallium recipiet, & cum ambobus humabitur, Canoniſtæ in *cap. ad hoc eod.*

Porrò pallio dicitur de Corpore B. Petri, hoc eſt de Altare ſub quo ipſius Corpus quieſcit, *cap. ſignificaſti de elect.* Et ob eam rem duo agnis quotannis ab Eccleſia D. Agnetis dies ejus feſto, offeruntur Baſilicæ S. Joann. Laterani, qui deinde a S. Pontifice benedicti traduntur Sacris Virginibus alendi.

De

Digitized by Google

De vita, & honestate Prælatorum.

TIT. XII.

CUM hactenus visum sit de creandis Episcopis, proximum est, ut de eorundem vita, & moribus dicamus, quorum pleraque aliis etiam Sacerdotibus conveniunt. Opus est ergo, ut Episcopi sint omnium virtutum corona decorati, & irreprehensibiles qualis enim erit edificatio Discipuli, si se Magistro intelligat esse præstantiorem? *can. quisquis dubitet dist. 96. can. qualiter 8. q. 1.*

Rectè ergo D. Isidorus Peluſiota dicebat, graviora esse Sacerdotum delicta, quam laicorum, utpote quorum vitia ad omnes contagione sua perserpunt: ut in navi gravius delinquit gubernator, quam nauta, ut ipse ait *epist. 322. Et Levit. 4.* dicitur: *Si Sacerdos, qui est constitutus, peccaverit, faciet delinquere populum, cap. magnæ, §. præterea de vita, & hon. Cler.* Sed de nonnullis in specie videamus.

Episcopis munus est verbum Dei populo evangelizare, quod fecere Apostoli, in quorum locum Episcopi succesſere, & rerum temporalium curam Diaconis mandabant, *Act. 6.* At verò quandoque etiam Diaconos prædicasse, patet ex Philippo, uno ex septem primis Diaconis per Apostolos ordinatis, qui propterea Evangelista dicitur, *Act. 21.* Episcopo autem impedito sermo legebatur, & recitabatur per Notarium, constat a D. Gregorio in *Prologo ad homilias super Evangeliis*. Fuerunt deinde ad hoc munus electi etiam Sacerdotes, qui tamen coram Episcopo non prædicabant; quare cum D. Augustinus prædicaret adstante Valerio Episcopo Bonæ, quod ea de re sunt Episcopi Africani, teste Possidio in *Vita D. Augustini* Morem salutandi B. Virginem initio sermonis in-

Digitized by Google

duxit S. Vincentius Ferrerius.

Debet ergo Episcopus orationis, & prædicationis Evangelii maximè incumbere; nam præconis officium suscipit quisquis ad tale Sacerdotium accedit unde super Apostolos Spiritus Sanctus in linguarum speciem descendit. Quod etiam de Parochis verum est, Canonistæ in *Clement. de Regularib. Clement. 2. de sepulturis.* Episcopi verò in suis Diœcesibus prædicant cum Mitra, & Baculo, Gl. in *can. nullas, de consecr. dist.* 1. Hinc etiamnum extant veterum Episcoporum conciones ad populum, ut orationes D. Procli, homiliæ D. Chrysostomi, ambo Episcopi C. P. Conciones etiam in auspice sui Episcopatus habebant, ut patet ex Liberato *cap.* 19. & notat Valesius ad Evagrium *lib.* 4. *cap.* 4. Concionabantur autem Episcopi ex gradibus Altaris, singulare quidpiã in Chrysostomo notat Socrates *lib.* ut hodie facere consueuerunt Parochi; nã tanquã *6. c. 5.* quod verba facturus conscẽderet in ambonem, seu pulpitum, ut a populo facile exaudiretur Reliqua verò supra in *tit. de Episcopis, & S. Pont.*

Item Episcopi, ut & Clerici omnes, non debent aleis, & taxillis luderenec hujusmodi ludi in teresse, *cap. Clerici 2. eod.* Unde Abbas ibidem infert, ludum Schaccorum Clerici non esse prohibitum, utpote qui sub nomine aleæ non comprehenditur; præterquam quod in eo potius humanum incendium exercetur, ut notat Archidiaconus in *can. Episcopus dist.* 35. etsi Bi. Petrus Damiani reprehenderit Episcopum Florentinum, quod Schacchis luderet, ut in *ep.* 10. *lib.* 1. ubi notandum, quæcunque servus, aut filius familias ludendo amiserit, posse a patre, vel domino repeti *l. ult. in fin. ff. de aleatoribus*: & si quis in alea rem suam vendidit non tenetur de evictione, *l.* 2. §. 1. *ff. quarum rerum actio non datur, aut h. alearum usus, C. de religiosis*, Glos. *ind. cap. Clerici, v. aleas.* Ne-

Digitized by Google

Neque etiam Episcopus sit vinolentus, *dist.* 35. *in princ. cap. a crapula, eod.* Et quidem ebrietas præcognita, & expedita, ad mortale peccatum nos obligat, nec excusat a delictis, quæ ebrietatem sequuntur, secus est si fuerit non intenta, quo casu solum veniale peccatum producit, cum aliqua culpa non caret, D. Th. 2.2. *q* 150. *art.* 1. Late Alex. de Hales *par.* 2. *q.* 141. *memb.* 12.

Pudicus quoque debet esse Episcopus, & nullus Sacerdos fœminas, de quibus suspicio potest esse, secum retinebit. Olim Clerici, & Monachi cum mulieribus, quæ vitam spiritualem profitebatur, cohabitabant, unde multa eveniebant scandala. Hæ dicebantur *Dilectæ*, Epiphanius *hæresis* 62. Unde Hieronym *ep.* 12. *Unde in Ecclesia Agapetarum pestis introivit?* Dicebantur etiam *introductæ?* vulgo audiri volebant *sorores*, ut in *l.* 19. *C. de Episcopis & Clericis.* Hunc abusum damnavit Concilium Nycenum *can.* 3. & Concilium Ancyranum *can.* 19. Imo nec cum ægrotant, Ecclesiast ci peti debent sibi a fœminis ministrari, *quod quidem corpore convaluerit, qui animo ægrotare cœperint*, ut ait D. Hier. *ep.* 9. At D. Chrisostom. *lib.* 3. *de Sacerdotio*, refert de Episcopatum recusasse maxime propter onus gravissimum curandi viduas, quæ olim ab ecclesiasticis alebantur, ut patet ex Eusebio *lib.* 6. *c.* 33. ubi de Cornelio Papa.

Verum in linea transversali usque ad secundum gradum possunt Clerici secum habere consanguineas *can. cum omnibus dist.* 81. in descendentibus, & ascendentibus usque ad quartum. Id tamen verum est; nisi hæ mulieres ob juventutem sint suspectæ, *cap. inhibemus*; ubi Gl. *v. Canones*, *de cohabitatione Clericorum & mulierum*; quo loco prohibentur etiam mulieres intra cancellos altaris stare, aut sedere; quo

Digitized by Google

neque aliis laicis aditus est, ex *can.* 69. Concilii in *Trullo* ubi Balsamon Græcus interpres reprehendit Latinos, apud quos & Laici, & fœminæ in sacrum altare ingrediuntur. Vide Cortesium Bronam de Græcæ, & Latinæ missæ consensu, a *pag.* 12. & Vincentium Riccard. ad *or.* 18. *D. Procli pag.* 525.

Tandem hæc de Episcopis D. Paulus ad Titum 1. *Oportet Episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem* Ad quæ tenetur Episcopus non solum ob exemplum, sed etiam quia aliorum vitia prædicando reprehendit, & judicando punit; nam ut ait Cicer in frumentaria: *Omnia quæ vindicabis in altero, tibi vehementer fugienda sunt.* Et 1. ad *Timotheum* 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, &c.* Extiterunt qui pro ornato intelligerent, comtum vestibus, & munditiis corporis, quos reprehendit D. Hyeron. ad *Oceanum ep.* 83. & D. Augustin. *serm.* 50. *de diversis*; quippe in Greco textu est verbum, quod compositum, moderatum, modestumque in sermone, incessu, reliquisque actionibus denotat. Cæterum claras, & fulgidas vestes Episcoporum decedere habetur etiam in *Sept. Synodo, can.* 16.

De Officio Archidiaconi.

TIT. XIII.

A Deo gravis est Episcopalis cura, ut Pastor unus facile omnibus sufficere, & invigilare non possit: propterea in eadem Ecclesia plures sunt ordines dignitatis, quarum Præsules cum Episcopo non solum honore præfulgent, sed onus non ferunt. Hæ di-

Digitized by Google

dignitates duæ numero sunt, Archidiaconatus, Archipresbyteratus: quibus nonnunqnam additur Primoceriatus, immo quandoque Cantoratus. Ambo autem superiorum dignitatum Præsules dicuntur Vicarii ipsius Episcopi, sed Archidiaconus est vicarius in Iurisdictione, & dignitate, Archipresbyter verò in spiritualibus, & cura animarum, Bald. *cons.* 161. *lib.* 2. late Decius *cons.* 420. Unde licet Archipresbyter sit major ordine, tamen Archidiaconus est major dignitate, quapropter iste dicitur Oculus Episcopi, *cap. ad hæc §. item, eod. can, Diacon.* 1. & 3. *dist.* 93.

Ipsos ergo promovendos ad Sacros ordines examinat: item eos, qui beneficiis Ecclesiasticis præficiendi sunt, ut demum ipsos Episcopo præsentet, *d. cap. ad hæc, §. in quadam, eod.* Imo de mandato Episcopi potest in beneficiis, etiam quibus cura animarum adnexa est, instituere, *cap. cum satis, eod.* & institutis Episcopi corporalem beneficiorum possessionem tradere ex ejusdem Episcopi mandato, *d. cap. ad hæc.* Ita quoque potest de Jure communi Abbates, & Abbatissas in sua sede collocare, *c. ut nostr. eod.*

Absente, vel impedito Episcopo, ejusque Vicario Generali, munus Vicarii Generalis devolvitur ad Archidiacum: qua tamen potestate sede vacante, & etiam intra 8. dies legitimos, caret, utpote quæ tota ad Capitulum pertinent, *cap. bonæ de appellat.* Quaranta in *summa Bullarum, v. sede vacante §.* 12. Covar. 3. *var.* 16. *nu.* 7. Tusch. *lit. A. concl.* 482. Verum si Archidiaconus sede vacante cœperit administrare, manutenendus est, quousque de Jure fuerit statutum. Postius ex Rota decisum refert post *tr. de manutenendo. dec.* 194. Barbosa *de Canonicis, cap.* 5. *n.* 35. & *seqq.*

Si Episcopus non potuerit, Archidiaconus tertio quoque anno universam parœciam, seu parochiam

Digitized by Google

visitabit: imo si res exigat, visitabit etiam frequentius, *cap. mandamus eod.* Ubi sub nomine Parochiæ intelligitur Diœcesis, *cap. 1. eod.*

Archidiaconi Jurisdictio regulariter non est contentiosa, hoc est neque in civilibus, neque criminalibus arduis, sed solum circa levia versatur: quare licet possit Clericos corrigere, & emendare, tamen eosdem deponere nequibit, *cap. suffraganeis, de elect.* Abbas *cons. 21. lib. 1.* Roman. *cons. 371.* Aliquando vero in certis Ecclesiis etiam contentiosam Jurisdictionem habet, & animarum curam; quibus casibus exigitur, ut sit Doctor, vel saltem licentiatus in Jure Canonico, vel Theologia: nec ea dignitas impartitur, nisi clausula adjecta, ut intra annum proximum hujusmodi gradum obtineat, Trid. *sess. 24. de ref. c. 12.* Gonzalez in *reg. 4. Cancellariæ*, Riccius *par. 4. dec. 473.* Debet verò hunc gradum obtinere ab Universitate publica, nec satis esset id habere ex privilegio, ut in Pulla 63. Pii V. Tandem si curam animarum habet 25. annum completum ut habeat, opus est Trid. *loc. cit.*

Ultimus ipse est, qui Evangelium legit, vel Diaconos jubet ut legant: & Episcopo celebrante, Levitæ ipsius jussu sacras vestes induunt. Ita quoque Acolyti, & reliqui Clerici ab ipsius nutu pendent, *cap. effic. eod.*

Hæc sunt de jure communi; nam in quibusdam Ecclesiis primum post Episcopum locum obtinet Archipresbyter, ut Perusii, & Patavio; quin Archipresbyter Bononiensis ex privilegio Honorii III. lauream doctoralem concedit, a quo Bartolus accepisse dicitur.

De

Digitized by Google

De Officio Archipresbyteri.

TIT. XIV.

HÆc est altera dignitas, qua Episcopi onera minuuntur in spiritualibus cum ipse Episcopus præsens est: eo verò absente, tum Archipresbyter ejus vicem gerit. Itaque ipse officium solemne inchoat: ipse etiam benedicit in matutinis, quando legi lectiones debent, *cap. officium eod.* ut etiam feria 5. in Cœna Domini pœnitentes reconciliatos Episcopo præsentat, & alia quæ ad Sacerdotum ministerium pertinent. Vide Castaldum in *Praxi cæremoniarum, tit. 1. sect. 8. cap. 7.*

Quod si quis Archipresbyter Ecclesiæ, nullius Diœcesis, Collegiatæ habens sub se Canonicos, dicitur obtinere dignitatem, & jurisdictionem, ut propterea possit Clericis quidpiam etiam sub pœna excommunicationis præcipere, Bald. *cons.* 124. Rota *dec. de præbendis.* Unde, si ipse non possit omnibus Sacramenta, veluti Eucharistiæ, Matrimonii, & similium ministrare, Jus habet percipiendi etiam sub prædicta pœna, ceteris Presbyteris ejusdem Collegiatæ, ut id faciant, Sylvester in *Summa, q. 1.* Oltradus *cons.* 68. Butrius *cons.* 31. ubi probat talem Archipresbyterum, si ad curam animarum non sit satis, posse sibi Coadiutorem assumere, dummodo resideat.

Neque obstat, quod cura animarum, ubi dicitur electa industria personæ, ex *Tridentino* nequat demandari; nam respondetur, nos loqui de Ecclesia Collegiata, ubi omnes Præsbyteri ministrant, & ad omnes cura animarum pertinere videtur. Ita Oltradus, & Butrius supracitati, & Rota *d. dec. 11.*

Da-

Digitized by Google

Datur præterea Archipresbyter Ruralis, vulgò Vicarius Foraneus, qui extra Urbem per singulas plebes constituitur ad regendas Ecclesias, & spiritualia, juxta Episcopi ordinationes, *cap. ult. eod.* Unde non omnes Parochi Rurales, sed qui speciatim sunt a Prælato electi, hanc dignitatem habent. Hinc tenetur saltem diebus Dominicis, & festivis plebis sibi commissæ verbum Dei prædicare, Trid. *sess. 5. de ref. cap. 2.* Potest etiam sine forma judicii, & testium depositione solemniter facta capere informationes de matrimoniis a forensibus contrahendis, illasque ad Ordinarium trasmittere, Trid. *sess. 24. de ref. cap. 7.* Potest præterea inobedientes admonere, qui obstiterint Episcopo denunciabit, quamvis ei liceat minima quæque punire citra judicii formam, ut Sacra Congregatio ad *cit. Trid.* statuit ex *cap. 1. & ult. eod. & Clem. 1.*

De Primicerio.

ITa hodie vocamus Canonicorum Principem. Olim omnes quicumque primum obtinerent locum in Collegio aliquo Primocerii audiebant, quasi primi, nam illud, cerius, solum est nominis productio, ut Brissonius voluit in *Lexico juris lib. 4.* & Baronius in *Martyrologio Romano die 19. Maji*; nisi dicamus cum Vossio ita appellari, quod ejus nomen primum & præ omnibus scriberetur in cera, hoc est tabula cerata, seu Catalogo eorum, qui Collegii erant. Sic ergo in Codice Theodosiano, & Justinianæo legitur: Primicerius fabricæ, Primicerius equitum, Primicerius deputatorum sacri cubiculi, & scriniorum & alia hujusmodi apud Ammianum, Vegetium, & alios. Immo D. Augustinus *serm. 20.* S. Stephanum ele-

Digitized by Google

eleganter nominat, Primicerium Martyrum; & Baldricus, Dobensium Archiepiscopus in *hist. Hierosolymit.* D. Petrum appellat, Primicerium Apostolorum; & apud Cassiodorum *6. var. 16.* legitur, Primicerium Notariorum. Ita pariter Secundocerius, & Tertiocerius dicebatur, ut in *l. 1. C. de præpositis agentium in reb. lib. 12. & in Notitia Provinciarum Imperii Romani*. Quare falluntur, qui Primocerium Canonicum dicendum putant, quod olim primum cereum portaret ante Episcopum ad Regem; præsertim quod nonnisi Patriarchæ lampas olim præferebatur, ut suo loco diximus.

De officio Vicarii.

TIT. XV.

VIcarius Episcopi Generalis est, qui in jurisdictione contentiosa, & in spiritualibus administrandis vices Episcopi gerit, cum quo idem Tribunal constituit; & differt ab Archidiacono, quia ab ipso appellatur ad Episcopum, *can. Romana, eod. in 6. cap. cum contingat, de foro compet.*: at verò a Vicario appellatur ad Archiepiscopum, ut infra patebit.

Ad Vicarium Generalem exigitur Clericatus, cum nequeant Laici Ecclesiam, & Ecclesiasticos regere, *cap. in nova 16. q. 7. can. decenter dist. 89.* Immo si ab Episcopo perpetuam dignitatem obtineat, requiritur etiam Præsbyterium, *c. 1. eod.* Debet pariter esse in jure canonico doctor, vel licentiatus, & si hanc dignitatem ab aliquo privato obtinuerint, qui tamen jus doctorandi habeat, Riccius *dec. 272.* Quod si quis sit in Theologia doctor, potest admitti, dato tamen Consultore, ut colligitur ex Trid. *sess. 24. de ref. cap. 16.* ubi

Digitized by Google

ubi habetur: *Qui saltem in Jure Canonico sit doctor, vel licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus.*

Cæterum omnis causarum cognitio, quæ ad Episcopum spectat, in Vicarium transfertur, *toto tit. de offic. Vicarii in 6.* & quidquid conceditur Episcopo intelligitur concessum Vicario, nisi is specialiter sit excluſus, Trid. *d. sess. 24. c. 6.* Unde, quia Trid. *sess. 25. de reform. c. 3.* concedit Episcopis jus dandi literas monitoriales pro rebus ablatis revelandis, & non excludit expresse Vicarium, etiam iste id facere poterit; Sbrozius *de officio Vicarii lib. 2. q. 171.* Guttier. *4. can. qq. 11.*

Sunt tamen multa, quæ Vicarius sine speciali mandato gerere nequit. I. Si agatur de beneficiis conferendis, *cap. ult. eod. in 6.* Covarr. 3. *var.* 20. ita etiam si beneficia creanda sunt, vel creata dividenda, unienda', aut supprimenda, vel si resignationem beneficii recipere velit, *cap. quæsitum, de rer. permut.* Pariter nequit beneficiis pensiones imponere etiam ob concordiam, & pacem, quibus ex causis potest Episcopus imponere Sbrozius *lib. 2. q. 71. num. 9.*

II. Si agatur de his quæ ad ordines spectant, veluti dare literas dimissoriales ad ordines recipiendos, nisi Episcopos in remoti ageret; quæ autem distantia esse debeat, prudentis viri arbitrio remittitur: Menochius *de arbitr. cas. 221. num. 26.* Riccius in *Praxi, resol. 18.*

III. Si velit Ecclesias, Oratoria, & Cœmeteria reconciliare, Abbates, aut Abbatissas, aut Moniales benedicere, voluntatem explorare pro habitu monastico recipiendo, aut professione emittenda, juxta Trident. *sess. 25. de regul. cap. 17.* Sbrozius *q. 208.*

IV. Neque potest indulgentias impartiri, aut interdicta relaxare, Lavorius *de indulgentiis par. 2. cap. 11. num. 51.* Sic neque Diœcesim visitare, aut Synodum

Digitized by Google

nodum convocare, Garzias *de benef.par.4. cap.10.*

V. Prohibetur jus audiendi confessiones fidelium impartiri, post alios Sotus in *4.dist.18. q.4.& 14.*Sed receptior opinio est, Vicarium id posse, sicuti ex eo ipso quod Vicarius est, potest ipse confessiones audire,Moneta *de communicatione ultimæ voluntatis,cap. 7.num.42.* Barbosa *de officio Episcopi, par.3. alleg.54.* Sanchez *3.de matrim. lib.3. disp.7.* Illud ab omnibus admittitur, non posse absolvere a casibus Episcopo reservatis, *cap.pen.de pœnit.in 6.*

VI. Nullum jus in causis criminalibus Vicarius habet, ut inquirere, corrigere, punire, absolvere, ab exilio revocare, bona confiscare, pœnam corporalem vertere in pœcuniariam; quamvis possit innocentem liberare, Decian.in *tract crimin.tom.1.lib.5.cap.21.*

VII. Neque Vicarius etiam ex juxta causa in denunciationibus matrimonii dispensare potest,Menoch. *de arbitr. cas.* 453. quod tamen in dubium revocat Barbosa *par.3.alleg.32.num.29.*

Ut igitur Vicarius hæc omnia exercere possit, speciale mandatum exigitur: sed quia difficile est omnia sigillatim exprimere,ideo alterutrum faciendum est, vel ut Episcopus unum, aut alterum prohibeat, quod speciale mandatum exigat, cetera verò concedat; vel post generale mandatum explicet nonnulla,quæ speciale exigunt, & deinde subdat, idem intelligi factum in reliquis, quæ etiam speciale requirunt, quo casu æqualia, vel minora expressis intelliguntur concessa, non etiam majora,argumento ex *cap.sedes,de rescriptis,cap.qui ad agendum,de procuratoribus in 6.& Clem.non potest.* Vide Molin.5. *de just.disp.*10.Cov.1.*var.6.*

Porrò Vicarius jurisdictionem ordinariam habet, & unum Tribunal cum Episcopo constituit, itaut a sen-

Digitized by Google

ſententia Vicarii ad Metropolitanum ſit appellandum, ut cum Lancelloto hic in fine ſentit Sanchez 1. *de matrimonio lib.*3. *diſp.*29. *q.*1. *num.*3. Ugolinus *de officio, & poteſtate Epiſcopi, cap.*4. §.9. Azorius 3. *moral.par.*2. *cap.*43. *quæſito* 5. Et probatur palam ex textu in *cap.*2.*de conſec.in* 6. ubi habetur: *Non putamus illam conſuetudinem quocumque tempore de facto ſervatam, conſonam rationi, quod ab officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum valeat appellari*, & Clarius in *cap.Romana,de appellat.in* 6. Ergo jurisdictio Vicarii eſt ordinaria, non delegata ab Epiſcopo: nam alias a Vicario delegato appellaretur ad Epiſcopum delegantem: quod eſt falſum. Quare non ſunt audiendi Anaſtaſius Germondus 1.*animadverſ.*6. Gonzalez 27. *variorum*, & Theologi cum Soto in 4. *diſt.*18. *q.* 4.*art.*3. qui contrarium opinantur.

Obiicies. Vicarius Generalis non fit a Jure, ſed ab Epiſcopo, itaut arbitrio Epiſcopi removeri poſſit, & moriente Epiſcopo jurisdictio Vicarii expirat. Ergo ejus jurisdictio eſt delegata, non ordinaria.

Sed reſpondemus cum Sanchez propoſitionem primo loco poſitam tum facere jurisdictionem delegatam, cum non conſtituetur idem Tribunal cum principali: quod ſecus eſt in caſu noſtro, ubi Vicarius idem Tribunal conſtituit cum Epiſcopo, cujus vices gerit, *d.cap.Romana*, Cum verò dicitur Vicarii jurisdictionem expirare cum Epiſcopo, id ex natura rei oritur, quia ſcilicet amplius Vicarius neque eſſe, aut dici poſſit, deficiente eo, cujus vices gerit.

Hinc eſt, quod excommunicato, vel ſuſpenſo Epiſcopo nequit Vicarius validè adminiſtrare, niſi Epiſcopus tolleraretur. Quin ex multorum ſententia Vicarius eo caſu adminiſtrans, efficeretur irregularis, argumento ex *cap.*1.*eod. in* 6. Guttierrez 1. *Canonic. qq.* 1.

Digitized by Google

qq.1.n.83. Suarez, Azorrius, & alii apud Barboſam *alleg.54.num.146.* Idipſum eſt in Vicario Capitulari excommunicato, vel ſuſpenſo Capitulo. Suarez *de cenſur. diſp.7. ſect.3.* ex Gloſſa in *Clem.ult. de procuratoribus.*

De Vicario Capitulari.

ETſi Epiſcopus non cogatur Vicarium Generalem habere, poſſitque ſuam Eccleſiam per ſe regere: quod adeo verum eſt, ut nequeat Civitas, quæ ſolita ſit Vicarium habere, petere ab Epiſcopo manutentionem, cum Vicarii conſtitutio omninò Epiſcopi voluntate pendeat, Poſtius *de manutenendo obſ.53. nu.9.* Caputaquenſis *dec.306.* Tamen ſecus eſt in Capitulo, quod ſede vacante infra 8. dies cogitur Vicarium conſtituere, ne ſcilicet Eccleſia a tot capitibus recta, damnum pateretur, Trid *ſeſſ.14.cap.16.*

Verum poteſt Vicarius jam electus a Capitulo removeri, etiam citra juſtam cauſam, ita tamen, ut cogatur *intra* 8. dies alium novum Vicarium eligere: nam jurisdictio ſemper apud Capitulum remanet, nec in Vicarium tranſit, niſi jurisdictionis exercitium, Riccius in *Praxi de Vicario*, & *Sede vacante*, *par.2.reſol.505.*

Duo ſunt, quæ huic Vicario ſpeciatim prohibita reperiuntur. I. Ne poſſit literas dimiſſoriales pro Ordinibus ſuſcipiendis concedere intra annum, aliter *intelligeretur* ſuſpenſus, Trident. *ſeſſ.23. cap.10.* & *ſeſſ.7.c.10.* II. Ne beneficia interim in Epiſcopali Eccleſia vacantis conferat, ſpectant enim ad Sedem Apoſtolicam, *cap. illa, ne Sede vacante.* Reliqua verò omnia, quæ ſunt jurisdictionis, facere poteſt, quare poterit beneficiorum unionem facere in utilitatem alte-

Digitized by Google

alterius, non verò Capituli, ut ex Sac. Congregatione refert Riccius infra *de unionibus ad §. usq. adeo.*

De Coadjutore.

TIT. XVI.

ACcidit interdum, ut Pastor justis de causis impeditus, nequeat, ut opus est, suo gregi invigilare, eapropter Coadjutor illi conceditur a solo Summo Pontifice, itaut non obstante quacumque in contrarium consuetudine, a Metropolita dari non possit, *cap. un. de Cler. ægrotante in 6.* ubi excipitur, nisi Episcopus in remotis partibus resideret, vel Metropolita hanc potestatem ex privilegio Summi Pontificis obtineret.

Justæ causæ dandi Coadjutorem sunt. I. Si Episcopus infirmitate detineatur, quæ perpetuum, vel diuturnum impedimentum afferat, *cap. ex parte, de Cler. ægr. can. 1, 7. q. 1.* Verall. *dec. 91.* vel si morbus contagio propagetur, ut lepra, *cap. tua nobis, cit. tit.* Puteus *dec. 226.* aut linguæ usum tollat, ut in paralysi, *cap. fin. tit. cit.* item si dementiam, vel furorem inferat *d. cap. unic. §. si vero.*

II. Ob senectutem, quæ septuagesimum annum excedat; nam ipsa senectus morbus est, *d. cap. un. §. verum, Anch. cons. 198. num. 7.*

III. Si populus adeo frequens sit, ac numerosus, ut ei regendo par unus non sit. Graff. *dec. 11. de Parochis.*

IV. Si suspicio adsit, ne bona Ecclesiæ dilapidet: prodigus enim comparatur furioso, Abbas in *cap. venerabilis, num. 4. de offic. deleg.* Speculator in *tit. de inqui-*

Digitized by Google

inquisitione, §. *nunc videndo*, *num.* 4. & *seq.*

Tandem si Episcopus sit illiteratus, & imperitus, ut injuncto muneri par esse non possit, Trident. *sess.* 21. *cap.* 6.

Cæterum in Coadjutore exiguntur conditiones quæcunque in ipso Episcopo reperiri debent, ut ætas triginta annorum, Rota *decis.* 347. nam verò est Prælatus, & habet administrationem tam in temporalibus, quam spiritualibus, Navar. *cons.* 3. *de Clerico ægr. num.* 4. & *seq.* ubi ait, ipsum posse benedictiones impartiri, sedere in Cathedra. Verum beneficio conferre nequit, sine consilio Episcopi, & è contrario nisi forte datus sit ob nimiam senectutem, vel mentis imbecillitatem, quo casu liberam potestatem haberet, latè Oldrad. *cons.* 44.

Datur quandoque Coadjutor cum futura successione in prælatura, & beneficio: quod, quia potest votum captandæ mortis inducere, & videtur quandam successionis speciem in bonis Ecclesiæ constituere, ideo facilè permitti non debet, nisi aliter vitæ integritas, & probitas morum Coadjutoris persuadet, Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. Mandosius 11. *Lancell. q.* 5. Verum si Episcopus moriatur, antequam Coadjutor hic possessionem sit nactus, adhuc tamen ad prælaturam admittetur, Riccius *prax. par.* 1. *resol.* 369. ex Puteo *dec.* 98. *lib.* 2.

Recipiunt etiam Coadjutorem Prælati minores, ut Parochi, quibus tamen datur a solo Episcopo: nec Vicarius Generalis sine speciali mandato dabit, quia de arduis censetur, Riccius *loc. cit resol.* 494. Semper tamen Coadjutori ministrantur expensæ ab ipso Coadjutore, Anch. *cons.* 279. *in fine.*

Primum exemplum Coadjutorum, qui Episcopis darentur, occurrit in Ecclesia Hierosolymitana; cum enim

Digitized by Google

enim Narciſius ejus Eccleſiæ Epiſcopus, propter extremam ſenectutem (ut qui ſextumdecimum ſupra centeſimum annum exceſſit) miniſterium ſuum obire amplius non poſſet, ei Coadjutor, & Coepiſcopus datus eſt Alexander. Accidit id ſub Antonino, Euſebius *6. Hiſt. Eccl.* 11. Ubi plura notanda. I. Alexandrum fuiſſe poſtulatum, ut qui in Cappadocia Epiſcopus erat: eamque poſtulationem factam a populo Hieroſolymitano conſentientibus vicinarum Eccleſiarum Epiſcopis (hoc eſt ſuffraganeis) ut ex eodem Euſebio patet. Præterea Narciſſum huic rei conſenſiſſe, ut Hieronymus in *Catalogo*, & Nicæphorus ſcribunt. Invito enim Epiſcopo Coadjutor dari non poteſt, quod ait Valeſius ad *cit. loc. Euſebii*. Cujac. in *cap. 3. de Clerico ægrotante*, ait Epiſcopo, vel Clerico, cujus perpetua, & ſontica morbi cauſa fuerit, adjutorem dandum eſſe, ut infirmis ſæpe tutoribus adjutores dantur, *l. ſolet, ff. de tutoribus*.

Alterum exemplum occurrit in Eccleſia Cæſareæ Paleſtinæ, ubi Theoteonus Epiſcopus Coadjutorem, & Coepiſcopum ſibi adſcivit Anatolium. Idque ſub Diocletiano, idem Euſebius *lib. 6. cap. 32*. Hi Coadjutores, cum ad ſublevandam Epiſcoporum ſenectutem inſtituti primum fuiſſent, re poſtea in conſuetudinem verſa, nulla neceſſitate id exigente, per gratiam & ambitionem creari cœpere, cui malo, ne longius ſerperet, remedium tulere Patres Concilii Sardicenſis, Valeſius ad Euſebium, *d. cap. 32*. Videtur tamen Sardicenſe Concilium intelligi debere de Coepiſcopis cum futura ſucceſſione. Certè enim Theoteonus Anatolium ſibi non modo Coepiſcopum, ſed etiam in Eccleſia ſucceſſorem delegit, quod etiam videtur ſtatutum in Alexandro, qui in Coepiſcopum, & ſucceſſorem Narciſſi eſt poſtulatus, ut ex eodem Euſebio facile poteſt.

Ale-

Digitized by Google

Alexander fuit Coadjutor cum futura ſucceſſione. Ita etiam Aurelius Auguſtinus Coadjutor cum futura ſucceſſione datus eſt Valerio Epiſcopo Hipponenſi Poſſidonius in *vita*.

De Corepiſcoporum uſu ſublato.

TIT. XVII.

CHorepiſcopi prohibiti primum videntur in Synodo Laodicena *canon.* 57. Non oportere in vicis, & pagis Epiſcopos conſtitui, ſed Viſitatores Concilium Anciran. *can.* 13. Chorepiſcopis non licere Presbyteros, vel Diaconos ordinare.

Chorepiſcopi ſunt ad exemplum ſeptuaginta., ut autem Comminiſtri, in Neocæſarenſi, *can.* 13. Olim igitur Epiſcopis adjungebantur Chorepiſcopi, ita dicti a χώρα quod *pagum* notat. Itaque Chorepiſcopi erant pagorum Epiſcopi, mittebantur enim in loca agreſtia Diœceſis, cum poteſtate ſpirituali: ita tamen, ut conſecrare non poſſent, *can. quamvis*, §. *inter Epiſcopos*, *diſt.* 68. Deinde vero quia hæc, & alia ſibi uſurpare occœperunt, ſublati ſunt; maxime quia ſupervacanei erant, *can. Chorepiſcopi*, *d. diſt.* 68 & *tit. de offic. & poteſtate Chorepiſcoporum.* Cæterum Duarenus *ib.* 1. *de Sacr. Eccl. miniſter. & benef. cap.* 9. cenſet eos potius ſic nuncupatos, tanquam Vicarios otioſorum Epiſcoporum; χώρα nam etiam *locum*, ſeu *vices alterius* ſignificat.

De Translatione.

TIT. XVIII.

VIſum jam eſt qua ratione ſpirituale conjugium inter Epiſcopum, & Eccleſiam celebretur; con-

Digitized by Google

sequens est, ut de ejusdem dissolutione videamus, præter mortem. Id tribus modis contigit, Translatione, Renunciatione, & Depositione, seu Degradatione. De singulis suo ordine agamus.

Translatio est ab una in alteram Ecclesiam Prælati Canonica facta commutatio, Goffr. & Host. *in summa huius tit.* Itaque licet Prælatus Ecclesiæ præficiatur, ut ibi perpetuo sit, tanquam vir; tamen sæpè ratione utilitatis, vel necessitatis permittitur ab una in alteram translatio. Utilitatis, ut cum D. Petrus Antiochena Ecclesia relicta Romam se contulit, ut ibi copiosius proficere posset in fide propaganda, *can. mutationes 7. q. 1.* Ratione necessitatis, ut si Episcopus metu hostium petat in alteram sedem transferri, ita tamen ut abeuntibus inde hostibus pristinam sedem repetere obligetur, *can. tempores, d. q. 1 can. 1. 16. q. 3. cap. quia diligentia, de elect.* ubi Canonistæ idem extendunt, si capitalis inimicitia urgeat.

Verum ob pestem nequit Episcopus translationem petere, sed tum maxime in tanta gregis necessitate debet invigilare; nam bonus pastor animam ponit pro ovibus suis: & confirmatur exemplo D. Caroli Borromei, quamvis verum sit, posse in loca tutiora urbis se recipere, & inde per Coadjutores Sacerdotes rebus necessariis providere: nam in casibus non extremis caput regiminis est conservandum, ut etiam est in ductoribus exercituum, cum acie decertatur. Aliud tamen est in Parochis, qui nulla de causa Ecclesias sibi commissas deserere possūt, ut ex dictis cō stitutionibus latè notat Barb. *de Paroc. cap. de residētia.*

Hæc Episcoporum translatio a solo Summo Pontifice peti, & concedi potest, qui ex justis causis jus divinum interpretando, Episcopum unius Ecclesiæ virum ad alteram transfert, *cap. translationem, de officio*

Digitized by Google

ficio legati, cap. quod ſedem, de officio ordinarii, cap. 1. eod. Verum in cæteris dignitatibus inferioribus & beneficiis translatio fit Epiſcopo, cui ſubordinantur: exceptis Epiſcoporum Coadjutoribus, qui & ipſi a ſolo S. Pontifice transferuntur, *cap. de rectoribus, cap. ult. de Cler. ægr. cap. quæſitum, col. 3.*

Hic nomine Epiſcopi comprehenditur etiam qui jus Epiſcopale in beneficiorum adminiſtratione habet, *cap. 1. de reb. Eccleſiæ.*

De Reſignatione beneficiorum.

HÆc eſt abdicatio a beneficio ſponte coram legitimo Superiore facta, Garzias *de benef. par. 11. cap. 3.* Rebuff. in *praxi benef. tit. de reſignatione.* Et hæc multiplex eſt, præter eam, quæ pura reſignatio dicitur.

I. Eſt Conditionalis ſimplex, cum quis reſignat hac lege, ut beneficium certæ perſonæ conferatur, nec ſibi reſervat penſionem. Hæc reſignatio rectè fit, nec per ſe eſt moniaca, quia auctoritas Superioris tollit omnem ſimoniæ labem. Verum ſi fiat non ob merita ejus, pro quo interceſſum eſt, ſed ex carnali affectu rogantis, non erit ſimonia, ſed peccatum, *cap. tua nos, de ſimonia.* Pariſius *1. de reſign. 4. & lib. 6. per totum.*

II. Eſt conditionalis qualificata, cum reſignans ſervat ſibi penſione m in beneficio, quod in favorem alterius reſignat, *cap. niſi eſſet, de præbendis.* Et ſolus S. Pontifex aſſentitur, *cap. cum pridem, cap. fin. de pactis.*

III. Eſt reſignatio cum jure regreſſus veluti, cum quis reſignat eo pacto, ut ex certis cauſis poſſit ad beneficium dimiſſum redire: ſeu ſi reſignatarius præ-

Digitized by Google
beat,

beat, si pensionem injunctam non solvat, Azorius *lib. 7. cap. 20. q. 4. cum seq.*

IV. Est cum jure ingressus, ut si quis habens beneficium, sed non possessionem, ut quia est minor, vel aliter impeditus ad possessionem adipiscendam, jus istud resignet alteri hac lege, ut remoto eo impedimento, liceat resignanti possessionem beneficii accipere. Quod quidem fieri potest modo Pontifex annuat, Garz. *d. cap. 3.* & alii communiter.

V. Est resignatio ex causa permutationis, quoties unum beneficium cum alio commutatur invicem, Garz. *cap. 4. in princ.* Et hæc quoque auctoritate legitimi Superioris fiat, opus est; itaut si beneficia existant in diversis Diœcesibus, utriusque Episcopi auctoritas exigitur, Reginald. *tract. 3. num. 344.*

Cæterum resignationes in beneficium alterius generatim multa exigunt. I. Ne fiant ab infirmo, non enim valerent ex *reg. 18. Cancellariæ, tit. de infirmis resignantib.* eapropter ad removendam hanc præsumptionem opus est, ut resignans decedat intra dies 20. Et ratio est, quia hæc resignatio ita ab infirmis facta videtur in fraudem, & quandam speciem successionis retinere, Gomez ad *d. reg. Cancellariæ*, Paris. *cit. lib. 12. q. 14.*

II. Ex constitutione Pii V. ad resignationem, quamcunque etiam non conditionalem legitimè recipiendam; requiritur causa justa resignandi, puta si sit inhabilis, multitudo beneficiorum, infirmitas, senectus, ingressus Monasterii, matrimonium, & hujusmodi reliqua. Vide Genuens. in *Praxi*, *cap. 6.* Quarantam in *Summa Bullarii*, *v. resignatorum.*

De

Digitized by Google

De Renunciatione.

TIT. XIX.

SOlvitur quoque ſpirituale conjugium Renunciatione, quæ eſt juris proprii ſpontanea refutatio, ex Hoſtienſi *hoc tit.* Dicitur juris proprii, quia rebus alienis nemo renunciat, cum privatio ſupponat habitum. Hinc eſt, quod juri futuro, inquantum hujuſmodi renunciari nequit, ex *l.1.ff. de uſufr.legato*, DD.in *l.1. & ult. C. de pactis.* Cum verò filia nubens futuræ ſucceſſioni in beneficium agnatorum renunciat, virtus in id temporis dilata cenſetur, quo ſucceſſio fuerit delata, argumento ex *l.fuit, ff.de acq. hæred.* Socc. *conſ.* 183. *vol.* 2. Surd. *dec.*14. Dicitur ſpontanea; nam ſi coacte fieret, ea non obſtante, renuncians rem, ſeu jus poſſet deinde repetere, Abbas in *cap.ſuper hoc, de eo quod metus cauſa*, DD.in *cap.* 1. *de pactis in* 6. Pariſius *lib.* 1. *de reſignatione benef. q.*1.

Verum qui cedendi poteſtate impetrata, ob animi levitatem cedere deinde nolit, ne videatur ſuperiori illudere, compellitur ad renunciandum, *cap.quidem, eod.* Unde videtur poſſe colligi, quod ſi juſta renunciandi cauſa ceſſavit, licite renunciantem pœniteat, ex *cap.cum ceſſante, de reg.Juris, in* 6.

De Cauſis renunciandi.

HÆc ſex numero ſunt. I. Eſt conſcientia criminis, non cujuslibet, ſed illius, ob quod officii executio impeditur, ut ſimonia, & homicidium, *cap. inquiſitionis, de temporib.ordinationum:* item adulteri concubinarii, qui moniti non reſipiſcant: excom-

Digitized by Google

municati per annum non pœnitentes', Abbas in *cap. 1. de Judiciis*, Felinus in *c. ex parte, de reſcriptis.*

Verum ſi quis de crimine poſtulatus ſit, ex cujus condemnatione eſſet beneficio privandus, poteſt interim accuſatione pendente renunciare beneficio etiam in favorem alterius, ex doctrina Gloſſ. in *cap. 2. verbo finita, ut lite pendente*, Sanchez *de matrimonio, lib. 7. diſp. 42. num. 2.* Ferrarius *cautel. 44. num. 2.* Quod verum eſt etiam poſt ſententiam, ante tamen privationem, ut ex Rota *dec. 5. de re judic.* refert Riccius hic, Ratio eſt, quia licet lite pendente nihil innovari poſſit, itaut omnia interim geſta, dicantur attentata, & ſint nulla, DD. in *cap. cum M. Ferrar. de conſtitutionib.* Id tamen locum habet inquantum ad ea, quæ in cauſa principali propoſita ſunt, & ad eam directè pertinent. Quod non eſt in caſu noſtro: nam in accuſatione criminis cauſa principalis eſt crimen ipſum, & damni irrogati reſarcitio; per accidens vero eſt beneficii privatio, cujus privationis ſi nulla fuerit expreſſa mentio in ſententia facta, non intelligeretur. Ergo beneficii renunciatio lite pendente valet.

Id producitur etiam lata ſententia de beneficii privatione, a qua tamen fuerit appellatum: nam appellatio ſuſpendit ſententiam, & cauſæ ſtatus ad tempus litis conteſtatæ, retrotrahitur, *l. qui a latronibus, §. fin. ff. de teſtibus, l. ſi quis filio, §. hi autem, ff. de injuſto raptu*, Rebuff. *de modis amittendi beneficii num. 52.* Excipe tamen, ſi ſententia ultra beneficii privationem, etiam adjudicationem contineret in alterius utilitatem, Cappella Toloſ. *dec. 437.* ubi Anfrer. Boer. *dec. 205.*

II. Renunciationis cauſa eſt debilitas, ſive ex morbo, ſive ex ſenectute; ex qua ſcilicet Prælatus oneri injun-

Digitized by Google

injuncto impar reddatur, *c. nisi, §. alia, eod.*

III. Est literarum imperitia, quæ literæ ad spiritualium administrationem sunt necessariæ, ad temporalium curam sunt opportunæ: quare Prælatus impeditus removeri potest, cum ignorantia sit omnium malorum Mater, *cap. quamvis, de ætate, & qualitate.* Quamvis autem in Pastore eminens scientia desideretur, mediocris tamen toleratur: quia defectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis, *d. cap. nisi, § pro defectu.* Itaque coadjutorem habebit, ut supra.

IV. Est malitia plebis, quæ jam duræ cervicis sit, ut apud ipsam amplius Prælatus proficere nequeat: quod locum habere potest in iis, qui ad convertendos infideles mittuntur, & Missionarios dicimus; juxta Apostolum qui Hebræis dixit: Ecce convertimur ad gentes, quia verbo Dei vos indignos fecistis, *d. cap. nisi, §. propter malitiam.*

V. Est ob grave scandalum vitandum, ortum, e.g. ex capitalibus inimicitiis, *d. cap. nisi, §. non tamen.* Et potest esse scandalum, vel actiuum, vel passivum, vide D. Th. 2. 2. q. 43. σκάνδαλον Græcis est obstaculum pedum, in quod ambulando impingimus, & læsi claudicamus. Translate verò est dictum vel factum minus recte, præbens alteri occasionem ruinæ, D. Hieronym. *ad Matth. 15.*

Ultima est irregularitas, puta si sit bigamus, vel illegitimus; si tamen culpa latet, & ipse recte suum officiū impleat, potest dispensari, §. *ob irregularitatem*

Præterea potest renunciatio fieri ob humilitatem ad pœnitentiam peragendam, vel si Episcopus vitam monasticam eligat, annuente S. Pontifice. Quo casu alter ei subrogatur, ipse vero ad Episcopalem dignitatem rursus aspirare non potest, *can. nequaq. 7. q. 1. post*

Digitized by Google

1. *post translat. eod.* Nam humilitatis causa, ob quam quis renunciat, semper perdurat: quia recedendo a tali voluntate suam fateretur turpitudinem. Secus vero est, si ob imperitiam, morbum, persecutionis rabiem quis renuncians fiat Monachus; tum enim tale causa cessante, poterit ad suam Ecclesiam, si vacet, regredi, vel ad aliam promoveri, *d. cap. post tradit. §. cæter. & v. item si quis.*

Rursus si quis ob simoniam parentum fuerit Episcopatum adeptus, & hac re ipsa comperta Episcopatui renunciet, & vitam eligat regularem; quamvis deinde nequeat ad eandem Ecclesiam redire, tamen alteri Ecclesiæ præfici potest, *can. erga 1. q. 1. can. præsent. 7. q. 1. c. nobis, de simonia.*

Quibus modis renunciari possit.

PRimo fit expresse in manus legitimi Superioris, veluti renunciato Episcopatus sit Summo Pontifici, cæterarum Prælaturarum, & beneficiorum suis inferioribus Prælatis. Idque valet, sive fiat per se, sive per Procuratorem, qui speciale mandatum habeat. Verùm cessio facta per Procuratorem post revocationem principalis, sed antequam hujus revocationis notitia ad aures Procuratoris, vel Superioris pervenerit, valet, & tenet, *Clem. unde eod.* Quamvis aliud sit in matrimonio carnali, ut dicemus ex *cap. fin. de procuratoribus, in 6.*

11. Renunciatio fit tacite; veluti si quis beneficium recipiat incompatibilem eum primo, hoc est, si utrumque habeat curam animarum, vel residentiam exiget, nam per assecutionem secundi censetur renunciatum primo, *cap. de multa, de præbendis Clem. execrabilem, cum concord.* & nos infra latius dicemus.

De

Digitized by Google

De renunciatione S. Pontificis jam supra actum est.

De Depositione, seu degradatione.

TIT. XX.

TAndem spirituale congiugium dissolvitur per degradationem, seu depositionem; & distant hæc duo inter se, quod depositio proprie est verbalis dejectio facta per sententiam superioris ab honoribus, & dignitatibus Ecclesiasticis: & id non eximit Clericum a potestate Ecclesiastici Judicis, nisi ita depositus etiam tradatur Curiæ secularis §. *fin. q.* 74. Verum aliquando hæc vocatur etiam degradatio verbalis, Abbas, in *cap. ad residentiam, de crim. falsi*.

At degradatio est actualis dejectio ab ordinibus facta post depositionis sententiam. Est actualis, quia a Clerico vestes, & singula insignia sui ordinis gradatim auferuntur, raditur etiam in partibus corporis, ubi fuerat consecratus, dicitur eximi ab Ecclesia, & tandem calce percutitur, & ejicitur, *cap. de pœnis in 6.* Est ab ordinibus extrinsece tantum, auferendo omnia privilegia Clericalia, *d. cap.* 2. Non est intrinsece, quia character ordinis, prout indelebilis, remanet, quare valide consecrabit, non etiam licite, quo casu poterit excommunicari, *cap.* 1. *de Cler. excomm.* Abb. in *d. cap.* 2. D. Th. 3. *par. q.* 33 *ar.* 7. & 8.

Hinc etiam est, quod licet amittat privilegium fori, retinet tamen privilegium canonis, *can. occidens, dist.* 50. ubi Glos. Hinc si est Sacerdos matrimonium contrahere post degradationem nequit, & graviter peccat divinum officium omittendo; nam degradatio, quæ fit in pœnam, onera non tollit. Glos. hic, §. *ult. v. abscindendus.* Laico,

Digitized by Google

Verum aliquando ab Ecclesiastico Judice traditur laico, quo casu degradatio fit Judice ipso laico præsente, & ea perfecta pronunciatur, ut secularis Judex degradatum, tanquam clericali privilegio exutum in suum forum recipiat puniendum. Sed pro eo Ecclesia intercedit, ut puniatur intra pœnam sanguinis: quod tamen Judex laicus, prout ei justius videbitur, servabit, aut secus. Vide Menoch. *2.de arbitr.cent.5.cas.414.*

Tribus vero casibus quibus post degradationē traditur Curiæ seculari, in crimine hæresis, *cap.excommunic.de hæret.* item in crimine falsi in literis Apostolicis, *cap.ad falsariorum, de crimine falsi*, tandem propter conspirationem contra proprium Episcopū, *can.si quis Sacerdotum* 11.*q.*1. Ita Glos. in *can. ad abolendam, v.relinquatur de hæreticis*, quæ docet in aliis casibus degradatum non statim tradi Curiæ seculari, imo defendi ab Ecclesia, & obligari ad vitā Clericalē, sed si deinde sit incorrigibilis, tum tradi, *cap. cum non ab homine, de judiciis*, vide Anchar. *cons.*158. *de incorrigibili*, Vide Tusch. *verbo incorrigibili, concl.*82.

Si degradandus est Episcopus, ultra Metropolitam exigitur numerus duodecim Episcoporum, si Presbyter, sex Episcoporum: si Diaconus, vel Hypodiaconus, trium Episcoporum, *can. in summa* 3.*q.*8. *can. felix, cum seqq.*3.*q.*4. Verum hæc duo postremo correcta sunt a Trid. *sess.*23. *cap.* 4. quod vult in degradandis Presbiteris, aut Clericis in inferioribus satis esse Episcopum, vel Vicarium Generalem, intervenientibus tot Abbatibus usum mitræ, & baculi habentibus, & in eorum defectu viris in Ecclesiastica dignitate constitutis, quod olim exigebantur Episcopi.

Ex Antioch. *can.*12. Presbyter, vel Diaconus deponitur ab Episcopo, Episcopus a Synodo. Et ut restituatur,

Digitized by Google

tuatur, oportet ad majorem Synodum converti, non ad Imperatorem, cui si molestus fuerit, nulla venia dignus est, neque sui defendendi locum habet, nec spem restitutionis expectet.

Cum Episcopus ab ordine Episcopali removetur, sacrilegium est, si in Presbeterii gradum detruditur, ut in Synodo Calcedonensi *act.* 4. quæ Synodus Dioscorum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum Episcopali dignitate exuit, & ab omni Sacerdotali officio alienum pronunciavit, Evagr. 2. *Eccleſiaſticæ hiſt.* 18. *pag.* 318. Idem factum a Concilio Ephesino in sententia contra Nestorium Episcopum Urbis Regiæ, Evagr. *lib.* 1. *cap.* 4.

De Sacerdotibus in inferiori gradu cõstitutis.

TIT. XXI.

HI sunt Presbyteri, ideſt senes, non tam ætate, quàm maturitate scientiæ, *can. Cleros*, §. *Presbyter*, *diſt.* 21. Nec quod mali sint, dehonestari debent; nec inspici ipsorum malitia, sed dignitas; quare maledicens Sacerdoti potest excommunicari, nec absolvitur, nisi satisfecerit, ut obſervaſſe testatur Maranta in *Medulla Decreti*, *v. Sacerdoti maledicens*, ex *can. accuſatio*, §. *ſi detractores*, ubi Gloſ. *qu.* 5.

Hi instituti sunt a Christo, & habent potestatem absolvendi, & ligandi, item conficiendi Corpus & Sanguinem Christi: Infantes baptizant: Sacro Oleo inungunt; Conjuges benedicunt, §. *Epiſcopi.*

In Presbyteratus collatione Episcopus primo tradit Calicem cum Hostia, deinde manum capiti imponit, dicens: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* Ex quo character imprimitur, & gratia infun-

Digitized by Google

infunditur, ut colligitur ex D. Paulo 2. ad *Timoth.* 2. ibi: *Admoneo te, ut ascites gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum*, & 1. ad *Timotheum* 4. *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi cum impositione Presbyterii*. Hæc igitur verba sunt forma; materia vero est unctio in Sacerdotibus, & tactus illorum, quæ tangenda sunt, D. Bonav. in *Theat. ver. lib. 6. c.* 36. In Concilio Neocæs. *can.* 11. Præsbiter ante 30. annos non ordinatur, etiamsi valde dignus fuerit, sed hoc tempus observet, Dominus enim Jesus Christus 30. anno baptizatus est, & cœpit docere.

In Presbytero præter baptismum, & ordines inferiores requiritur ut annum 25. attigerit, Trid. *sess.* 23. *cap.* 12. Quod si quis sine dispensatione S. Pontificis ante hanc ætatem ad Præsbiterium ascendat, est ipso jure suspensus, *cap. vel non est, cap. ex ratione, de temporibus ordinationum*; quæ suspensio hodie ex communi sententia est perpetua: ob Bullam Pii II. incipiente *Ex Sacrorum*; nisi probabili ignorantia excusetur, Rota in una *Melitensi* 24. *Januarii anno* 1590.

II. Requiritur scientia, saltem linguæ Latinæ, & omnium, quæ ad ipsius munus spectant, ut sunt Missæ mysteria, Sacri Canones idem spectantes, *cap. cum sit, de ætate, & qualitate, cap.* 1. *de Cler. non residentibus, can. si quis grammaticas, dist.* 37. Trid. *sess.* 23. *can.* 5. 7. & 13. *cum seq.* Quare Presbyter imperitus potest suspendi, ut in *d. Constitutionibus*, D. Th. in 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art. ult.* Diaz in *praxi crim. c.* 18. Idque multo magis in Episcopo, Sozom. *lib.* 4. *cap.* 23. scribit, Leonem Episcopum exauctoratum, quod nonnullis sacrarum literarum legumque Ecclesiæ ignaros, & vitam inconsiderate, dissoluteque instituentes, Episcopos designasset.

III. Exigitur probitas morum, & integritas corporis,

Digitized by Google

portis, & legitimi natales, ut infra, cum de irregularitate agemus.

Olim Sacerdotes vocabantur etiam Episcopi, latè Canonistæ in *can. olim*, & *can. legimus*, *dist.* 65. Bellarminus *t.* 2. *contr. lib.* 1. *c.* 13. & *seq.* Nihilominus hodie certum est differre, & contrariū asserentes excōmunicantur, Trid. *sess.* 23. *cap.* 4. & *can.* 6. & 7. Quod est contra Arrium, qui nullum inter simplices Presbyteros, & Episcopos discrimen statuebat, ut sibi blandiretur, qui ad gradum Episcopale ascendere non potuit. Communiter Theologi post D. Th. 3. *par. q.* 184. *art.* 9. & in 4. *sent. dist.* 24.

De iis qui sunt in Sacris constituti.

TIT. XXII.

OMnes Ecclesiastici ordines Sacri sunt, quia hominem Deo consecrant, & peragentis institutur, Abb. in *cap. tuis*, *de præbendis*, tamen hic sacrorum ordinum nomine veniunt tantummodo Diaconus, & Hypodiaconus, qui obedientiam præstant Sacerdoti, ut Sacerdos Episcopo, *can. a Subdiac.*, *dist.* 93.

Diaconus est, qui habet spiritualem potestatem, per quam potest Evangelium legere in Ecclesia Dei, nam Diaconatu Episcopus primo manum imponit super ordinandum, deinde librum Evangeliorum illi tradat. Unde Evangeliorum liber est Diaconatus materia, ut patet ex verbis Episcopi, qui ait: *Accipe potestatem legendi Evangelii in Ecclesia Dei*, ut in *Catech. Rom.* habetur *tit. de diaconatu*, *n.* 20. Vasq. *to.* 3. *disp.* 236. *n.* 39. Olim etiam ministrabat Populo Sanguinem Christi in Calice, D. Thom. in 4. *dist.* 13. *q.* 1. *art. ult.* Et in quibusdam Ecclesiis etiam Eucharistiam,

nam

Digitized by Google

nam in Concilio Arelatensi 2. *cap.* 15. cavetur, ut Diaconus præsente Presbytero Corpus Christi fidelibus tradere non præsumi. Et in Concilio Ancyrano *can.* 2. Diacono suspenso omne Sacrum ministerium interdicitur, tum additur, sive id sit, *Offerendi* (scilicet populo) *panem & calicem, sive publicandi*, hoc est excommunicatorum nomina populo denunciandi, & manifestandi, ut in Antioch. *can.* 11. vel publicandi Episcopos, vel Presbyteros depositos.

Ita etiam Presbyterus baptizanti assistit: imo eo absente, ob necessitatem Diaconus jure suo baptizat *can. diaconus, can. præsente dist.* 93. Ex his videtur ministrare Sacerdoti, & Græce διάκονος Minister sonat. Ipse etiam Episcopum prædicantem ab insidiis custodire tenetur, quod Evaristus Papa in sua prima epistola constituit, voluitque Diaconus assistentes septem esse, *can. præelectis, §. ad diaconum, dist.* 25. Olim duo Diaconi Episcopo celebranti adstabant cum scabellis, ut parva animalia volitantia abigerent, ut ne in calicem inciderent, D. Clemente *lib.* 8. *const. Apostolicarum* 12. Quod hodie in Ecclesia Romana, cum S. Pontifex sacrum facit observatur.

In Niceno *can.* 18. statutum est, ne Diaconi Presbyteris Eucharistiam præbeant. Et ne Diaconi ante Episcopos, aut ante Presbyteros Eucharistiam attingant, aut accipiant.

Hodie ad Diaconatum nullus ante 23. annum admittitur, Trident. *sess.* 23. *cap.* 12. & satis est, si fuerit inchoatus; ex notatis in *Clem. fin. de ætate & qualitate.*

Hypodiaconus est, qui habet spiritualem potestatem legendi Sacras Epistolas in Ecclesia Dei, & harum liber est materia hujus ordinis, quare dicit ei Episcopus: *Accipe librum Epistolarum, & habeto potestatem legendi eas in Ecclesia Sancta Dei, tam pro vivis,*

Digitized by Google

vis, quàm pro defunctis: In nomine, &c. Sed verius est cum Vasquez *loc. cit. cap.* 5. ordinem Subdiaconatus proprie conferri in traditione calicis vacui cum patena; qua in re verborum forma utitur Episcopus: *Videte hujusmodi ministerium vobis traditur. Ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis.* Itaque verba illa priora: *Videte hoc ministerium vobis traditur*, sunt hujus ordinis forma, quia sunt completa, nec veræ formæ aliquid deest. Reliqua vero. *Ideo vos admoneo, &c.* ad præceptum pertinent, non ad formam. Quare ipse calicem ad altare affert cum patena, & Diaconis tradit, urceolum quoque, & aquam, & mantile, & manutergium tenere. Presbyteris & Diaconis pro lavandis ante altare manibus aquam præbere, & Crucem in populis, seu processionibus ferre debet. Vide Vasq. *d. disp.* 239. Græce Hypodiaconus significat subministrum, videtur enim ministrare Diacono.

Ejus ætas hodie est annorum 22. Trident. *loc. cit.* Obligatur ad divinum officium, & castitatem, *can. decernimus, dist.* 28.

Ordines Sacri ab Episcopo in sex tantum anni diebus conferri possunt, nempe in quolibet Sabbato, Quatuor temporum, in Sabbato ante Dominicam Passionis, & in Sabbato Sancto, Trid. *sess. cap.* 9.

De his, qui sunt in Minoribus Ordinibus constituti.

TIT. XXIII.

TAndem sunt in Ecclesia alii Minores Ordines, qui sine Sacramentali unctione sola Episcopi

Digitized by Google

benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione præstantur ; & sunt Acolythus, Exorcista, Lector, Ostiarius, Psalmista, seu Cantor, ut numerat Lancellottus hic. Alii addunt, olim fuisse etiam sepultuarios. Vide Caramuelem in *Theolog. fundamental.*

Acolythus est, ad quem præparatio luminum pro Sacrificio Missæ, propterea Episcopus dat ei candelabrum, item urceolum cum vino, & aqua continens. Perperam putant a cereo nomen habere ; nam Græce est ἀκόλουθος, ut ex Eusebio & aliis patet, hoc est pedisse quus, propterea quod & Subdiacono, & Diacono ministrat, cum Sacerdos solemne Sacrificium celebrat, vel ipsemet Sacerdoti in Sacrificio non solemni, D. Th. in *additionibus ad 3. par. q. 37. art. 2.*

Exorcista est, qui exorcizando, hoc est abjurando diabolum expellit ab energumenis, vel compescit, ne eos ab Eucharestiæ participatione impediat. Idem facit cum catechumenis, qui dicuntur spiritualiter a dæmone obsessi. Dat ei librum exorcismorum.

Lector est, qui Lectiones, & ea quæ Prophetæ vaticinati sunt populo legit, olim etiam exponebat, & declarabat, ut etiam Diaconus, *can. prælectis, dist.* 25.

Ostiarius est, qui claves Ecclesiæ gestant, quam occludit, & aperit, & omnia, quæ sunt intra, foriscque, custodit, fideles admittit, infideles, & excommunicatos expellit. Ipse etiam pro convocandis fidelibus campanas pulsat, ut in Pontificali, & Catechismo Romano. Dato ei ab Episcopo clavis, & dicitur : *Sic agite, tanquam rationem reddituri Deo de rebus, quæ clavibus istis recluduntur.*

Tandem Psalmista, seu Cantor, est, qui potestatem & jus canendi in Ecclesia habet : & videtur confundi cum prima tonsura, cum in vertice capitis ad coronæ

Digitized by Google

næ ſpeciem ipſi ab Epiſcopo capillus tonditur, & cottam accipit. Et hic quoque a Canoniſtis computatur inter ordines ex *cap. cum contingat de ætate, & qualitate*; at Theologi ab ordinum numero eximunt, ut in Sacramento ordinis dicemus.

Ad Minores Ordines ſatis eſt ſeptennium, dummodo literas norint, nec latini ſermonis ſint omnino rudes: Hi Clerici, qui non ſunt conſecrati, ſed benedicti, ideo licet teneantur oneſte vivere, tamen ex voto ad caſtitatem, vel divinum officium non obligantur, quare abſque diſpenſatione injuſſu Pontificis ducere prohibentur; poteſt quippe S. Pontifex diſpenſare, cum tale votum de jure Eccleſiaſtico ſit. Abbas in *cap. cum olim, eod. tit. hic in §. horum, v. valeant*.

Porro Ordines tam majores, quàm minores in Eccleſia, quibus tanquam gradibus ad Epiſcopatum aſcenderetur, Cajus S. Pontifex primus diſtinxit ad annum Chriſti 283. ut Damas, & Platina notant, hoc eſt Oſtiarium, Lectorem, Exorciſtã, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum, Præsbiterum, & Epiſcopum.

Mulieres, quæ viris ad Sacros ordines tranſeuntibus, ſeorſum in cœlibatu vivebant, vocabantur Subdiaconiſſæ, Diaconiſſæ, Præsbyteræ, & Epiſcopæ, ut ex Turonenſi 2. Concilio *can.* 13. 14. & 20. & in Antiſiodorenſi *can.* 21. D. Baſilio in *epiſt. ad Petragericum Præsbyter*, & Gregorio Magno 4 *dialog.* 11. Præterea Diaconiſſæ viduæ non minus 60. annorum, quæ fuerunt unius viri uxores, & probæ vitæ, ut ex D. Paulo ad *Timotheum* 5. quarum munus erat adſtare portis per quas mulieres ingrediebantur, ut Oſtiarii portis virorum, quare a D. Ignatio in *epiſtola ad Tarſenſes* vocantur, *Veſtibulorum cuſtodes*, ita etiam ſiccabant mulieres aqua baptiſmali lotas, & oleo Sancto in fronte tinctas. Clemens Roman. 3. *Apoſt. conſt.* 15

Digitized by Google

Instruebantur etiam in fide Catechumenos, & alia exequabantar munera, de quibus Menochius Jesuita *centur.6.storcar.cap.* 11. Nihilominus nec manu impositionem, nec sacros Ordines recipiebant, & a Concilio Nicæno *can.*19. inter Laicos computantur. Verum deinde per manus impositionem Diaconissæ esse ordinatas aperte habetur ex Concilio Chalcedonensi *can.*15. Tandem etiam virginem ad hunc gradum fuisse assumtas, docet Valesius ad Sozomenum *lib.*8.*cap.*6. Nam somniant Lutherani cum mulieres ad sacra munera recipiunt, Joann. Baptista Scorza Jesuita *de Missa lib.*2.*cap.*11.*nu.*2. Has Diaconissas Ecclesia Latina substulit, ut in Concilio Aurelianensi 11.*can.*17. videntur tamen Mediolani permanere, ubi Sacerdoti solemniter celebranti materiam consecrationis afferunt.

Ordines Minores qualibet Dominica, & die festo conferri ab Episcopo possunt, Glossa in *cap.de eo, de temporib.ordinationum*, Navarr.*cap.*25.*num.*71.

Communia tam majorum, quam minorum Ordinum.

TIT. XXIV.

1. CONveniunt, quia omnes Clerici antequam admittantur, debent diligenti scrutinio examinari circa fidem, ætatem, mores, genus, & scientiã, & alia, quæ ad Ordines exiguntur: quod est munus Archidiaconi, qui dein eos Episcopo præsentat, *cap.ad hæc, cap. ut nostrum, de officio Archid.* Sicubi verò Archidiaconus non sit, potest ad hoc quilibet Sacerdos ab Episcopo eligi, *can.quando, dist.*24. Itaque si quis

Digitized by Google

quis non rite ordinetur, primo est in culpa Examinator, deinde Episcopus ipse, cui semper Jus est ante ordinationem iterum examinandi, *argum. ex cap. accepimus, de ætate, & qualitate.* Unde notat Gl. hic in *§. quod, & v. examinari*, quod si quis sine titulo præsentetur Episcopo ordinandus, ab Examinatore præsentante titulum recipiet, qui si solvendo non sit, ab Episcopo ne quis in dedecus Clericalis ordinis mendicet, *cap. ad supplicationem, de renunciatione.*

Examen etiam præcedere debet beneficiorum collationem, maxime Parochiæ, Trid. *sess. 23. cap. 18.* tamen pluribus repertis idoneis Episcopus arbitrio suo quisnam ex ipsis magis idoneus sit, declarabit, ut communiter tradunt Sotus 3. *de justitia 6. art. 2.* Puteus *dec. 396.* Caputaquensis *dec. 406. par. 2.*

II. Ordines certis diebus conferri debent, ut Episcopatus die Dominico: Sacri Ordines Sabbatis supra memoratis; nisi aliter S. Pontifici videatur, *cap. de die, de temporib. ordinat.* Ordines verò Minores die quocunque festivo conferri possunt. Quod si aliter fiat Episcopus ordinans privatur Jure ordinandi, & ordinatus tenetur pœnitentiam agere, *cap. pen. cit. tit.*

Cæterum Ordines Minores eadem die conferri possunt, non item Sacri Trident. *sess. 23. cap. 13.* Immo Sacri Ordines duobus continuis diebus impartiri nequeunt, veluti Hypodiaconatus die Sabbati, & Diaconatus sequenti die Dominico, *cap. literas, cit. tit.*

III. Ordines majores non conferuntur, nisi a solo Episcopo, cum minores possint quandoque conferri ab Abbatibus Jus mitræ habentibus, modo regulares sint, & suis subditis regularibus conferant, Trident. *sess. 23. cap. 10.* Riccius hic, contra Hugolinum *de officio, & potestate Episcopi, par. 2.* qui voluit etiam in subditos non regulares hanc potestatem locum habere.

Digitized by Google

bere. Cæterum si Episcopus renunciaverit loco, & dignitati, poterit tantum minores ordines conferre, ut hic §. *ult.* ex *cap.* 1. *de Cler. ord. ab Episcopo non suo.*

IV. Ordines omnes gradatim recipi debent; nam si per saltum quis promoveatur, erit suspensus ab ordine per saltum accepto: & si in eo ministraverit, efficietur irregularis. Sed poterit cum eo dispensari ab Episcopo, collato tamen prius ordine omisso, *cap. unic. de Cler. per saltum promoto*, ubi Canonistæ.

V. Ordines collati non baptizato nullius sunt momenti, nec characterem imprimunt, *cap.* 1. *de Presbytero non baptizato*: quare debet baptizari, & deinde iterum ordinari, si voluerit. Verum si quis ante baptismum ordines sacros recipiat, contrahit impedimentum impediens tantum ad matrimonium, ob decorem ordinis sacri saltem extrinsece accepti, Abbas in *d. cap.* 1. Magister in 4. *sent. dist.* 2.

Qui promoveri non possunt.

TIT. XXV.

EX quatuor omnino capitibus prohibetur quis ad ordines admitti, ratione subjectionis, *delicti* admissi, item suspicione delicti, attractus, & corpore læsus. De his omnibus videamus.

De prohibitis ratione potestatis.

HUjusmodi sunt servi, cum liber esse debeat, qui divinæ aggregatur militiæ, *can. nullus*, *dist.* 54. Sed si accedat domini voluntas sive expressa, sive tacita (veluti si præsens sit, & taceat) rectè ordines ser-

Digitized by Google

servo conferentur, qui censebitur liber factus, Abbas in *cap. 1. de servis non ordin.* Itaque si domino inscio id fiat, tam ordinatus, quam ordinans punitur, *can. si servus, dist. 54.* & D. Chrysostomus in Synodo ad *Quercum* ob id accusatus est, ut est apud Photium *Cod. 59* Idem est de Monacho sine superioris permissu, *can. statuimus 19. qu. 3.* Concilium Calcedonense *can. 4.* Nullum autem in Monasteriis servum recipi præter consensum sui domini.

Ita quoque subditus unius Episcopi nequit ordinari ab alio Episcopo, nisi in certis casibus. Concilium Nicænum *can. 16.* Si quis etiam ausus fuerit eum, qui ad alium pertinet, surripere, & in sua Ecclesia ordinare, non consentiente proprio Episcopo, a quo recessit, qui in canone censetur, ordinatio hujusmodi irrita erit.

I. Ex licentia Ordinarii, seu proprii Episcopi, *cap. cum nullus de temporib. ordinat. in 6.* Et dicitur proprius Episcopus, vel ratione domicilii, vel originis sive propriæ, sive patris, Diana in *summa, v. ordinis minister, num. 43.* Has tamen literas admissoriales potest etiam facere Vicarius generalis. Potest etiam Capitulum, seu ejus Vicarius sede vacante, qui tamen non dabunt, nisi post annum a die obitus Episcopi, itaut intra annum ordinati, si sint in minoribus, nullo Clericali privilegio gaudent: si in majoribus, sint suspensi ad placitum Prælati successoris, Trident. *sess. 7. cap. 10.* Si quis ostendat per librum Parochi se alicubi esse baptizatum, poterit ab ejus loci Episcopo ordines suscipere, ut post Rebuff. & Gonzalez docet Marchinus *tract. 1. par. 5. cap. 50. num. 14.*

Verum Italicus Episcopus non potest ordinare Ultramontanum, nisi de licentia S. Pontificis, vel Episcopi, in cujus Diœcesi traxit originem, vel beneficium

Digitized by Google

cium habet, itaut literæ dimissoriales exprimant justam causam, cur illum nolit, vel nequeat ordinare: aliter Episcopus Italicus censuris coercetur, a quibus a solo Pontifice absolvi potest, *cap.*1 *de temporib. ordin. in* 6.

II. Ex Trident. *sess.* 23. *cap.* 9. potest Episcopus subditum non suum ordinare, si ejusdem fuerit familiaris, vel commensalis per triennium, dummodo post ordinem beneficium conferat. Quod verum est, etsi commensalis ante Episcopatum adeptum, ut ex Sacra Congregatione refert Riccius 1. *resol.*268. Genuens. in *praxi*, *cap.*81. Hinc patet non posse Episcopum ordinare non subditum in titulum beneficii, hoc est cum voluntate statim conferendi beneficium, nisi etiam sit Episcopi familiaris, vel commensalis per triennium, Canonistæ post Abb. in *cap. Jamdudum*, *de præbendis*. A superiori regula excipe Episcopum titularem, qui familiares, & commensales non ordinabit, Trid. *sess.*14.*cap.*2.

Episcopus ordinans subditum non suum suspenditur a collatione ordinum per annum: ordinatus verò est suspensus ad arbitrium proprii Episcopi, Trident. *sess.*6.*cap.*5.*sess.*23. *cap.*8. ubi additur, quod tali Episcopi suspensione jam manifestata, possunt ejus subditi in pœnam sine ejus permissu, a vicinis *Episcopis* ordinari.

Cæterum ordinatus in minoribus ab Episcopo, e.g. originis, non potest deinde in cæteris ordinibus variare, ut ordinetur ab Episcopo e.g. domicilii, quia variatio non conceditur, nisi in casibus a Jure expressis. Ita Riccius *resol.*265.

Eusebius Samosatensis Episcopus in Traciam relegatus ab Imperatore Valente Arriano, extra Provinciam Euphratensem, ubi est Samosata, peragrans

Sy-

Digitized by Google

Syriam, Phœnicen, & Palæſtinam, Presbyteros ordinabat, ac Diaconos, alioſque Eccleſiæ ordines ſupplebat, Theodoretus 4. *hiſt. Eccleſ.* 13. Idem Euſebius poſt Valentis obitum, a Gratiano Imperatore reſtitutus, ordinationes Epiſcoporum fecit in Provincia Euphratenſi, cujus tamen Metropolitanus non erat; Metropolis enim ejus Provinciæ eſt Hierapolis. Fecit etiam in Cœle Syria, & Oſdroena, idem Theodoretus *lib.*5. *cap.*4. Quæ omnia ſunt contra Canones Eccleſiæ. Hæc difficultas ſollicitum habuit Baronium ad annum Chriſti 378. & Valeſium ad prædictos locos Theodoreti, quem vide *pag.*35. & 42. Niſi velis dicere, quod quidam cenſent, Epiſcopales Jurisdictiones non omninò tum fuiſſe diviſas. Certè inter ceteras cauſas, ob quas Acacius Epiſcopus C.P. damnatus eſt in Synodo *Romana* a Felice Papa, anno 484. eſt, quod *Alienarum tibi Provinciarum Jura temere vindicaſti*; &c. Ut ſunt verba ſententiæ damnationis. Edidit Jacobus Sirmundus. Vide Valeſium, *de Acacio c.*8.

De prohibitis ratione delicti.

I. PUblice pœnitentes ob delicta, nequeunt ob irregularitatem ad ordines promoveri, imo deponuntur, *can.ex pœnitentibus*; *diſt.*39. non enim hæc pœnitentia, niſi ob crimen enorme, & quod totam civitatem commoveat, irrogari poteſt 36.*q.*6. Epiſcopus, qui hujuſmodi pœnitentem ſciens prudens ordinat, per annum a celebratione ſuſpenditur, *can.nullus*, *diſt.*55. Angelus in *ſumma*, *v.ſuſpenſus* 1. *n.*3. Convictus de adulterio, ad miniſterium venire non poteſt. In Neocœſarenſi *can.*8.

II. Uſurarius non promovetur, & antecedenter pro-

Digitized by Google

promotus deponitur, *can.1. can. de Petro can. si quis, dist.47.* Ita quoque non ordinantur simoniaci, seditiosi, & injuriarum ultores, *can. seditionarios, dist.46.* Quod de ultoribus pertinacibus intelligit Lancellottus hic, *§. idem statuendum.* Sic nec fures promoveri possunt, nisi quinque concurrant, ut sponte furtum confessus sit Episcopo, qui promovere debet, damnum resarcierit, pœnitentiam egerit, sit alioqui idoneus, nec infamia ob furtum notatus, Abbas in *cap. fin. de furtis.*

III. Homicida fit irregularis. Quod pluribus modis producitur. Primo etiam in consulente, dummodo ipse sit causa motiva homicidii; nam si quis jam decreverit alterum occidere, & a consultore magis ad id excitetur, non propterea Consultor incidit in irregularitatem, etiamsi de nece citius, vel crudelius perpetranda consilium præstiterit, D. Antoninus *par. 2. cap. 1 tit. 12. §. 12.* Lessius *2. de justitia 13. dubio 2. num. 6.* Diana *tract. 7. miscell. resol. 92. par. 3.* Ithacius Episcopus, quod se, præter fas ordinis illius, causæ capitis immiscuisset, in qua Priscillianus a Maximo Tyranno est gladio addictus, ab Ecclesiastica communione alienus est judicatus, Severus in *vita S. Martini.* Id in annum congruit 385. Petavius in *Rationario.*

Secundo in eo, qui homicidium fieri jubet, etiam licitum, uti est de Judice, qui reum capite damnat, & de carnifice qui exequitur, DD. in *cap. postulasti, de homicidio*, & *cap. 2. cit. tit. in 6.* Nam effundens Sanguinem, etsi juste, Lenitatem, & Mansuetudinem Christi repræsentare non potest. Concilium Constantinopolitanum temporibus Patriarchæ Michaelis Cxitæ, ut Bogomili, ejus temporis hæretici concremarentur, & statuit, & mandavit. Miratur Theodo-

Digitized by Google

dorus Balsamon in *Nomoc. Photii tit.9.cap.25.* Concilium istiusmodi tulisse sententiam; hæretici enim cum obstinantur, civili legi traduntur, & a Magistratibus in illos sententiæ feruntur; non enim licet per canones capitis sententiam ferre. Paulus IV. Judicibus Inquisitionis indulsit, ut irregulares non fierent, licet cognoscerent de crimine, quod capite plectendum esset, modo nihil aliud pronunciarent, quam reum esse hæreticum, Mich. Toussel. in *Histor. Jurisdict. Pontific. lib.6.cap.2.*

Tertio idem est de accusatore, & testibus. Verum si Clericus ob injuriam, vel damnum sibi illatum, delinquentem accuset, facta protestatione citra pœnam sanguinis, quam ad cautelam in scripturam rediget, non fit irregularis, etiamsi Judex deinde ex officio reum capite damnet, *d. cap. postulasti*, & *d. cap.2. cap. nullus*, & *cap. de indemnitatibus*, *de electione in 6.* ne aliter scilicet populi plebem Dei tanquam panem comedant. De Christianis suo tempore testatur D. Augustinus solitis pœnam sanguinis deprecari pro hæreticis apud Laicum Judicem; cui erant traditi, *ep.127.158.160.*

Quarto id verum est, licet homicidium fuerit casuale, dummodo rei illicitæ opera datur. Illicitum in Clericis intelligitur quidquid ipsis vetitum est; quare si Clericus chirurgiam faciens ægrum occidat, est irregularis, *cap. tua*, ubi Abbas § 1. *de homicidio*, D. Th. 2.2. *q.*63. *art.*8. Immo si rei licitæ opera detur, nec tamen debita adhibeatur diligentia, adhuc irregularitas incurritur, ut si præceptor puerum ob disciplinam percutiat, & ex percussione puer expiraverit, *cap. Presbyterum, cit. tit.* Abbas, & alii in *cap. sententiam, tit. ne Clerici*; nimia enim Præceptoris sævitia culpæ adscribitur, *l. Præceptoris, ff. ad l. Aquiliam.*

Quin-

Digitized by Google

Quinto etiamsi dubium sit, utrum ex vulnere, an ex alia potius causa mors sequuta sit, ut ex stylo Datariæ, & Pœnitentiariæ observari tradunt Enriquez 13. *de irregul. cap.* 16. Bonac. 7. *de irregul. q.* 4. *par.* 3. aliique apud Franc. de Lugo 1. *moral. q.* 29. *num.* 151. per textum in *c. ad audientiam, & cap. significasti, §. quod si, de homicidio.*

Verum excipe homicidium, vel membri mutilationem, quæ nullo potest modo imputari, ut si furiosus, dormiens, infans hominem necet, non propterea fiet irregularis, *can. illud* 15. *q.* 1. Canonistæ in *cap.* 1. *de delictis puerorum*. Idipsum est, si quis se ipsum cum moderamine inculpatæ tutelæ defendendo, aggressorem interficiat, *Clem. unic. de homicidio*. Sed si aggressus fugiendo vim evitare potuit, incidit in irregularitatem occidendo: modo dando se in pedem infamiam non incurreret, DD. in *can. de his, & §. quod verò, dist.* 50.

Sexto hoc quoque est in membri totalis, ut loquuntur, mutilatione: nam si quis alteri aurem evellat, vel digitum etiam indicem, vel pollicem abscindit, non est irregularis. Communiter Canonistæ apud Borgas *de irreg. par.* 1. *in princ.* contra Cajetanum, *v. irregularitas.*

De Prohibitis ob suspicione Criminis.

I. ÆGri in lecto baptizati, quippe qui non sponte, sed mortis metu videntur id feciſſe, ad Presbyterii gradum promoveri vetantur in Concilio Neocæsarensi, *can.* 12. nisi forte propter sequens studium, & fidem, atque hominum raritatem.

Quidam professione Christiani, & pietatis doctrina instructi, ad extremum usque ætatis baptismum con-

Digitized by Google

consulto protendebant, simul, & baptizari, & mori volentes, ne post illum acceptum rursus peccarent: pervulgato quippe illis temporibus errore decepti, existimabant a peracto baptismo vitam immunem ab omni lapsu requiri, nec ullam delinquentibus expirationem aliam deinceps reliquam esse. Cui opinioni causam dedit male intellectus D. Pauli locus ad *Hebræos cap. 6. 4.* quo etiam Novatiani abutentes lapsis omninò veniam denegabant, sic Constantinus Imperator extremæ vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus est; si modo verum est, quod ipse tradit *lib. 4. de vita Const. cap. 62.* Constantius etiam moriens voluit baptizari, D. Athanasius *de Synodis Arimini*, & *Seleuciæ*. Idem de Theodosio M. tradit Ambrosius in *oratione de ejus obitu*, & Socrates *lib. 5. cap. 6.* Hunc verò Clinicorum morem (nam Clinici dicebantur, teste D. Cypriano *lib. 4. epist. 7.*) & in suscipiendo baptismo dilationem, acriter reprehenderunt orthodoxi PP. Tertullianus *lib. de pœnit.* Nazianzenus *orat. in Sanctum Baptisma.* Vide Chrysostom. *homilia 60. ad Catechumenos*, & Cyprianum *epist. 76.*

II. Scienter rebaptizatus, & scienter rebaptizans mortali peccato tenentur, & fiunt irregulares, *cap. 2. de apostatis*, *cap. Afros. dist. 98. can. qui in qualibet 1. q. 7.* Verum Suarez *3. par. dis. 31.* ait, hanc irregularitatem impedire solum ascensum ad ordines, non etiam tollere ordinum iam susceptorum usum, quod probat ex *d. cap. 2.* ubi solum prohibetur acolythus rebaptizatus ad ordines superiores ascendere: pœnæ autem non sunt ampliandæ. Verum alii post Glos. docent, etiam a susceptis suspensionem induci. Vide Ledesmam *14. quæst. 7. art. 9. dub. 2.* Majolum *lib. 7. de irreg. cap. 14. num. 3.* Cæterum de Jure civili re-

Digitized by Google

rebaptizati, & rebaptizantes doloſe, capite puniuntur, *l.2.C ne Sanctum Baptiſma iteretur.*

III. Illegitimi ad Ordines non admittuntur, cum timeantur in eis exempla paterni criminis, *can. ſi quis eum 6. q.1.* Imo ſi fuerint filii Clericorum illegitime ſuſcepti, & poſt diſpenſationem impetratam ad ordines fuerint admiſſi, non propterea poſſunt obtinere beneficium in Eccleſia, ubi pater habet, vel habuit, Trid. *ſeſſ.25. de reform. cap.15.* quin nec aliud ullum, ex Bulla Clementis VII. edita anno 1533. quæ incipit, ad canonum conditionem. Licet autem expoſitorum, & repertorum natales ignorentur, ipſi tamen legitimi, & non ſpurii cenſentur, proinde ad ſacros ordines, & dignitates promoveri poſſunt, Gabriel Paleotta *de noth. & Spur. cap.63.*

IV. Bigamus nequit ad Clericatum aſſumi, quia bigamus non repræſentat matrimonium Chriſti, & Eccleſiæ, quod eſt unius ad unam: nam Clericus non erit vir duarum uxorum, 1. ad *Timoth.* & ad *Titum 1.* & bigamus proprie eſt, qui ſemel iterumque matrimonium contraxit, Græce eſt binuptus. Ad hujus tantum ſimilitudinem bigamus dicitur, qui in uxorem ducit jam corruptam ſive a ſe, ſive ab alio; immo ſi cum uxore adultera ſcienter rem habeat, *can. vidua, diſt.24. can. acutius diſt. 26.* cum aliis apud Covarr. in *Clem. ſi furioſi, par.1. §.2. de homicidio.* Si vero quis viduam, ſed a viro non corruptam duxerit in uxorem non fiet irregularis, *d. cap. vidua.* Ita quoque ſi quis in ſacris conſtitutus, matrimonium ineat, etſi id invalide faciat, tamen quia in quantum ad ſe, ſecundas nuptias voluit contrahere, tamquam bigamus cenſetur, *cap. nuper, cap. ult. de bigam. non ordin.*

Verum qui plures concubinas habuit, non propterea bigamiæ irregularitatem incurrit. Langellottus

hic

Digitized by Google

hìc in §. *aliud Juris*, ex *d. cap. nuper*, & *cap. pen. eit. tit.*

De Prohibitis ob defectum Corporis.

NON ſolum animi, ſed ex corporis vitio ab Eccleſiaſticis Ordinibus arcentur, quœ corpus ipſum truncum, vel debilitatum reddant, & ad ordinum miniſterium non ſatis aptum; vel certe deſpectum, horrorem, aut offenſionem inducant: nam non debet offerri Deo, quod homo dedignatur, ut ait Hieron. ad *Malachiam* 1. Itaque qui virilibus carent, ad Clerum pervenire non poſſunt, Eunuchorum duplex genus. Unus eſt Eunuchus Solis, ut vocitant *Matthœi* 9.11. Et hìc a Sacris ordinibus non arcetur, nam Dorotheus Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter fuit Eunuchus a natura, Euſeb. 7. *hiſt.* 32. Quod Diocletianus Princeps admiratus dicitur, *tanquam miraculum.* Alius eſt, Eunuchus hominis, ſeu factus, & caſtratus, & is Ordinibus interdicitur, *cap.* 2. 3. & 4. *de corpore vitiatis*, & in Synodo Nicœna *cap.* 1. Leo M. in *epiſt. adverſus Græcorum hæreſes*, *cap.* 23. Unde Leontius, qui ſe ipſum caſtraverat, contra Nicœnos Canones in Epiſcopum Antiochiæ electus dicitur a Theodoreto *lib.* 2. *cap.* 24. Etiam Hebræi Eunuchos tanquam crudeles a judiciis capitalibus arcebant, admittebant in pecuniariis. Vide Seldenum *de Synedr. lib.* 2. *cap.* 9. Extende etſi vi, vel in incunabilis, vel medicorum conſilio, id acciderit, ſive per ipſos, ſive per alios, *cap.* 1. & 2. *de corpore vitiatis*, *can. ſi quis abſciderit*, *diſt.* 55. Item qui oculos amiſit, cum quo ſolet diſpenſari, tum maxime, cum oculus dexter deeſt, non ſiniſter, qui dicitur oculus canonis, ſive Evangelii, *can. fin. diſt. cit.*

Tandem qui olim inſanivit, comitiali morbo laboravit, fuit a dœmone obſeſſus, in ſcena luſerit ordinari

Digitized by Google

nari nequit. Vide latius in *dist.* 33. & apud Borgas, qui omnium irregularitatum longam seriem profert, & recitat.

De Præbendis, & aliis Beneficiis.

TIT. XXVI.

CUM jam de Clericis actum sit, videamus de beneficiis, quæ Ecclesiasticis dignitatibus annexa sunt. Est enim præbenda generatim sumpta, Jus speciale percipiendi proventus Ecclesiasticos, & Clericatu procedens; ex quo distinguitur a præbenda laicali, quæ datur ab Ecclesia advocatis, symphoniacis, aliisque: in quam neque cadit simonia, si pretio comparetur, nec obligatio ad horas canonicas, Navarr. *de horis canonicis, cap. 7. num. 25.* Suarez *to. 1. de relig. lib. 4. de simonia, cap. 24.* Barbosa *de Canonicis, cap. 22. num. 14.*

Hæc præbenda specialis Clericis constituitur, ut qui altari servit, de altari vivat, ne cogatur in ordinis Clericalis dedecus, vel autem minus honestam exercere, vel stipem petere, *cap. relatum, eod.* Verum quoniam aucto Clericorum numero, beneficia Ecclesiastica non omnibus sufficiunt, ideo a Trid. *sess. 23. cap. 13* juncta *sess. 21. cap. 2.* constitutum fuit, ne Clericus ad Sacros Ordines recipiatur, nisi patrimonium, quod ad tolerandam vitam sit satis, habeat, ad cujus titulum ordinetur; vel in ejus defectum congruum beneficium obtineat: quod si aliter fiat, Episcopus de suo alimenta Clerico in subsidium ministrare tenetur, *cap. non licet, cap. Episcopus*, ubi Gloss. *eodem.*

Hoc patrimonium beneficii instar habet. Nam quemadmodum beneficium, ad cujus titulum quis est pro-

Digitized by Google

promotus ad Sacros Ordines, nequit resignari, *can. Sanctorum, dist.* 70. nisi quis habeat, unde honeste vivat, late Parisius *de resign. lib* 2. *q.* 6. ita patrimonium, de quo loquimur, injussu Episcopi, nequit alienari aut extingui, nisi ordinatus alimenta aliunde habeat. Gevallos in *communibus contra communes, q.* 561. *n.* 24. & 30. Ulterius patrimonium istuc filio a patre concessum non imputatur in legitimam, quia de illo disponi nequit contra legitimæ naturam, nec in judicio familiæ erciscundæ conferetur inter Fratres, Cravetta *cons.* 136. Polydorus Ripa *observ.* 232.

Jam beneficia alterutro modo obtinentur, vel collatione, vel institutione, ut in Jurepatronatu accidit. Sit ergo.

De Collationibus & de definitione, & divisione Collationum.

TIT. XXVII.

COllatione ex libera quædampræbenda, seu beneficii concessio, *§. ult. tit. antecedenti*: Nam collatio, nisi libere fiat a Superiore, nullius est momenti: & hinc distat a Jurepatronatu, ubi Episcopus præsentatum a patrono tenetur instituere, Canonistæ in *Clem.* 1. *de præbendis*, *Alexander cons.* 142. *lib.* 2.

Dividuntur autem beneficia, ut quædam sint curata, quæ id adnexum habent, ut populo Sacramenta ministrentur, ut Parochiæ. Alia sint simplicia, quæ populi curam adnexam non habent. Et hæc rursus distinguuntur; vel enim unus habent adjunctum, ut celebrationis missarum, canendi in choro; vel ullo onere tenentur.

Digitized by Google

Præterea sunt quædam beneficia patrimonialia, vulgo dicta, quæ natis, incolis, vel originariis alicujus locis conceduntur, itaut illis dumtaxat, qui filii ejus loci sunt providere debent, Cassiadorus *dec.8.nu.1.de præbendis*, Covarr.*pract.quæstion.cap.36.num.3.* Vide Gonzalez ad *reg.* 8. *Cancellariæ*, *gl.9.§.1.num.3.* 21.22.

In Ecclesiis, quæ dicuntur receptitiæ: non adest certus numerus beneficiatorum, sed juxta fructuum, proventum beneficia vel crescunt, vel decrescunt, Garzias *de benef.par.5.cap.1.nu.* 517. De beneficiis incompatibilibus infra dicemus.

Qui possunt beneficia conferre, & quando.

Episcopus in sua diœcesi beneficium quodcumque ibi existens conferre potest, nisi in aliquo expresse contrarium reperiatur statutum, Canonistæ in *cap. ordinatus, de offic.ordin.cap.si soli, de concessione præbendæ in 6.* Hodie ex *reg.*8.*Cancellariæ* in tota fere Italia observatur, ut Ordinarii locorum habeant jus conferendi beneficia, si suis mensibus vacaverint: hi sunt Martius, Junius, September, December. Si ergo in uno ex his mensibus beneficium vacet, id Episcopus conferet, modo tempore vacationis sit præsens in Diœcesi: secus si sit absens etiam ex causa necessaria ad Ecclesiam, ut Gomez, & Gonzalez ad *d.reg.Cancellariæ* late docent. Quæsito autem Episcopo Jure conferendi beneficium, tenetur intra sex proximos menses continuos conferre: quibus transactis Jure conferendi privatur, nisi ex justa ignorantia tempus pertransierit, *cap.ex parte*, ubi Gloss. *cap.* 2. *de concessione præbendæ*, Ne-

Digitized by Google

Negligente itaque Prælato, Jus conferendi devolvitur gradatim ad proximum Superiorem, & tandem ad S. Pontificem: prorsus ut in unaquaque devolutione semper iterum computentur sex menses, *d. cap. 2. & cap. licet cit. tit.* Illud verum est, Summum Pontificem post lapsum primi semestri statim habere Jus, & potestatem conferendi beneficium præveniendo cæteros ordinarios, ut Gonzalez ad *d. reg. 8. num. 3.*

Cæterum Capitulum Sede vacante in collationibus beneficiorum Episcopi vice non fungitur: & in eo casu semper recurritur ad Summum Pontificem, non etiam ad proximum Superiorem, seu Archiepiscopum, Abbas post Hostiens. in *cap. illa, ne sede vacante*; nam Archiepiscopus non succedit, nisi in casu negligentiæ, vel quando Episcopus deliquit conferendo indigno, *d. cap. 2. & cap. cum in cunctis, de elect.* Excipe nisi agamus de collatione necessaria, veluti si agatur de confirmatione vel institutione in jurepatronatu, Covarr. 3. *var. cap. 20. num. 7. ad finem* Aymon. Cravetta *de antiquit. temporis par. 4. sect. Materia, num. 50.*

Quibus beneficia conferri possunt.

PLurima exiguntur in eo, cui beneficium conferatur. I. Legitima in Clerico ætas, prorsus ut si ad beneficiū Sacro ordine sit opus, Clericus vel habere illum debet, aut saltem intra annum consequi, Barbosa *de Canonicis, cap. de Archid cum seqq.*

II. Ne quis aliud beneficium habeat in cæteris Clericis indigentibus, unus ditescat. Itaque vel prius beneficium dimitti debet, vel dispensatio pro secundo obtineri, *cap. de nulla, cap super, de præbendis in 6. cap. cum adeo, de rescript.* Trid. *sess. de reform. cap. 2. & 4. & sess. 24. cap. 17.* Cardinalibus, & Regum filiis pluralitas

Digitized by Google

tas beneficium permissa Joann. 22. in *Extrav. execrabilis, de præbendis, & dignitatibus*. Olim non modo pluralitas beneficiorum, sed etiam Commendæ Cardinalibus, ut & reliquis beneficiariis interdicta a Clemen. V. in *Extrav. ex supernæ cit. tit.* At Pius II. Cardinalibus asseruit; nam cum Cardinalitia dignitate decoraret Nicolaum Cusanum Germanum, ac Sigismundus Austriæ Dux molestiam ei faceret ex eo, quod nollet in sua ditione Cardinales Commendas habere, censura Ecclesiastica, & privatione spiritualium Pius eum castigavit, Gomesius ad *regulam de Idiomate*, *q.* 1. Leo X. noluit Monasteria commendari, nisi Cardinalibus in *Bullario tom.* 1. *constit.* 11.

Ex Episcopo Campan. in *divers. Juris can. rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 96. Commenda est depositum quoddam apud aliquem idoneum factum de beneficio vacante, tam ratione spiritualitatis, quam temporalium. Estque discrimen inter Commendatarium, & Æcononum, cum ille detur beneficio, iste vero rebus cum Æconomus sit dispensator Ecclesiæ, seu defensor, cui res Ecclesiæ gubernanda mandatur. Est & alterum discrimen, quod licet commendari beneficium non possit nisi vacet, tamen ubi fuerit commendatum, non dicitur amplius vacare, durante Commenda, Gomez in *reg. de trien. poss. q.* 5. Greg. Thol. in *Institutionibus rei beneficiariæ*, *cap.* 10. sub *n.* 13. At Æconomus nonnisi vacet constituitur, *l. jubemus*, *C. de Sacr. Eccl. l. omnes*, §. *hoc*, *C. de Episcopis*, *& Clericis*, *can. in quibusdam* junc. *can. volumus*, *& can. ult. dist.* 98. *cap. cum nobis*; *de officio ordinarii*, Trid. *sess.* 24. *de refor.* 18. Cæterum non potest beneficium commendari, nisi idoneis, hoc est laicis, non inabilibus, *cap. nemo deinceps*, *de elect. in* 6.

Commendas apud Græcos datas Episcopis, quorum Ecclesiæ desertæ essent, ut ita aliarum fructibus gauderent,

Digitized by Google

derent, scribit Balsamon ad *can.* 37. Synodi in Trullo. Alii tamen putant commendarum usum introductum, ut aliquis color daretur pluralitate beneficiorum, in quam se armaverunt toties Conciliorum, & Sanctorum Patrum decreta. Vide Michaelem Rouss. sel in *Historia Pontificiæ jurisdictionis lib.* 2, *cap.* 13. *n.* 13. *cum duob. seqq.* ubi commendarum originem negat prodiisse a temporibus Urbani VI. Neapolitani ad annum Christi 1380. nam Flodoardus in Historia Rhemensi refert Ludovicum Pium dedisse in commendam Alpheliæ Abbatiam S. Petri Rhemensis, indeque, ait ille, cœperunt beneficia etiam regularia commendari. Contra commendas invenitur Papyr. in Paulo II. Agit Gratian. *can.* 21.

Sciendum est quædam beneficia esse incompatibilia simpliciter, quæ curam animarū, vel residentiam exigunt, *cap. quia nonnulli, de Clericis non resident.* quæ si sint ejusdem generis, uniformia dicuntur, ut duo Episcopatus, duæ Parochiæ: si diversi, vocantur difformia, ut beneficium Curatum, & simplex cum residentia, aut hoc cum Canonicatu, Garzias *par.* 11. *de benef. cap.* 5.

Alia vero esse incompatibilia sub conditione, id est quoniam, sunt in eadem Ecclesia, & sub eodem tecto, licet non requirant residentiam, *d. cap. super, de præbend. in* 6. *Clem. gratiæ, de rescriptis.* Et hæc etiam vel sunt uniformia, vel difformia.

In his ergo beneficiis omnibus S. Pontifex pro arbitrio dispensat, quia incompatibilitas non est de Jure naturali, ut quidam opinantur, sed Ecclesiastico, Garzias *d. cap.* 5. *num.* 222. *cum seq.* At vero Episcopus solum dispensat in beneficiis incompatibilibus sub cōditione, quæ tamē sint difformia, ut in Canonicatu, & beneficio simplici, quod residentiam non exigat. Late

Digitized by Google

Menoch.2.*de arbitr.casu* 279.Oldrad.2.*q.regul.q.ar.*2.

Quia ita tenue beneficium habet, ut ad vitam tolerandam satis non sit, adhuc ratione beneficii ad recitandum Divinum Officium tenetur,ut post Aug. Covarr.& alios docet Navar.*cap.*25.*num.*102.At verò alii docent non teneri, cum beneficium summam octo aureorum non excedit,ita Sotus 10.*dejust.& jur. q.*6.*art.*3.

De Pensionibus.

PEnsio est jus percipiendi fructus ex alieno beneficio: durante pensionarii vita, ex juxta causa, concessum,Gratian.*par.*1.*cap.*5.*num.*162.Nam etsi regulariter beneficiis pensiones nequeant imponi, *tot. tit.ut beneficia sine diminutione conferantur*; tamen receptum est, ut ex justis causis queant imponi. I. Si quis resignat beneficium alteri,vel permutat, retinere sibi pensionem potest. II. Cum beneficium est litigiosum,tum recte datur uni beneficium, alteri vero pensio super eodem,ad litem extinguendam. III. Si quis jam senex renunciet Episcopatui, vel beneficio curato,quod ei amplius nequeat inservire,tum legitime assignatur super eo beneficio pensio ad commode tollerandam vitam. Tandem pro paupertate alterius Clerici. Late Parisius *de resignatione benef.* Gigas *de pensionibus*,cum Riccio hic *in fine*.

Verum in pensione imponenda attenditur,ut beneficiato relinquatur,quod sit satis,ex ipsis beneficii redditibus,non etiam ex incertis, quæ ex beneficio perveniunt. In beneficio Curato vel Parochia, 100.relinquantur pro Paroco, in Episcopatu mille pro Episcopo: in cęteris verò quantum ad victum sufficiat, attenta beneficii qualitate.

De-

Digitized by Google

Demum pensio triplex est. I. Temporalis, quæ alicui pro ministerio temporali extra Ecclesiam conceditur, ut militi, vel duci exercitus pro Ecclesia, & fide pugnantibus, ut est de militibus Regni Polonici, & habetur in Bulla Pii V. incipiente, *Ex proximo*. Suarez 1. *de relig. tract. 3. lib. 4. cons. 26.*

II. Est spiritualis, quæ datur Clericis ob spirituale officium erga Ecclesiam, ut quæ datur Coadjutori Episcopi, vel Parochi. Hæc habetur pro beneficio, & nequit sine labe simoniæ vendi *loc. cit.* Garzias *d. par. 1. cap. 5.*

III. Est media, quæ Clericis datur, ut decenter vivant. Et licet olim haberetur ut profana, hodie tamen ex Bulla Pii V. etiam spiritualis est, & obligat ad officium B. M. Virginis, Vasq. in *opusc. de benef. cap. 2. §. 4. dub. 2. num. 171.*

De Institutionibus, & Jurepatronatu.

TIT. XXVIII.

ACcidit interdum, ut Prælatus liberam in beneficiis conferendis potestatem non habeat, uti est cum ea vacant, in quibus aliquis Juspatronatus habet, ubi Episcopi nō tam dicuntur beneficia conferre, quàm instituere patrono præsentante. Institutio est inductio in possessionem corporalem beneficii in aliquem collati. Male in *hoc. tit.* Hostiensis investituram, & institutionem confundit, quia investitura Jus tribuit, non possessionem. Ita Cujac. ad hunc *titul. in princ.*

Jus autem patronatus est Jus præsentandi Clericum ad beneficium Ecclesiasticum vacans. Ita hic ex D. Th. in *4. dist. 72. q. 3. ar. 2.* Cui definitioni quidam op-

Digitized by Google

opponunt, quod detur Juspatronatus sine Jure præsentandi, ut est de eo, qui Ecclesiam Conventualem vel Regularem construxit; licet patronus hic sit, tamen nequit quemquam pro regimine Ecclesiæ præsentare, cum tota electio a Regularibus ipsis pendeat, *cap. nobis eod.* Verum respondetur in *eod. cap.* statui post electionem patroni assensum postulari in electum. Itaque patronus potest contra electum excipere, si non sit idoneus, & si male versetur potest Episcopo denunciare, *can. filiis 16. qu. 7. argum. ex can. Abbatem 18. qu. 2.* Hic verò patroni consensus vicem præsentationis habet: ut patet ex eo, quod si duo sint ejusdem Cappellæ patroni, & alter præsentet, alter in præsentatum consentiat, institutio valebit, Riccius hic: quocirca assensus pro præsentatione habetur. Et definitio sibi constat.

Hoc Jus quæritur tribus causis, si quis dedit fundum, seu, ut dicitur, mansum pro Ecclesiæ constructione: item si quis cum Diœcesani venia ædificium, seu templum ipsum excitat: tandem, cum quis Ecclesiam erectam dotat. Unde versus:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Hinc est, quod plures ejusdem Ecclesiæ patroni esse possunt, *can. piæ, can. filiis 16. qu. 1. can. nemo, distinct. 1. de consecr.* Verum qui bona Ecclesiæ elargitur, ut in ea Juspatronatus quærat, opus est, ut nominatim pro dote elargiatur, aliter non dicitur, nisi benefactor, *cap. quantum tit. eod.* quæ dos ad res sacras parandas, sacrificia celebranda, & ministros alendos satis esse debet, §. 1. *auth. ut nullus fabricet oratorium*, & in *cit. constitutionibus* habetur.

Effectus sunt. I. Ut patrono debeatur honor, veluti in Ecclesia Montis Oliveti hujus urbis die Palmarum, & Purificationis patronus, qui est de gente Orilia,

Digitized by Google

lia, præ omnibus palma, & cereo donatur. II. Si patronus fiat pauper, alatur ab Ecclesia ex fructibus, qui superſunt, *cap. quicumque*, *eod. can. quicumque* 16.*q.*7. ubi Gloſ. *v. ad inopiam.* III. Ut Jus præſentandi habeat, modo Eccleſia Collegialis non ſit, ut jam notatum eſt. E diverſo patronus tenetur Eccleſiam defendere, & collapſam iterum excitare, ſecus Jus amittit. Verum bona ejuſdem Eccleſiæ nequit adminiſtrare, nulla obſtante in contrarium conſuetudine, Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*9.

Olim Eccleſiarum conditores in Eccleſiis, quas condiderant, humabantur. Ita Cæſarius, qui Eccleſiam in honorem Thyrſi Martyris condidit, illic ſepultus eſt, Sozom. *lib.*9.*cap.*2. Sic Conſtantinus Imperator ſepultus eſt in Baſilica Apoſtolorum, quam extruxerat Conſtantinopoli. Cæteri laici extra urbem in Cœmeteriis humari ſolebant. Intra altare verò ſoli fere Sacerdotes humabantur, aut Martyres. Valeſius ad *cit. loc. Sozomen.*

Patronatus poteſt eſſe Laicus, aut Clericus. Sed I. diſtant; nam ſi Clericus eſt, poteſt intra ſemeſtre tempus, ſi Laicus intra quadrimeſtre a die vacationis inſtituendum præſentare. *cap. un. de Jurepatronatu, in* 6. ita tamen, ut Epiſcopus poſſit hoc tempus prorogare, propterea quod ita faciendo Juri ſuo renunciaret: ſic etiam poteſt ob juſtam cauſam, veluti Eccleſiæ neceſſitatem, tempus reſtringere. Lambertinus *lib.*1. *par.* 2. *de Jurepatronatu*, *qu.* 1. *art.*47. & *ſeq.* Riccius *dec.*217.

Itaque ſi intra legitimum tempus patronus non præſentat, Epiſcopus ipſe beneficium conferet, Rota in *novis dec.*263. Bellamera *dec.* 107. At vero tempore adhuc pendente, Epiſcopus Æconomum conſtituere poteſt, qui beneficium adminiſtret, *cap.*1. & 2. *eod.* Vaſquez §.1. *dub.*7. II.

Digitized by Google

II. Distant, quia laicus potest variare, hoc est ut praesentato uno, alterum illi addat, quo casu Episcopus eligat. Id dicitur variare cumulative, non privative, Franciscus Marcus *dec.* 263. Ecclesia vero Jus variandi non habet, *cap. quod autem, cap. cum autem eod.*

Porro Juspatronatus habetur, ut mistum. Nam inquantum ad Jus offerendi est quid prophanum, & laicis etiam competit. Hinc est, quod potest laico donari, cum consensu tamen Episcopi: aliter donatio nulla est, Verallus *dec.* 144. nisi forte donaverint compatrono absque Episcopi consensu, *cap. ex insinuatione, eod.* idem Verall. *dec.* 130. & 284. Verum Ecclesiae sine Episcopi assensu semper recte donatur, §. *donationem.* Hinc etiam est, quod Juspatronatus cum hereditate transmitti potest ad heredes, quicunque fuerint: *Clem. plures, eod.* Idem videtur esse de fideicommissario universali: ut censuit Guidon Papa *dec.* 507. Communiter tamen opinio de fideicommisso negat, Lambertinus *lib.* 1. *par.* 2 *q.* 11. *art.* 35. Pereg. *de fideicomm. art.* 6. *num.* 31. Potest etiam legari Andreas Abbas, & alii in *cap. cum seculum, eod.*

E diverso Juspatronatus in quantum ad spirituale ministerium ordinatur, est quid spirituale; *cap. quod autem, eod.* Hinc est quod vendi non potest, neque ab Judice laico cognosci, *cap. de Jure, eodem; cap. quoniam de Judicis.*

De Clericis non residentibus.

TIT. XXIX.

COmmendatitiae literae, quae ab Episcopo dantur Clericis excommunicatis, vel ignotis, ut alio com-

Digitized by Google

commeantes possint in Clerum recipi, & ad sacrosancta Misteria celebranda admitti, attestando eos sine omni vinculo solutos, Græcis Systaticæ dicuntur. Dabantur etiam laicis, cum eadem obtestatione, ut ad Sacram Communionem reciperentur.

Ab his distinctæ sunt literæ Irenicæ, quæ Christianis pauperibus ab Episcopis, aut Chorepiscopis dabantur, ut alio migrantes a Christianis reciperentur, & unusquisque, qua posset, ope eorum indigentiæ succurret. Nec enim verum est, quod putavit Cujacius in *tit. Decretalium, de Clericis non residentibus*. Irenicas easdem esse cum Systaticis. Eas aperte distinquit, & quid quæque sit, docet Concilium Calchedonense *can. Omnes pauperes, & auxilio indigentes, cum probatione, sive cum pacificis literis solis iter facere definimus, non cum commendatitiis, quia commendatitias literas iis solis personis, quæ in aliquam suspicionem venerunt, præberi oportet.* Concesserim tamen Irenicas literas dici cœptas eas, quæ ab Episcopo dantur Clericis, qui in aliam Urbem proficisci volunt, in testimonium commeatus, Zonaras in *d. can.* 11. Græcus Scholiastes Harmenopuli in *Synopsis canonum sect.* 3. *tit.* 2. Hæ omnes deinde literæ, & Systaticæ, & Irenicæ generatim dictæ Canonicæ, Zonaras in *can.* 8. *Concilii Antiocheni*. Latini scriptores Ecclesiastici *Formatas* vocant, de quibus *can.* 1. & 2. *dist.* 73. eo quod certa forma, certisque notis erant conceptæ. Atticus Episcopus C.P. in epistola ad Bonifacium S.P. Ne igitur in faciendis Epistolis Canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, &c. Apud Justellum in notis ad C. *Canonum Eccl. Africanæ*.

Si autem Episcopus, Parochus, aut alius quispiam beneficiatus, qui adesse tenetur, non resideat, ut oportet,

Digitized by Google

tot variis de Jure Canonico plectitur pœnis; nam lupus rapit, & dispergit oves, quando Pastor non adest, Joann. 5.

Itaque qui sine causa, & licentia abest, & citatus a Superiore, ut resideat, reperiatur contumax, potest beneficio privari, *cap. inter*, *cap. ex parte*, *eod.* Trid. *sess. 6. de reform. cap. 1. & sess. 24. cap. 1.* & Bulla Pii V. *de residentia Prælatorum* 17. Interim vero beneficii fructus minime lucratur, *cap. de cætero*, *cap. audientiam*, *eod.* Puteus *dec.* 294. Navarr. in *summa cap.* 23. *num.* 120. Verum Episcopo ex justa causa per tres menses, Parocho per duos permittitur abesse ut cit. DD. notant.

Quamvis autem absentes ex justa causa fructus lucrentur, tamen distributiones quotidianas amittunt, quæ solis inservientibus conceduntur, *cap. licet*, *de præbendis*, *cap. 2. de priv. in 6.* Trid. *sess 24. cap. 12.* Id vero restringitur in quibusdam casibus.

I. Si quis ob adversam valetudinem nequeat adesse; lucratur enim etiam distributiones quotidianas, *cap. un eod. in 6.* Quod verum est etiam cum vitæ periculum versatur, veluti ob capitales inimicitias, *cap. relatum*, *cap. inter*, *eod.* Covarr. 3. *var.* 13. II. Si negotia Ecclesiæ suæ exequatur, *d. cap. un. eod. in 6.* III. Canonicus forte Pœnitentiarius, si tempore celebrandi in Choro Divinum Officium Confessiones fidelium audiat tamquam pro Ecclesia absens, distributiones non omittit, Trid. *d. sess. 24. cap. 3.* IV. Cum quis abest pro negotiis totius Capituli, aut Episcopi, aut Romani Pontificis, *cap. de cætero*, *cap. dilectus*, *eod.* Itaque Episcopus potest res suas duobus Canonicis demandare, qui tanquam pro Ecclesia absentes, distributionum partem habent, *d. cap. de cætero*, Navarr. *cons. 1. & 2. hoc tit.* V. Cum quis abest causa stu-

Digitized by Google

ſtudiorum, etiam per quinquennium, *cap. fin. de magiſtris*, Trid. *ſeſſ. 5. de reform. cap. 1.*

De Regularibus, & Monachis.

TIT. XXX., ET ULTIMUS.

DIſtat Monaſterium a Laura ex Cyrillo in vita Sanctæ Sabæ. In lauris agebatur, qui clauſi, quiſque in ſua cella, ſecluſi a convictu, vitam ſolitariam, & eremiticam vivebant. Hi ſunt proprie Monachi, dicti, quod ſoli, & triſtes eſſent. At verò *laura* Græcis eſt vicus non modo urbanus, ſed etiam paganus, alio nomine villa. Quoniam ergo cellæ illæ ſimul eodem loco poſitæ, villæ imaginationem repræſentabant, ideo Lauræ vocatæ ſunt. Ita hodie vivunt Monachi Camaldulenſes, Monachorum antiſtes dicitur Abbas, de qua voce ſic B. Hieronymus *Comment. ad Galatas, cap. 4. Cum Abba Pater Hebræo, Syroque ſermone dicatur, & Dominus noſter in Evangelio præcipiat, nullum patrem vocandum, niſi Deum; neſcio qua licentia in Monaſterii, vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus.*

Monaſterium eſt locus conſeptus, ubi plures ſub certa regula vitam in convictu agunt, qui proprie ſunt Cœnobitæ; unde Monaſterium etiam Cœnobium appellatur. Verum hodie hos etiam Monachos appellamus.

His ſimiles ſunt Regulares, qui licet tria vota, ut Monachi, emittant, tamen laxioribus regulis, quàm Monachi, utuntur, *cap. quod Dei, de ſtatu Monachorum.* Veniunt verò nonnunquam Monachorum appellatione, Abbas in *cap. 2. in princ. de poſtulando*, per illum textum, & per textus in *can. 1. & can. Monachi*

16.

Digitized by Google

16.q.1. Distant verò in hoc, quod Monachi vitam omninò contemplativam agunt, nisi quod certis horis opus aliquod mechanicum faciebant: *Non tam propter victus necessitatem, quàm propter animæ salutem, ne vagetur perniciosis cogitationibus*, ut de Ægyptiorum Monachis ait D. Hieron. in *epist. ad Rusticum Monachum*; Quare D. August. librum scripsit *de opere Monachorum*. At Regulares cum proximis versantur, ut eos rectam salutis viam cognoscere doceant, & inire suadeant, ut non solum exemplo, sed verbis.

Licet præterea Monachis literas juvenes etiam laicos docere, *can.*4. Synodi V. & habetur in *regulis S.Basilii, num.*292. & in *Capitulo Caroli M.in additione prima, ad cap.*45 Scientia in Monasteriis, nisi ipsis Monachis perlegi statuatur. Vide Petrum Ribadeneiram in *Vita S.Ignatii lib.*3.*cap.*24.

Erant etiam Monachi *Clausi*, qui longe a consortio humano alicubi se solos in cellulis claudebant, dispersi, & separati, ut in Thebaide, & Nitriis, quæ loca in Ægypto sunt. Athanasius in *vita Antonii cap.* 4. Aliqui etiam in cisternis, quas Syriaco vocabulo *Cubas* vocant, Hieronymus in *vita Pauli primi Eremitæ, cap.*5. Vide Radearum *de Sanctis Clausis*. Erant etiam *Stilitæ*, qui in stilis, seu columnis, omnibus acris injuriis expositi, vivebant, ut Simeon, & alii, de quibus Socrates, & Sozomenus in *Historia Ecclesiastica*. Vide Josephum Gibalinum *de vita regulari disquis.*3.*cap.*4.

Quoniam ergo status religionis arduus est propterea nequit novitius eam profiteri, nisi exacto jam anno 16. ætatis: quod si ante id temporis fiat, vel post, sed vi, dolo, metu, professio nulla est, Trid. *sess.*23. *de statu Monachorum, cap.* 15. Neque hic ul-

ti-

Digitized by Google

timus dies inceptus habetur pro completo, ut post alios tradit Sanchez *lib.5. in Decalogum, cap.4.* Insuper opus est, ut ante professionem per annum novitius experiatur, nam regulas, & rigorem religionis ferre possit, qui annus si non compleatur, usurpetur, seu interrumpatur, morando etiam per diem extrà Monasterium, & Religionem, professio dein facta nullius erit momenti, Sanchez *loc. cit.*, & alii communiter ex Trident. *d.cap.15.*

Olim Monachi tacitè solùm videbantur se cœlibatui obstringere, D. Basilius *can.19. de Monachis*; propterea Calchedonense Concilium *can.16.* statuit, Monachum non licere matrimonio jungi, Ipse tamen D. Basilius statuit primus, ut hi interrogarentur, & evidens ab ipsis castitatis professio acciperetur, ut ibidem habet.

Cum verò religionem profitetur, tribus se votis Monachus obligat. I. Est castitatis itaut ab omni omninò venere etiam licita debeat abstinere: & si de facto matrimonium contrahat, actus est nullus, & ipse statim intelligitur excommunicatus. *Clem. un. de consanguin.* Quod adeo verum est, ut contra custodiam castitatis nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, ut loquitur textus in *c. cum ad Monasterium, ad finem de statu Monachorum*, & ita ex eo textu docet D. Thom. 2.2. *qu.88. art.11.* Verum solum hic textus habet locum, quando Monachus manens in statu religionis vellet matrimonium inire quo casu ob contrarietatem status, nequiret a S. Pontifice dispensari, ut Cajet. ibidem explicat. Cæterum è diverso sæpe factum est, ut S. Pontifex ex justa causa permiserit alicui, ut se religione abdicaret, & ita nuptias contraheret, ut factum est cum Constantia Abbatissa, quæ ex dispensatione Cœlestini III.

Hen-

Digitized by Google

Henrico VI. Imperatori, & Regi Neapolitano nupsit Collenuccius *lib.*3. quod tamen fabulam reputat Baronius, & cum eo Capycius Latro in Historia Neapolitana. Factum etiam est cum Ramiro Monacho Benedictino ad Regnum Aragoniæ,& conjugium assumpto.

Obiicies quod legitur *Levitici ult.* Omne quod semel est Domino consecratum, nequit in alios commutari usus. Sed respondetur eodem modo, id scilicet verum esse,si adhuc sacrum manet.Exemplum esto in calice, qui licet Domino consecratus, si tamen fiat profanus, & vendi,& in alios usus converti potest. Ita Scotus, & alii apud Barthol. a S. Fausto *de votorum dispens.q.*34.Navarrus in *Summa,cap.*22. *num.* 75. Lessius 2.*de justitia* 4.*dub.*5.

II. Est votum paupertatis, ex quo Monachus nihil proprium habere potest, & retinere, clam suo Superiore, Andreas, & Abbas in *d.cap.cum ad Monasterium.*Nam si Monachus aliquid detineat,& administraret permissu Superioris, non propterea diceretur quid proprium habere, cum intelligatur paratus dimittere ad nutum: veluti est de servo, qui nihil proprium habere dicitur, etsi peculium habeat, *l.quoniam Tuberonis, ff. de pecul.* Ita Abbas in *cap. Joann. eod.* Hinc est, quod hodie nonnulli Religiosi habent census,& redditus annuos,nec propterea peccant, ut Riccius notat.

III. Est votum obedientiæ, itaut non solùm voluntatem, sed judicium etiam Superiori summittere debeat,ut dicebat D.Ignatius Lojola. Vide Massejum in *vita lib.*3. *cap.*7. Cæterum ad voti observationem tenemur ex illo Davidis *Psal.*75. *Vovete, & reddite Domino Deo vestro*; ut primum ad consilium, secundum ad imperium referatur. Tamen votum commu-

Digitized by Google

mutari potest in opus aliud pietatis; nam,& mandatum Domini commutari potest in aliud,ut primogenitus asini pro ove commutatur, *Exod.*36. Ita Innocentius III. in *cap.magnæ*, *cap.cum igitur*, *de voto.*

Cæterum Monachus nequit de una in alteram religionem migrare, nisi ea, in quam transit, strictior sit,20.*qu.*4.*per totam*,Mendicantes verò ad alium Ordinem, excepto Ordine Carthusiensium, sine licentia S. Pontificis, sub pœna excommunicationis transire non possunt,ex Martino IV.in *Clem.vitam ambitiosæ*.

Monachi ad Ecclesiastica munera promoveri possunt,sed cum defuerint Clerici, Gelasius Papa in *can. priscis*, *dist.* 55. Tandem nemo potest filiam, vel Monialem a Religione deviare, aliter est ipso facto excommunicatus, quin etiam impetrare ab Episcopo potest, ut filiæ voluntatem exploret, an verò religionem profiteri velit, ut in cit.Tridentini constitutionibus habetur.

Omnibus præceptum est, ut perfecti simus, quia Deus perfectus est: Verum cum hæc perfectio, in quantum ad nos pertinet,non uniusmodi est,sed duplex, una major, altera minor, illa est voluntaria, hæc in præcepto.

Perfectio minor est, ita diligere Deum, ut nihil æque ac Deum diligamus: unde nihil contrarium Divinæ dilectioni admittit, & omnia Christi jussa facit,juxta Joan.2.*Qui servat Verbum ejus*,*vere in hoc charitas Dei perfecta est.*Et hæc omnibus præcepta est.

Major est, ubi omnia quis divini amoris impedimenta sponte removet, ac totum se Deo consecrat; nam *Matth.*19.ei, qui dicebat omnia se præcepta servasse, quia adhuc ex eo perfectus summe non erat, Christus ait: *Si vis perfectus esse*, *vade*, *vende omnia*, *quæ habes*, *& da pauperibus.* De hac perfectione

Digitized by Google

loquuntur Theologi, cum ſtatum Epiſcoporum eſſe perfectum docent, ſtatum verò Religioſorum eſſe tendentium ad hanc perfectionem adipiſcendam; ad eam enim perfectionem tendunt Religioſi, quam adeptam jam Epiſcopi habent. Tendunt verò per tria vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ.

Et ſane ſtatum religionis eſſe viam regiam, ac tutam, per quam facilius, & tutius ad apicem perfectionis Chriſtianæ pervenitur, declaratum eſt in Concilio Conſtanſienſi *ſeſſ.* 8. ubi damnatur error Joann. Wicleff, qui docuit, neminem poſſe ſalvari, in quocumque religionis ordine exiſtat, ut Lutherus, & Calvinus idem ſtatuentes damnati ſunt a Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de reform.* Ante hos omnes Gulielmus de S. Amore librum edidit *de periculis noviſſimorum temporum*, ubi ſequutus Valdenſium errorem probare conatus eſt, neminem poſſe ſalvari in Ordine Mendicantium, quem librum damnavit Alexander IV. & impugnarunt D. Th. & Alber. *op. contra impugnantes rel igionem*, & Bonavent. *op. de ſtatu pauperum.* Extat etiam Rodulphus Hoſpinianus *de origine*, & *proceſſu Monachatus* Autor hæreticus.

Circa votum paupertatis nota, quod duplex paupertas eſt. Prior habitualis, qua quis omni promptitudine paratus eſt relinquere omnia pro Chriſto: poſterior actualis, ubi renunciat quis omnibus, quæ poſſidet ad vacandum liberius Deo. Hanc vovent Religioſi, Chriſtum imitentur, qui non uno tantum animo, ſed re pauper extitit, ut non haberet, ubi caput reclinaret, *Luca* 9. Ut imitentur etiam Apoſtolos, qui, ut Petrus ait, relinquerunt omnia, & ſequuti ſunt Chriſtum; denique ut exequantur conſilium illud ſummæ perfectionis, *Matth.* 19. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pau-*

Digitized by Google

pauperibus. Et nullius momenti eſt, quod ajunt, paupertatem, quæ ut mala vituperatur, in *Eccleſiaſt*. 17. *Propter inopiam multi deliquerunt*, non poſſe voveri; quippe malorum cauſa paupertas eſt in iis, qui inviti in eam incurrunt; non etiam in iis qui ſponte eam amplectuntur, ut Religioſi, & rectè D. Chriſoſtomus ſuper Matth. ait: *Non pauperem eſſe malum eſt, ſed non velle pauperem eſſe*.

Circa votum obedientiæ nota, quod id nuncupatur a Monachis, ut conſilium perfectionis exequatur, datum a Chriſto *Matth*. 16. cum ait, eum, qui Chriſtum ſequi vult, abnegare ſeipſum debere: quod ſi fiat extra votum, conſilium eſt, non præceptum: quod nunquam ſanctius exequimur, quam in rebus omnibus ſubiiciendo propter Deum non unam modo voluntatem, ſed etiam judicium, voluntati, & judicio alterius. Quod in voto obedientiæ accidit, quo ita quis abnegat ſeipſum, ut nec velit, nec poſſit, obſtante voto, retrocedere ab alterius nutu. Ut præteream, vitam monaſticam, ut de aliis omnibus communitatibus accidit, ſine unius regimine, cui cæteri obediant, rectè regi, & dirigi non poſſe.

Etſi autem Abbas, aut Superior Monaſterii non habeat, cui obediat, durat tamen adhuc ipſa obligatio voti, tametſi ex eventu exercitio careat, cum votu exercendi occaſio deſit. Quare officio ceſſante, iterum redit voti exercitium, ſine nova nuncupatione, D. Th. 2. 2. *qu*. 87. *art*. 11.

Nec moveat nos, quod impurus Petrus Martyr obiicit ex D. Paulo 1. ad *Corinth*. 7. ubi ait, *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum*; quibus verbis videtur negare, licitum eſſe ſponte ſe ita alteri ſubiicere, ut omnibus in omnibus ab ejus nutu, tanquam ſervi pendeamus. Quippe Apoſtolus eam prohibet

Digitized by Google

hibet ſervitutem, qua homini propter hominem ſubiicitur, ut eſt in iis, qui olim patiebantur, ſe venundari ad pretium partecipandum: addicebant enim ſe laniſtæ, itaut ei urere, vincere, ferroque necare liceret. Secus eſt, ſi quis ſe homini ſubiiciat propter Deum, ut ipſe Apoſtolus exprimit ad *Coloſſ.*

Caſtitatis votum maximis calumniis per voluptarios homines (hæreticos intelligo) imperitum eſt, qui ex ſua incontinentia aliorum virtute metientes, perpetuam ſervare virginitatem pro re impoſſibili habent; unde concludunt votum caſtitatis non obligare: quin votum de re impoſſibili non valet. Unde eſt, inquit, quod in ſacris literis matrimonium imperatur iis, qui ab æſtu libidinis inquietari ſenſiunt, ut patet ex D. Paulo 1. ad *Corinthios*: *Melius eſt nubere, quam uri.* Et poſt pauca: *Propter fornicationem unuſquiſque ſuam uxorem habeat.* Idipſum conſtat, ex 1. ad *Timotheum.* 5.

Cæterum tamen, virginitatis ſtatum eſſe perfectum ex illo *Matt.* 19. ubi eſſe Chriſtus dicit Eunuchos, qui ſe caſtraverunt ob regnum cœlorum, additque: *Qui poteſt capere, capiat.* Et locutum fuiſſe Chriſtum de voto caſtitatis, palam eſt ex ipſa Eunuchi metaphora. Non enim Eunuchus eſt, qui ſe continet, ſed qui ſe continere non poteſt: quod ad votum pertinet, non ad ſolum propoſitum infrenandi libidinem. II. Quia Chriſtus dicit, *Se caſtraverunt*: Quo circa non loquitur de iis, qui cœlibes vivunt ſine voto; de iſtis enim dixiſſet, *Se caſtrant*, ſed de iis ſermonem habet, qui unica voluntatis actione amputarunt ſibi facultatem omnem contrahendi nuptias. Quæ explicatio deſumpta eſt ex D. Fulgentio *lib. de fide, ad Petrum, cap.* 3. *Quiſquis ſe ipſum caſtraverit*, ait, *propter regnum Cœlorum, & in corde ſuo*

Digitized by Google

con-

continentiam Deo voverit. Idipsum habet Epiphanius *hæresi* 58. *Valesiorum*, Augustinus *lib. de S. Virginitate cap.* 30. & Hieronymus in commentariis hujus loci.

Ineptias vero hæreticorum facile est ludere. Quomodo enim est impossibile libidinis æstum ferre, quãdo tot Virginibus Dei Ecclesia ornatur: & *quando*, ut ait Ambrosius, *Agrum hunc Ecclesiæ fertilem cerno integritatis flore vernantem*. Verba verò Apostoli non fuit præceptum, ut hæretici opinantur, sed consilium: iis datum, qui libere vivunt, non etiam illis, qui votum nuncuparunt; datum, inquam, ad evitandos carnis stimulos, qui alia etiam via retundi possunt, si non faciliori, certe meliori, ut oratione, frequentia sacramentorum, corporis macerationc, quibus Ecclesiæ Virgines, & usi sunt, & utuntur.

Cæterum maximè difficultatis est, an S. Pontifex in tribus votis potestatem dispensandi habeat, variæ enim sunt Jurisconsultorum, tum Theologorum quæstiones: sed certa ab incertis prius separanda sunt.

Constat enim inter omnes post D. Thomam 2. 2. *q.* 88. *art.* 11. posse S. Pontificem Sacerdoti dispensatione imparti, ut nuptias contrahat; cum enim Sacerdotibus Ecclesiæ Occidentalis olim Jus fasque fuisset uxorem habere, ut eam S. Hilarius habuit, & etiamnum id Sacerdotibus Orientalis Ecclesiæ licitum sit; utique negari non potest, virginitatis votum Sacris Ordinibus tacite ex solo Ecclesiæ præcepto adnexum intelligi, *cap. un. de voto, in* 6. Hinc fit, S. Pontificem, qui est auctor legis, eidem dispensare posse, prorsus ut Sacerdos uxorem simul, & Sacerdotium habeat.

Ambiguum tamen est, an idipsum cum Monachi S. Pontifex possit. Et quidem posse etiam in voto solemni castitatis, docuit Joann. Gerson Parisiensis Acade-

Digitized by Google

demiæ Cancellarius, ad Conſtanſ. Synodum legatus a Rege Franciæ miſſus, in *Regulis Moralib. tract. de matrimonio*, Durandus in *diſt.* 1. *q.* 2. Paludanus *ibidem q.* 4. Cajetanus 2. 2. *q.* 88. *art.* 11. Alios complures vide apud Thomam Sanchez 8. *de diſpenſationibus diſp.* 8. *num.* 7. Argumentum deſumitur ex comparatione Monachi cum Sacerdote; quippe olim Monaci tacite ſe ad cœlibatum adſtringi videbantur, teſte D. Baſilio *can.* 19 qui primus oportere cenſuit, ut ipſi interrogarentur, & expreſſa profeſſio acciperetur. Itaque caſtitatis votum ſive a Sacerdote, ſive a Monacho nuncupatum ex decreto Eccleſiæ eſt, ex Eccleſiæ decreto etiam eſt, ut ſit ſolemne, & conjugium perpetuo excludat, *d. cap. unic. de voto in* 6. Ex hac comparatione non immerito deduci poſſe videtur, ut Summus Pontifex Monaci votum non minus ſolvere poſſit, ac illud Sacerdotis. Nam quod unum tacite concipiatur, alterum expreſſe, nihil hic intereſt, cum & id de Jure Eccleſiaſtico ſit,

Nec moventur qui ita ſenſiunt ex regula Levitici *ult.* & refertur a Bonifacio in *can. nulli liceat* 12. *q.* 2. ut quod ſemel eſt Domino conſecratum, nequeat in alios commutari uſus; nam in conjugio nihil eſt, quod obſtet, quin homo Deo conſecratus dici poſſit, quando; & olim apud Hebræos Summus ipſe Sacerdos non erat nuptus, & hodie apud Græcos innupti Sacerdotes non ſunt; & tam Deo Sacri.

Imo & Monachi olim uxores ducebant, etiam poſt latum a Baſilio Magno canonem pro Eccleſia Cæſareæ in Cappadocia; obiit enim Baſilius anno Chriſti ineunte 379. & tamen Monachis nuptiæ interdictæ non ſunt, niſi in Calcedonenſi Concilio, quod anno 451. celebratum eſt. Id ita habet *can.* 16. *Virginem, quæ ſe Deo domino dedicavit, ſimiliter & Monachos,*

non

Digitized by Google

dum licere matrimonio conjungi.

Quin factum aliquando est, ut S. Pontifex, tanquam legis Divinæ Interpres, ex justa causa alicui permiserit, ut se religione abdicaret, & ita nuptias contraheret. Nam Ramiro Monacho, & Sacerdoti de stirpe Regum Tarraconensium, alio nullo legitimo Successore existente, permissus est, ut Regni habenas sumeret, uxoreque duceret, Ancheranus *cons.* 324. quam tamen historiam in vetustis Hispaniæ Chronicis non extare, ait Dom. Sotus 7. *de justitia & jure q.4.art.2.* sicuti nec apud veteres inveniri testatur Baronius ad annum Christi 1187. quod vulgo de Constantia filia Rogerii Regis Siciliæ fertur, quæ cum Monasteria ingressa, imo Abbatissa esset, permissu Cœlestini III. Henrico VI. Imperatori, & Regi Neapolitano nupsit. De his quivis ut sit, illud non negatur, ne gens Justinianorum extingueretur, ab Alexandro III. concessum esse Nicolao Monacho Jus contrahendi nuptias, ex quibus S. Laurentius Justinianus ortus est, Surio teste: a Benedicto IX. nuptias etiam permissas Casimiro filio Regis Poloniæ, & Monacho Cluniacensi, ut refert Martinus Cromerus *lib.4.de Rebus Poloniæ.*

Non leviter tamen obstat textus Innocentius III. in *cap. cum ad Monasterium, ad fin. de statu Monach.* ubi habetur: *Abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo adnexa est regulæ Monachali, ut contra eam nec S. Pontifex possit licentiam indulgere.* Hinc tamen verba tunc locum habere Cajetan. ait, quando Monachus manens in statu religionis, vellet matrimonium inire, & rerum proprietatem habere. Ita etiam Durandus in *4.dist.38.q.2.*

Quod ad cætera vota obedientiæ, & paupertatis, attinet, in iis passim a S. Pontifice dispensari creditum

Digitized by Google

tum est, cum Monachum in Episcopum assumit. D. tamen Th. in 4. *dist.* 38. *q.* 1. *art.* 4. *ad* 5. docet non dispensari voto paupertatis, quia ea, quæ possidere Episcopus videtur, non suo nomine, sed Ecclesiæ possidet. Ita nec voto obedientiæ, quia in Monacho Episcopo voti obligatio non cessat, sed exercitium, utpote cui Superior subtractus sit; nam & in ipsa religione, si Monachus in Abbatem eligatur, quia non amplius habet, cui obediat, caret exercitio voti ipsa voti obligatione adhuc manente.

Huic tamen explicationi obstat Concilium, quod apud Altsheim Oppidum Rhetiæ fuit habitum sub Conrado V. ubi de Monacho in Episcopum ordinato generatim dicitur: *Quem Canonica electio a jugo regulæ Monasticæ professionis absolvit*. Et refertur *in can. statutum* 18. *q.* 1.

FINIS LIBRI I.

Digitized by Google

DOMINICI AULISII

J. C. CLARISSIMI,

Ad ſecundum Inſtitutionum Canonicarum Librum,

COMMENTARIA.

De Rerum diviſione, atque illarum adminiſtratione.

TIT. I.



Actenus de perſonis Eccleſiaſticis, earumque dignitatibus, & muneribus eſt actum: jam proximum eſt, ut cum Langellottus ſtylum vertamus ad res Eccleſiaſticas, quæ eſt, altera pars totius Juris acturi tandem in duobus ultimis libris de Judiciis.

Rerum diviſio duplex eſt. Prior eſt ab hominibus; Deus enim creavit omnia omnibus communia, itaut quiſque inde capere poſſet, quod ſibi eſſet ſatis: quot patet ex Eccleſiaſtici *cap.* 13. ibi: *Qui vivit in æternum creavit omnia ſimul*; in textu græco eſt ἐπὶ κοινῆ, *in communi*. Quippe natura fruges, poma, & cætera omnia ſponte ſua, nullo colentium hominum labore producebat. Verum dein maledicta a Deo ter-

Digitized by Google

terra ob primi hominis peccatum, cœpit non amplius fruges, & poma, sed spinas, & tribulos proferre. Itaque factum est, ut homines sibi victum labore, & sudore quærerent, terram colendo: unde de Jure gentium rerum divisio orta est, nempe meum, & tuum. Nam quod unius labore provenit, injustum est, ut ab altero occupetur, *l. ex hoc ff. de justitia, can. Jus gentium dist. 1.*

Cæterum ex hac divisione rerum fluxere lites, bella, fraudes: quibus malis ut occurreret Plato in sua Republica, voluit omnia esse in communi, uxores etiam, ut hodie sordidi Anabaptistæ in Moravia uxorum communitatem habent. Coades Rex Persarum, quod legem tulerit, ut uxores communes essēt in Regno expulsus est, Theodor. Lector *lib 2.* Quod justis de causis reprehendit Aristoteles *2. polit. 2. & 3.* nam ut diximus, rerum divisio ex necessaria ratione inducta olim fuit, & hodie retinetur; quare Plotinus adnitente Galieno Imperatore, urbem, in qua Platonis leges observarentur, ponere frustra tentavit, ut Porphyrius in vita observat. Itaque necessaria est rerum divisio, & fuit hæresis Apostolorum non esse licitum possidere aliquid proprium, D. Augustinus, *hæresi 4.* Gordonus *Moralium, 2. q. 1. cap. 5.*

Posterior rerum divisio est Juridica. Et ea omissa, quæ est de Jure civili, explicabimus illam, quæ a Jure Canonico descendit. Res ergo Ecclesiasticæ aut Spirituales sunt, aut Temporales: quæ divisio desumitur a fine, cui res deserviunt. Spirituales sunt, quæ spiritui deserviunt, atque animæ causa sunt institutæ, ut Sacramenta Ecclesiæ, Altaria, & similia, Temporales sunt, quæ non tam spiritus, quam corporis gratia pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque Ministrorum usu sunt comparatæ, ut prædia rustica,

Digitized by Google

ſtica, ſive urbana, fructus decimales, & cætera id genus, quibus Miniſtri Eccleſiarum vitam tolerando, commodius Deo & Eccleſiæ vacare poſſunt, *cap. relatum, de præbendis*.

Rurſus res Spirituales etiam dividuntur ratione ſuæ naturæ, & eſſentiæ. Aliæ enim ſunt Incorporales, quæ tangi (hoc eſt ſenſu percipi) non poſſunt, ut virtutes, dona Dei, *can.* 1. 1. *q.* 1. & quæ in Jure conſiſtunt, ut Jus eligendi, Juspatronatus. Alii vero ſunt Corporales, quæ tangi, vel ſenſu percipi poſſunt. Harum quædam ſunt Sacramenta, quædam Sacræ, aut Sanctæ, quædam religioſæ, §. *rurſus*.

Hæc a Canoniſtis profunde, & ſubtiliter, ut fecerunt hi, qui hæreticis reſtiterunt, pertractanda non ſunt: ſed ſatis eſſe debet ipſis, quæ a Conciliis, SS. Pontificibus, & Sanctis Patribus tradita ſunt, tantanquam certa, & firma docere. Ita faciendum nos monet Celeſtinus I. in *epiſt. ad Galliarum Epiſcopos*, ubi de gratia Dei contra Pelagianos agit. Nam in fine ait: *Profundiores vero, difficiliores que partes incurrentium quæſtionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere*. Et paulo poſt: *Satis ſufficere credimus, quid quid ſecũdum prædictas regulas Apoſtolicæ Sedis nos ſcripta docuerunt*. Extat in *Collectione Decretorum Pontificum Romanorum* facta a Dioniſio Exiguo.

Quoniam vero de ſpiritualibus multa in antecedenti libro diximus, & ſic ſparſim infra tangentur: ideo hic de corporalibus tantum agendum erit. Sit ergo.

DE

Digitized by Google

DE SACRAMENTIS.

TIT. II.

De definitione Sacramenti in genere.

NOmen Sacramenti multiplex eſt; nam quandoque idem eſt, quod jusjurandum, ſeu affirmatio religioſa facta maxime per Deum, qui res ſacra eſt, *aut. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus uenditionem*. Sed hic accipitur pro eo, quod Græci Signum vocant, & a D. Auguſtino in genere tam pro Sacramentis antiquæ, quam novæ legis definiunt. Eſt Signum rei Sacræ, quod ſequitur Sotus 4. *de juſt. qu.* 1. *art.* 2. & Theologi communiter 3. *part. q.* 60. Explicatur definitio.

Dicitur Signum non quidem naturale, ſed ad placidum Dei in lege veteri, Chriſti in lege nova; nam Sacramentum, e g. Baptiſmi, præter ablutionem corporis, quam ingerit ſenſibus, aliud quid denotat, animæ ſcilicet ablutionem ab originali peccato per gratiam. Quare rectè dicitur ſignum, quod ab eodem Auguſtin. 2. *de Doctrina Criſtiana* definitur ut ſit, quod præter ſui cognitionem, quam ingerit ſenſibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire.

Dicitur rei Sacræ, accipiendo hic rem ſacram non in genere, ſed in ſpecie pro gratia animam ſanctificatem, que per excellentiã vocatur res ſacra. Proterea ad tollendam hanc ambiguitatem, ita clarius definitio a D. Th. *d. par.* 3. *qu.* 60. concipitur; Sacramentum eſt ſignum gratiæ ſanctificatis animam, ſenſibile, ad placidum Dei.

In veteri lege duo erant Sacramenta, unum pro

peccа-

Digitized by Google

peccato originali, nimirum Circumciſio: alterum pro peccato actuali, ſacrificia de quibus late *Leviticivi* 4.5.& 6.

Hinc patet Sacramenta in ſuo genre potius habere rationem ſigni, quam cauſæ, ut D. Th. *loc. cit.* docet contra Magiſtrum ſententiarum in *lib.* 4. *q.*4. nam Sacrameuta veteris legis Hebreorum, veluti Circumciſio, ſignificabant tantum gratiam ſantificantem, non enim producebant ut ex D. Paulo infra dicemus, at verò Sacramenta novæ legis Chriſtianorum ſignant ſimul, & producunt. Sit ergo.

De definitione Sacramenti in nova lege.

SAcramentum novæ legis definitur. Eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma, ita ut ejus ſimilitudinem gerens, etiam cauſa exiſtat. Quæ definitio deſumta eſt ex Magiſtro ſententiarum *loc. cit.* quam communiter Theologi amplectuntur: explicatur.

Dicitur Viſibilis forma, hoc eſt ſenſibile ſignum; nam hìc viſibile uſurpatur generice pro ſenſibile, quippe Sacramẽtorum formæ ſeu verba, quæ in ipſis præferuntur, non ſubjacent ſenſui viſus, ſed auditus, ut ſuis locis patebit. Id autem etiam eſt cum Sacramentis antiquæ legis, quæ & ipſa ſenſibili ſigno conſtant, uti patet in circunciſione. Hoc ſumma ratione factum eſt, ut medicina apta eſſet morbo, & ægroto: ægrotus homo eſt, morbus autem originalis culpa, quæ occaſionem habuit ex ſenſibus, quod pomum arboris ſcientiæ boni, & mali eſſet pulchrum viſu, & ſuave eſu, quamvis alias culpas primario oriatur ex conſenſu rationis in malum. Propterea ergo opus fuit, ut medicina, hoc eſt ſacramenta, non tan-

Digitized by Google

tantum ſpirituali, ſed etiam ſenſibili ſigno conſtaret: ut ſicut ſenſibilia extiterunt animæ occaſio labendi, ita eidem eſſent occaſio reſurgendi, D. Bonaventura in *compendio Theologicæ veritatis*, *lib.6.c.1.*

Dicitur Inviſibilis gratiæ; nam gratia ſantificans, quæ Sacramentis confertur, ſenſibus non ſubjacet, ut quæ definitur: Eſt dilectio ſpiritualis Dei erga hominem, ex qua homo ſit dignus Deo ut communiter Th.2.2.*diſt.*26.*q.* 1. Et hæc duplex eſt, vel gratum faciens de non grato, ut baptiſmalis: vel magis gratum faciens ex jam grato, ut gratia Confirmationis, ſeu Chriſmatis.

Dicitur itaut ejus ſimilitudinem gerens, quia ſacramenta a Chriſto inſtituta hoc habent, quod ſignum eſt ſimile rei ſignificatæ: quod ſpecialiter patet in Baptiſmo, nam ſicuti ex aqua omnia generantur, ita ex aqua homo regeneratur ad vitam ſpiritualem: & quemadmodum aqua abluit corpus, ita aqua abluit animam. Idem eſt in pœnitentia, quæ inſtituta eſt per modum judicii, & in aliis Sacramentis, de quibus in idoneis locis patebit.

Dicitur etiam cauſa exiſtat. Ex hoc præcipue Sacramenta novæ legis diſtinguuntur, & diſtant ab illis antiquæ legis. Scilicet in lege antiqua, e.g. circumciſio erat ſignum tantum gratiæ, non etiam cauſa; nam gratia conferebatur quidem, ſed non vi circumciſionis, at ſolum virtute meritorum Chriſti venturi, quæ merita licet nondum extarent, tamen producebant gratiam non phyſice, ſed moraliter, in genere cauſæ finalis, quia excitabant Deum ad gratiæ collationem. Unde D. Paulus 3. ad *Romanos* ait: *Quæ utilitas circumciſionis?* Et ad *Galat.* 4. & 1. ad *Corinth.*7. compluries Sacramenta antiqua vocat vacua, & egena elementa, & ad *Hebr.* 10. dicitur: Impoſ-

Digitized by Google

possibile est sanguine hircorum, aut taurorum auferri peccata.

De divisionibus Sacramentorum.

PRimo quædam sunt necessaria, quædam voluntaria: Necessaria generatim sunt, quæ sunt comparata, vel ad obtinendam, vel certe ad conservandam vitam spiritualem. Ad consequendam, ut Baptismus, & Pœnitentia: ad conservandam, Chrisma, & Eucharistia. Hic Lancellottus accenset Extremam unctionem, quæ & ipsa submovet obstacula, ad perfecte obtinendam vitam spiritualem. Voluntaria sunt, quæ directe nec dant, nec conservant spiritualem vitam, nisi ex eventu, seu per antecedens, ut Sacer Ordo, & Matrimonium. Concilium Flor. in *decreto unionis vers.* 5. Trident. *sess.* 7. & alibi.

Rursus necessariorum quædam sunt necessaria ad ingressum Ecclesiæ, ut Baptismus; qui est janua Fidei, & Sacramentorum. Quædam ad progressum in Ecclesia, ut Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, quædam ad egressum, ut Extrema, Unctio; Ordo, & Matrimonium, licet voluntaria tamen non absurde dici possunt necessaria quoadmmodo ad progressum Ecclesia.

II. Quædam Sacramenta imprimunt characterem in anima, ut Baptismus, Confirmatio, Sacer Ordo. De Baptismo habet Leo I. in *can. hanc regulam* 1. *q.* 1. De Ordine Gregor. I. *can.* 1. *dist.* 68. Quæ iterari non possunt, sine sacrilegio, & quandoque etiam irregularitate, itaut si mortuus reviviscat, nullum ex tribus his Sacramentis iterum accipere potest, *can. licite* 22. *q.* 7. *can. quod quidem* 1. *q.* 1. D. Th. in 4. *dist.* 2. *q.* 1. Quædam verò characterem non imprimunt, sed solam gratiam sanctificantem impartiuntur,

Digitized by Google

tur, ut cætera, præter jam dicta; quæ iterari possunt, nam si mortuus resurrexerit, aliam si velit, potest ducere uxorem, Riccius hic in §. *rursus Sacramẽtorum.*

III. Quædam Sacramenta conferunt primam gratiam homini jam in vita spirituali mortuo, vel ob peccatum originale, uti Baptisma, vel ob actuale peccatum, uti Pœnitentia: eoque Sacramenta mortuorum appellantur. Cætera conferunt gratiam secundam, & dicuntur Sacramenta vivorum, ut Ordo, Matrimonium, & alia: quod infra clarius patebit.

De partibus Sacramentorum.

SAcramentum quodcumque ex duobus constat, elemento, & verbo, *can. detrahe.* 1. *q.* 1. Quare dicit D. Augustinus *homil.* 80. *in Joan.* Accedat verbum ad elementum, & fiet Sacramentum, quamvis repugnet Durandus in 4. *dist.* 1 *q.* 3. Pro elemento hic large intelligitur quidquid est materia Sacramenti, & se habet, ut quid determinabile, ut aqua in Baptismo: panis, & vinum in Eucharistia, oleum in Chrismate, consensus in Matrimonio, atque item porro de aliis. Verbum verò se habet, ut forma, & quid determinans materiam, seu elementum. Exemplo res tota clara fiet. Ablutio aquæ est materia Baptismi, quia quid determinabile est: potest enim quis ablui, ut se abstergat, refrigeret, humectet; cum vero profertur verbum; seu forma, *Ego te baptizo*, &c. ablutio illa determinatur ad tollendum originale peccatum ab anima, *d. can. detrahe*, & *can.* 1. *de consecr. dist.* 4.

Sacramenta verò veteris legis, ut obscura, & imperfecta, in solis rebus, sine verbis consistebant; quia lex vetus fuit umbra legis novæ, D. Paulus ad *Hebr.* 10. In uno tantum sacrificio Zelotypiæ verba adhibean-

Digitized by Google

beantur, ut *num.*5. ſcilicet, quia non tantum fiebat ad figuranda futura, ſed ad exibendum quædam in præſenti, ut femoris putredinem, & uteri disruptionem, Durandus *loc.cit.*

Cæterum ad validitatem Sacramenti ſatis eſt, ſi quælibet pars materiæ phyſice concurrat cum quavis parte formæ, veluti ſi quis in Baptiſmo incipiat abluere, cum profert verbum, *Spiritus Sancti.* Quod ſi nulla ex parte concurrant phyſice, Sacramentum non fit, Scotus in 4.*diſt.*6.*de Baptiſmo*,*qu.*3. Cajet.*to.* 1.*opuſculor.tract.*26. & nonnulli ex Canoniſtis cum Gloſſ.in *can. detrahe* 1.*q* 1. Ratio eſt, quia forma debet verificari, ut Sacramentum fiat: ſed forma quælibet eſt temporis præſentis, veluti cum dico, *Ego te baptizo:* ergo etiam materia debet eſſe præſens.

Hæc opinio tuta eſt; nihilominus non deſunt, qui putent Sacramentum fieri, etiamſi materia, & forma ſint moraliter præſentes; quia licet Sacramenta conſtant rebus phyſicis, tamen unum morale conſtituunt; quare moralis concurſus eſt ſatis, veluti ſi finita forma Baptiſmi, ſtatim, vel non ita poſt fieret ablutio, & e contrario. Ita Sotus in 4. *diſt.* 3. *qu.*3. *art.*1. Suarez 3.*par.qu.*60.*diſp.*2. *art.*8. *ſect.*2. aliique communiter.

De Miniſtro Sacramentorum.

JUre ordinario Miniſtri Sacramentorum ſunt homines viatores, ut ex *Matth. ult.* & *Joann.*20. ſtatuit Concilium Florentinum in Decretis Eugenii; ſed Jure extraordinario poſſunt etiam eſſe Angeli, ut de facto legimus ipſis aliquando Sac. Euchariſtiam miniſtraſſe, quod Suarez notat.

Verum ad confectionem Sacramenti non modo

Digitized by Google

est necessarius Minister, sed etiam exigitur Ministri intentio, seu voluntas faciendi, quod Christus, & Ecclesia velit, ut de fide statutum est in Trid. *sess. 7. can.* 11. & in specie de Ministro Baptismi Alexand. VIII. *prop.* 28. Nam Christus Ministros elegit humano modo operantes, ut patet ex *Matth. ult.* ibi: *Baptizantes eos*, & alibi: *Hæc quotiescunque faceritis, in mei memoriam facietis.* Sed non dicitur humano modo operari, nisi qui habet voluntatem, & intentionem operandi: ergo ad Sacramentum valide conficiendum, intentione opus est.

Obiicies ex *can. Spiritus Sanctus* 1. *qu.* 1. ubi Athanasius Alexandriæ Episcopus, dum adhuc puer esset, in litore maris, per lusum Episcopus ab aliis pueris creatus, illos baptizavit, & baptismus validus fuit declaratus ab Alexandro, tum Alexandriæ Episcopo. Ruffinus 1. *hist.* 14. Sozomenus 2. *hist.* 16. Agebat tunc Athanasius annum ætatis duodecimum, Baronius ad annum Christi 311. Et D. August. in *can. dedit, ead. q.* 1. ait, *Quos baptizavit ebrius, Christus baptizavit.* Sed in ebrio nulla adfuit, vel adesse potest voluntas: ergo sola signorum applicatio est satis. Ita Paludanus, Aurelius, & alii apud Silvestrum in *summa* 5. *baptismus* 3. *num.* 12.

Sed respondetur, & primo ad exemplum Athanasii, pueros baptizasse quidem in joco, sed non ex joco, hoc est habebant veram voluntatem faciendi id, quod facit Ecclesia, eoque Alexander baptismum validum esse affirmavit: ille verò dicitur nullam habere voluntatem, qui facit non solum in joco, sed ex joco. Idem dici debet de Genesio Martyre, qui cum coram Diocletiano Comœdiam de baptismo Christianorum ageret, vere baptizatus extitit, Baronius ad annum Christi 303. 11. Ad verba D. Augustini respondetur

ea

Digitized by Google

ea desumpta esse ex *tractatu 5. in Joannem*, ubi non ebrius legitur, sed ebriosus. Ebriosus est, qui solet inebriari. Ita Cic. 4. *Tuscul. qq.* notat nos dicere gravedinosos quosdam terminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint, hoc est ad gravedinem, vel termina procliviores sunt: ebrius verò est, qui in præsens ebrietate tenetur; quare hic nequiret valide ministrare, non etiam ille, qui actu ebrius non est.

Itaque si Minister intentionem non habet, Sacramentum non valet. Sed quæri solet, an gratia conferatur ex bona fide recipientis? Et multi ex antiquis docuerunt, gratiam conferri, quia Deus supplet defectum Sacramenti, vel intentionis Ministri. Quod tamen hodie ab omnibus reiicitur, quia Christus non constituit alios modos justificationis, quam per Sacramenta; quare cum hoc casu Sacramentum non valeat, nulla justificatio fiet, ut latius infra de Sacramento Baptismatis dicendum erit.

Porro si Minister sit in peccato mortali, vel alio vinculo, veluti excommunicationis ligatus, quamvis illicite, tamen valide conficit Sacramentum, Trident. *sess. 6. can. 14.* Quod probatur, quia Minister hic non repræsentat seipsum, sed Christum, unde Christus dicendus est, qui baptizat, & qui absolvit, *can. petis, dist. 2. de consecr. can. dedit, cum seqq. 1. q. 1. can. Baptismus, dist. 4. eod. can. verbum, dist. 1. de pœnit.* Ergo nil refert ad validitatem Sacramenti, si Minister est malus, cum id faciat ex Christi auctoritate, & persona, qui omninò bonus est. Idipsum etiam in cæteris similibus observamus, nempe ut in mandato attendatur persona mandantis, & non mandatarii. DD. in *l. 1. & 2. §. qui mandatum, ff. de offic. ejus.*

Neque obstat textus Ecclesiastici, *cap. 34.* ubi dicitur: *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum,*

Digitized by Google

quid perficit lavatio illius? Nam respondetur ex mente D. Gregorii non haberi sermonem de Ministro: quippe illud, *a mortuo*, in *can. baptizatus, dist. 3. de pœnitetia*, nō sonat, nisi post *tactum cadaver*. Nam *a* valet etiam *post*, ut *a cœna*, est *post cœnam*; *a tuba*, est *post auditam tubam*. Hæbrei ergo, qui tangebant mortuum, fiebant immundi, seque purificabant baptismo legali, hoc est immergendo se in aquam, & lavando vestimenta, *Levit.* 11. quod lavacrum videtur inutile, si deinde iterum quis attingerit cadaver. Sensus itaque mysticus est, qui post dimissum peccatum iterum peccat, nihil videtur egisse, quia anima per novum peccatum denuo sordescit: quod multi dicunt, redire ad vomitum.

Neque rursus obstat Africanorum, & Orientalium ratio, excommunicatos, & hæreticos intelligi esse extra Ecclesiam, seu segregatos a corpore mystico Christi. Nam respondetur id quidem verum esse inquantum ad gratiam, quam consequi non possunt: non etiam in quantum ad substantiam characteris baptismi, ex quo semper de gremio Ecclesiæ sunt. Illud verum est, in Sacramento pœnitentiæ per accidens evenire, ut ab excommunicato, & hæretico invalide administretur, quia in ipso præter electionem Ministri exigitur Jurisdictio, qua carent excommunicati, & suspensi, nisi in extrema necessitate; ubi Ecclesia in quantum ad effectum absolvendi, suspendit excommunicationem, & pœnam hæresis, ut infra latius in *tit. de pœnitentia.*

Hinc patet, quid respondendum sit Socrat. 2. *H. Eccl*, 40. Putat ipse ordinationem ab hæreticis collatam non esse validam. Et ita argumentatur, Nam si illi non habuerunt Spiritum Sanctum, qui per ordinationem infunditur, isti Sacerdotium non acceperunt.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo enim, inquit, accipere potuerunt ab iis qui non habebant, quod darent? Respondetur hæreticos ordinando tribuere Spiritum Sanctum, quia id ministerium non obeunt ex persona sua, sed ex persona Christi.

An baptismus ab hæreticis collatus validus esset, & an qui eum accepissent, essent rebaptizandi, celebris sub Stephano I.S.P. controversia fuit. Nam Ecclesiæ Africanæ Patres in Concilio Africæ habito rebaptizandos esse statuerunt. Eadem sententia fuit Orientalibus Episcopis probata in duabus Synodis, Iconiensi, & Synadensi. Patet id ex epistolis Cypriani, & Firmiliani Cæsareæ in Cappadocia Episcopi. Ratio illorum Patrum hæc fuit. Quia unum est baptisma, quod nonnisi in una Ecclesia conferri possit; ideoque extra Ecclesiam apud hæreticos neque baptisma, neque ullum aliud Sacramentum dari possit.

Restitit his omnibus S. Stephanus I.S.P. ob regulas ab Apostolis, vel Apostolicis Viris traditas, statuitque contrarium decretum: *Si quis a quacumque hæresi venerit ad nos nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam* intelligit manus impositionem reconciliativam. Habetur hoc in ejusdem Cypriani *epist.* 74.

De baptismo, & ejus Effectu.

TIT. III.

PRimus homo non sibi modo, sed nobis etiam peccavit. Palam id est ex eo, quod execrationes a Deo ob ejus viri peccatum factæ non evanuerunt Adami obitu, sed adhuc in nostram perniciem ma-

Digitized by Google

nent; nam mortale corpus quisque nostrum nactus est; & privatim viris opus est, ut excolendo ad fruges, alioſque fructus, quibus vesci possint, terram provocent; quæ si inculta maneat, nonnisi ad spinas, & tribulos ferendos apta est: privatim etiam fœminas ea adhuc pœna tenet, ut inter dolores partus enitantur. Ut ergo malorum effectum nos omnes participes sumus, ita peccati labes, quæ his causam dedit, in nos per semen transfunditur, quæ facit ut cœli portæ, per quas nihil inquinati ingreditur, nobis occlusæ sint.

Deus tamen nostrum misertus, dui ex omni tempore hominibus adversus eam labem remedia ostendit. Primum Hebræis, & fuit Circumcisio: alterum Gentibus omnibus,& est Baptismus, de quo in præsens dicendum est.

Præceptum Circumcisionis primum a Deo Abraham datum est,ejusque familiæ, deinde toti populo Hebræo, quo tenebantur soli masculi,quia originale peccatum per masculos traducitur ab Adam, & in ejus peccati remedium circumcisio instituta est; fœmina verò sola fide salvabantur, Magister in 4. *dist.* 1. *qu.6.*

Circa ritum Circumcisionis quædam fuerunt de necessitate Sacramenti, ut destinctio membri, circularis decisio, quia hæc significant interiorem Sacramenti effectum, hoc est decisionem peccati originalis traducti per generationem, quo quasi in orbem persona Adami infecit naturam humanam,& rursus natura humana personas posterorum. Quædam de necessitate præcepti, ut fieret die octava: quæ definitio diei aliquando omissa est, ut in Abrahamo, & in Proselytis omnibus: imo etiam quandoque in parvulis,ut de iis,qui non circumciderunt filios in deserto,

cum

Digitized by Google

cum nescirent, quo die castra essent movenda, Josue 5. Hodie Lusitani non baptizant, nisi die octava, Christiani de octo dies. Et ea die nomen imponebatur, ut apparet de Joanne, & Christo *Lucæ* 1. & 2.

Apud Romanos nono die maribus imponebantur nomina, octavo fœminis. Festus, & Plutarchus. Prænomina alio die manibus sumpta toga virili, id est anno 17. sumpto tyrocinio: fœminis, contractis nuptiis, quod ex Scævola scribit Julius Paris, sive Valerius *lib.* 10. Cujacius in *l. si ita* 51. *ff. de legat.* 2.

Quedam demum fuerunt de solemnitate Sacramenti, ut cultellus lapideus, ut *Josue* 5. & *Ex.* 4. De quo tamen nihil traditum est in ipsa institutione Circumcisionis, *Gen.* 17. Unde nec Judæi modo cultro lapideo circumcidunt.

Baptismus igitur est a naufragio Adami tabula, qua ad salutis spiritualis portum pervenimus: est janua etiam Sacramentorum, & Fidei. Nomen habet a Greco βαπτίζω, quod est immergo; nam olim a Christianis trina fiebat in aquam immersione, ut patet ex Tertulliano *de corona militis cap.* 3. nisi forte quis in lectulo æger decumbens baptizaretur, nam cum mergi a Sacerdote non posset, aqua dumtaxat profundebatur; Eusebius *hist. Ecclesiast. lib.* 7. *cap.* 43. Joan. Chrysost. *homilia* 60. Cyprianus *epist.* 76. Verum quoniam inde multa incommoda eveniebant, ut patet ex Constantino Imperatore, qui cum a S. Germano Patriarcha baptizaretur infans, Anno 719. stercore aquam fœdavit, ex quo Copronymus dictus est, ut Theophones, Cedremus, Zonaras, & alii notant, & Vincislaus filius Caroli IV. Imperatoris, cum Norimbergæ baptizaretur anno 1361. lotio Sacrum fontem conspurcavit, Dubravius *lib.* 23. *rerum Boemicarum*; ideo factum est, ut baptismus aquæ pro-

Digitized by Google

fusione impertiretur, eo magis, quod Græce etiam *intingere* significat. Quare Cyprianus in *epistola ad Cæcilium*, verba Christi *Matthæi ult. Baptizantes eos, in nomine Patris, &c.* vertit, *Tingentes eos, &c.* Tertullianus etiam nos intictos vocat. Quia Donatistæ baptismum iterabant, fuit a Gregorio Magno Catholicis interdictum ne trina fieret immersio, ut omnis species multiplicis baptismi tolleretur, ut etiam in Concilio Toletano apud Gratianum legitur statutum. Vide Hosium de expresso Dei verbo. Dicitur etiam Baptisma.

Fuit autem institutum Baptisma, cum Christus a Joanne fuit in Jordane baptizatus, ut est communis opinio Theologorum post Magistrum, &D.Th. 3. *par. qq. 66. art. 2.* & Canonistarum *in can. 39. dist. 4. de consecratione.* Nam adfuit materia, nimirum aqua, & ablutio, adfuit forma, in figura scilicet, quia audita est vox Patris, qui Christum Filium suum unigenitum declaravit, descendente interim Spiritu Sancto in specie Columbæ. Quod attinet ad baptismum Joannis, is non conferebat gratiam, quia erat in aqua, non in Spiritu Sancto, ut *Matth. 3. & Act. 1.* fuit tantummodo institutus ad præfigurandum baptismum Christi, & ad disponendam materiam pro baptismo Christi. Unde ipse Joan. dixit, *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini*, Durandus in 4. *dist. 2. cap. 4.* Post baptismum ex traditione antiqua lac, & mel prægustandum tradebatur ad infantiæ significationem, Hieronymus adversus Luciferianos; Tertullianus *de corona militis*, *cap. 3.* Hebræi lacte infantem nutriebant usque ad triennium: melle, & butyro ad septennium usque, Nicolaus de Lyra *Reg. 1.*

Quæres cur Christus voluit baptizari, qui fuit sine macula originalis peccati; quia, ut inquit D.Th. 1. 2. *qu.*

Digitized by Google

2.*qu.*83. *art.*1. in ſemine corporali eſt peccatum originale, ſicut in cauſa inſtrumentali, & per virtutem activam ſeminis traducitur peccatum originale in prolem ſimul cum natura humana. Ex Ariſtotele autem 2.*de generat.animalium primum* principium activum in genere eſt a Patre: quare cum in Chriſti generatione non fuerit viri congreſſus, nullum ipſe contraxit originale peccatum. Itaque D.Th. *loc. cit. qu.*81.*art.*1.ait: *Peccatum originale non contrahitur a matre, ſed a Patre.*

Reſpondet D. Proclus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Oratione in S.Theophania, Chriſtum baptizatum fuiſſe, non ut expiationis indigentem, ſed ut duplici modo utilitati noſtræ conſuleret. Primo, ut aquæ gratiam ſanctificandi vim habentem impertiret: de hac re vide Cajet.in 4.*diſt.*1.*q.*4. Deinde ut cunctos homines ad ſuſpiciendum baptiſma alliceret. Quamvis autem Chriſtus ſuſceperit baptiſmum Joannis, tamen ſuum baptiſma ſuſcepiſſe dicitur a D.Joanne Damaſceno *lib.*4. *de fide cap. de baptiſmate*, ideo ſcilicet, quia eodem tempore ſuum baptiſma inſtituit, Arcudius *lib.*1.*cap.*5.

De Subſtantia Baptiſmi, & Solemnitate.

BAptiſmus eſt ablutio corporis exterior, quæ adhibita certa verborum forma interiorem animæ ablutionem deſignat, & operatur. Ita Lancellottus hic poſt Magiſtrum in 4. *diſt.*3. *cap.* 1. etſi Scotus, & alii aliter definiant. Duo ergo ad baptiſmum ſunt neceſſaria, materia, ſeu ablutio corporis exterior, & certa verborum forma, ſeu verba concepta, quæ ſunt, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* Per quæ anima abluitur inte-

Digitized by Google

terius a macula peccati originalis, *can. per aquam, d. dist. 4. de consecr.*

At verò cætera, quæ in baptismo solemni fiunt, sunt ad ornatum, non etiam ad substantiam, licet hæc omittere culpæ reum Sacerdotem faciat, ut hic in §. *postremo sciendum.* Ista sunt: Exorcismus, ut a baptizando diaboli potestas repellatur, quam ille per peccatum in hominem acquisivit, *can. ante, can. sicut, dist. 4. de consecr.* Catechismus, ex quo instruitur quis in articulis fidei, & respondet fidem profitendo; itaut adultus per se respondeat, infans vero per alium veluti per obstetricem. Sal benedictus in ore, quia baptismus rationalem animæ partem sapere facit. *can. Sal cœlestis, d. dist 4.* Cereus, quia concupiscibilis ad bonum inflammatur. Unctio, scilicet bis ante baptismum, oleo benedicto, primum in pectore, ut corde Deum diliget, deinde inter scapulas, ut jugum Christi promptius subeat. Bis post baptismum, & ungitur Chrismate Sancto, quod soli competit Christiano, primum in vertice, ut mentem ad Deum elevet, demum in fronte, ut fidem publice profiteatur, *cap. 1. §. quia vero de Sacra Unctione, can. deinde, ead. distinct.* Exsufflationes Clericorum, quibus significatur potestatem diaboli esse imminutam: & contactus salivæ in aure, & ore pueri, ut os ad laudandum, & aures ad audiendum aperiat, *can. sive, can. postea, dist. cit.* Numerus trinæ ablutionis ad denotandam Sanctissimam Triadem, & insuper Christi mortem resurrectionem, & glorificationem; nam per baptismum Christo consepulti sumus, *can. de trina, can. multi, cum seqq. ead. dist.* Demum solent etiam intersesse patrini, qui respondent apud antiquos Latinos Patribus lustricis.

Solemne baptisma olim nonnisi die Paschatis & Pen-

Digitized by Google

Pentecostes conferebatur ante auroram *Cæterum* (ut ait Tertullianus *de baptismo cap.*19.) *omnes diei Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de solemnitate interest, de gratia nihil refert.*

Erat etiam ablutio apud Hebræos, qua delicta tantum actualia dimittebantur. Hæ *Num.* 8. & 7. aqua peccati, quæ jubet Deus purificari Levitas: Ita in Hæbreo: at in textu vulgato dicitur: *Aspergatur aqua lustrationis*, D. Cyprianus in *can. nec quanquam, dist.* 4. *de consecr.*

De divisione Baptismi.

BAptismum in quantum ad substantiam nullam admittit divisionem, quia unus Dominus, una Fides, unum Baptisma, ut ad *Ephesios* 4. tamen inquantum peccatum originale tollit, & analogice distinguitur, sit unum sit Baptisma Aquæ, seu Fluminis, alterum Sanguinis, seu Martyrii, tertium Flaminis, & Spiritus Sancti, *can. detrahe eod. cap. Apostolicum, de Præsbyteris non baptizatis*, & *can. Martyrii*, & *can. baptismi vicem, dist.* 4. *de consecr.*

Baptismus itaq; Sanguinis est Martyrium; nam qui pro Christi fide mortem obit, omnino salvus est, eique remittitur omne quodcumque peccatum, ob præcipuum actum amoris, juxta illud: *Nemo majorem charitatem habet, quam ut quis ponat animam suam pro amicis suis.* Quam etiam baptismus iste potest infantes ipsos salvos facere in Christi odium occisos, ut est de Innocentibus, quos flores Martyrum Ecclesia vocat, & notant Canonistæ in *cap. cum Marthæ, de celebr. Missarum*, per illum textum. Martyres etiam, sed improprie, dicuntur Milites, qui in bello adversus infideles occumbunt, ut Urbanus II. in Concilio

Digitized by Google

cilio Claramontano *de Cruciferis* ait: *Habituri post abitum felicis Martyrii commercium*; tamen ad verum Martyrium opus est, ut quis non moriatur quasi ex consequenti, ut militibus accidit: præterea Martyr verus non resistit iis, qui necem inferunt. Ita etiam latro bonus a Sanctis Patribus Martyr improprie dicitur, ut a D. Cypriano in *serm. de Passione Domini*, & *epist.* 73. D. Hieronymo *epist.* 13. *ad Paulinum*, D. Augustino *serm.* 12. *de tempore*: quo dictum est non tam attenta mortis causa, cum non sit crucifixus ob Christi confessionem, sed ob latrocinia, quam ob bonam voluntatem, qua eam pœnam tanquã pro Christo tulit, atque id velle videtur Gaufridus Vindocinensis *serm.* 10. ubi ait: *Latro confessor ex latrone efficitur, & Martyr ex confessione*.

Baptismus flaminis est, cum quis obit cum desiderio recipiendi Christi fidem, & salvabitur, si originale tantum peccatum habeat, non etiam si actuale mortale, quo casu exigeretur actus perfectæ contritionis, ut DD. in *d. cap. Marthæ*. Vide August. 13. *de Civit. Dei* 7. D. Th. 2. 2. *qu.* 124. Suarez *disp.* 29. nam de his amplius hic agendum non est, cum solum sermo sit de Baptismo aquę, seu fluminis. Sit ergo.

De materia Baptismi.

HÆc duplex est, remota, seu aqua; & proxima, seu ablutio, quæ Sacramentum istud actu constituit. De utraque dicemus.

Aqua igitur naturalis, & quæ communi usu loquendi sub hoc nomen venit est materia baptismi, ita necessaria, ut sine ipsa nullo possit modo celebrari, ut patet ex Præcepto Christi negative concepto Joann. 3. *Nisi qui renatus fuerit, &c. cap. majores, eod. can.* 1. *de*

Digitized by Google

1. *& seqq. dist. 4. de consecr.* Itaque cæteri liquores omnes, qui aquæ nomine non veniunt, ad baptismum inepti reputantur, uti sudor, lacrimæ, succi ex arboribus stillantes, & id genus alii. Ideo autem aqua fuit electa, ut ubique ad tam necessarium Sacramentum præsto esset, quod ait D. Th. *loc. cit art. 3. & seq.*

Sed 1. ambigitur de glacie, nive, grandine. Nos dicimus ea ad baptismum recipi neutiquam posse; nam etsi ex aqua compingantur, tamen in communi usu loquendi aquæ nomine non comprehenduntur: adde ab his ablutionem fieri non posse. At vero si tabescant, & liquentur in aquam recte ab baptismum usurparentur,

Ambigitur etiam de aqua stillatitia, quæ scilicet a floribus rosarum, aliisve, igne subjecto in alembicis distillatur. Communis opinio negat post D. Th. & alios apud Dian. *par. 5. tract. 3. resol. 2.* quia pro aqua naturali haberi non potest, cum mistorum, è quibus elicita est, qualitates obtineat, odorem, saporem, & eosdem sæpe operetur effectus: nam aqua rosacea ventrem solvit, & perpurgat, ut rosa ipsa, licet non ita vehementer. Hæc opinio tutior est; tamen Camerota, aliique apud citatum Dianam, docent in extrema saltem necessitate posse his aquis baptismum confici, ita tamen, ut infans deinde, si per tempus liceret, rebaptizetur sub conditione.

Sequitur nunc ablutio, quæ ita fieri debet, ut partem corporis animatam contingat; sed Ecclesiæ ritus est, ut in capite, tanquam in arce animæ, fiat. Itaque si aqua capillos tantum pertingat, non penetrando ad corpus usque, non intelligeretur quis baptizatus; quamvis contrarium quidam probabile putent, ut tamen deinceps sub conditione sit baptizandus. Ita post alios Sotus in *4. dist. 7. qu. un. art. 7.* Vasquez *to. 2*

Digitized by Google

in

in 3. *par. disp.*145. Hinc est non potest baptizari fœtum in matris utero, aqua super utero effuso, quia infans cum sit distinctus a matre proprio corpore & anima constans, non abluitur ablutionem matris, *can. qui in maternis, dist.*4. *de consecr.* esset tamen capax baptismo sanguinis, ut si simul cum matre in Christi odium necaretur, ut post D. Thom. communiter recentium late docet, Vasquez *d. tom.* 2. *disp.*145. *cap.*7. *nu.* 68. Verum si puer manum foras porrexerit, valide in ea baptizabitur; ita tamen, ut tutius sit, eum deinde sub conditione rebaptizare, ut D. Th, *loc. cit. art.*11. *ad* 3.

Opus etiam est ut ablutio per alium fiat. Nam baptismus haberetur ut regeneratio ex verbis Christi, *Nisi qui renatus fuerit*; quocirca duo interveniant oportet, alter ut generans, & est, qui abluit; alter ut genetatus, & est qui abluiter. Itaque nemo se ipsum baptizare potest, §. *sed quamquam*. Hęc tamen ablutio, ut diximus, olim fiebat per corporis immersionē in aquam. Quinimmo Apostoli, ut facile possent turbas in Ecclesiæ gremium admittere, aspergendo, & irrorando aquam baptizabant, ut in *Actis Apost.*2. habetur. Verum quia Circumcisio non erat per modum regenerationis, ideo poterat quis se ipsum circumcidere, ut quidam colligunt ex *Judith.* 14. ubi Achior circumcidit carnem preputii sui. Nihilominus sacer textus non exprimit utrum Achior ipse se circumciderit, an per alium. Quod postremum verisimilius est; erat enim Achior inter Hebræos, a quibus facile possit circumcidi. Verum tamen idem habetur de Abram, *Gen.*17.

De

Digitized by Google

De forma Baptiſmi.

HÆc eſt a Chriſto in ſpecie inſtituta, ſcilicet; *Ego te baptizo in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*, ut habetur *Matth. ult.* nec completur, niſi integre ſit pronunciata per Miniſtrum, & quidem recte, nam exprimi debent, propter babtizantem, & baptizatum, etiam diſtincte Perſonæ Sanctiſſimæ Triadis, in cujus rei confeſſione ſubſtantialiter conſiſtit fides Chriſti, D. Th. 3. *par. q. 66, art.* 5. late Bellarm. *to.* 2. *contr. lib. de baptiſmo tit.* 3.

Illud dubinm I. facit, quod Apoſtoli baptizarunt in nomine Chriſti, uti liquet ex *Act. Apoſt. cap.* 8. & 19. Omiſſis aliorum reſponſionibus placet quod tradit Azor. *par.* 2. *moral. lib.* 5. *cap.* 5. & Barboſa *de officio Parochi, par.* 2. *cap.* 18. *n.* 35. nempe Apoſtolos baptizaſſe ſub forma a Chriſto inſtituta: ideo autem dici baptizzaſſe in nomine Chriſti, ut innueretur, eos uſos baptiſmo Chriſti, non etiam baptiſmo Joannis.

Verumtamen Nicolaus I. Apoſtolos verum ſub his verbis, In nomine Chriſti baptiſmum adminiſtraſſe credidit; nam in *epiſtola ad conſulta Bulgarorum*, ſequutus D. Ambroſium ſtatuit, baptizatos tantum in Chriſti nomine non eſſe rebaptizatos, *can. a quodam Iudæo diſt.* 4. *de conſecr.*

Multo tamen ante Pelagius ad Gaudentium Epiſcopum oppoſitum ſtatuerat, negando baptiſmum in nomine tantum Chriſti validum eſſe, *can. multi*, & *can. ſi revera*, *d. diſt.* 4. Quæ ſententia obtinuit; quia Nicolaus non tam diffiniendo, quam de opinione aliter affirmavit. Nec tamen Nicolai opinionem hæreſim ſapere docet Bellarminus; cum nuſpiam exte-

cer-

Digitized by Google

certa diffinitio in baptiſmo tres Divinas Perſonas explicari debere; neque enim, ait Bellarminus, verum eſt id diffinitum eſſe ante Nicolaum in Concilio Anglicano confirmato per Zachariam S. Pontificem. Nam nullum hujuſmodi Concilium ſub Zaccaria celebratum eſt, ut ex Bedæ *hiſtoria* conſtat: qui propterea Beda, & ipſe Ambroſii ſententiam de baptiſmo collato nomine Chriſti approbavit. Certe non ita facturus, ſi aliter in Concilio ullo Anglicanum ſtatutum fuiſſet.

II. Dubium facit, quod aliquando legimus baptiſmum adminiſtratum nomine Trinitatis, *can. a quodam Iudeo, d. diſt. 4. de conſecr.* & Concilium Arelalatenſe II. *can.* 17. Bonoſiacos in Trinitate baptizatos, ſolo Chriſmate, & manus impoſitione, in Eccleſiam recipi jubet, & notat Gregorius in *can. ab antiqua, & can. ſi verò diſt. 4. de conſecr.* ubi tamen negat Bonoſiacos baptizari in nomine Trinitatis. Sed reſpondetur id intelligi debere de Trinitatis invocatione expreſſis ſigillatim tribus Perſonis Divinis.

Cæterum baptiſmum factum nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque, probabile eſt valere; Gloſſ. in *can. multi diſt. 4. de conſecr.* Cajetanus & alii; verum ita baptizans graviter peccaret, cum non utatur forma Eccleſiæ conſueta; immo quia dubium eſt, utrum Sacramentum ſit confectum, debere iterari ſub conditione: dubium verò oritur ex eo, quod illud *Procedentis ad utroque*, poſſet etiam intelligi de nepote, qui dependet a patre, & ab avo. Ita Suarez *tom. 3. diſp. 21. ſect. 3. & 4.* Latiſſime Vaſquez *d. tom. 2. diſp. 144. n. 3.* Verum ſi quis particulam *Ego*, & conjunctione *Et*, omiſerit, baptiſma haud dubio valet, cum de ſubſtantia non eſſe cenſeantur. Valet etiam, ſi barbare verba corrumpantur contra formam

Digitized by Google

nam latini sermonis. Vide Barbosam *loc. cit.* Bonaciam *de Sacramentis, disp. 2. q. 2.* Dianam. *par. 2. tract. 3. resol. 15.*

Græci verò aliter baptizant, dicendo, *Baptizetur servus, vel serva Christi, &c. In nomine &c.* Dicunt etiam Sacramentum valere, cum non sit contra formam Christi, qui dixit *Baptizantes eos, &c.* Id Græci usurpant ad tollendum eorum errorem in Oriente, & in Africa, qui putabant virtutem baptismi esse a solo baptizante, contra quos D. Augustinus *serm.* 23. Chrysostomus *hom.* 50. *in Matthæum*: quare approbatur hæc forma a Concilio Florentino in Bulla Armeniorum, ut etiam si dicatur *Baptizetur servus Dei, &c.* Verum sacerdos Latinus utendo hac forma graviter peccaret, juxta tradita a Maldonato *cap. 1. hot tit quæst. 3.*

De Ministro Baptismi.

MInister ordinarius est quilibet Sacerdos; at verò ad baptismum solemne exigitur proprius Parœcus, qui Jurisdictionem in suos plebanos habet. Urgente tamen necessitate potest solemne baptisma etiam fieri a Diacono, de Parochi, vel Episcopi voluntate *can. perfectis, dist. 15. can. Diaconus, dist. 93.* Ita a Philippo Diacono regeneratus est per baptismum Eunucus Reginæ Candacis, ut in *Actis Apostolorum*, & Apostoli ipsi, ut ex Evangeliis constat baptizarunt antequam ordinem Sacerdotalem suscepissent. Præcisa verò necessitate urgente quilibet ad baptizandum admittitur, etiam fœmina, etiam infidelis, & hæreticus, Trid. *sess. 7. de baptismo can. 7.* & solum deinde si tempus suppetit supplentur solemnitates prævia abiuratione hæresis, ut *ibid. can. 11.* Vasquez

Digitized by Google

ſquez *d. tom.* 2.*diſp.* 147.*cum ſeq.* Maldonatus *cap.*1. *de baptiſmo*,*qu.*5. Hoc tamen caſu haberi debet ratio perſonarum, ut adſtante Clerico ceſſet laicus, & Sacerdote præſente abſtineat Clericus: aliter peccabitur, ut poſt D.Th.Sylv. & alios docet Reginald. *lib.*27.*num.*44.*& ſeq.* Iſidorus in *can.Romanus diſt.*4. *de conſecr.* Romanus Pontifex non hominem judicat, qui baptizat, ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi; licet paganus ſit, qui baptizat.

Si quis verò ex his extra neceſſitatem baptizat, mortaliter peccat, cum de re gravi agatur, Navarr. in *ſumma cap.* 22.*num.* 7. Sotus, & alii apud Vaſqu. *loc. cit. qu.* 147.

Quæres an plures poſſint unum baptizare, v.g.ſi mutus abluat, & truncus manibus formam proferat. Et communis reſponſio eſt, non valere, quia verba formæ non verificarentur, nam qui dicit, *Ego te baptizo*, hoc eſt intingo, verè non intingeret. At ſi duo ſimul abluerent, ſimulque formam proferrent, qui primo complet, perficit Sacramentum: quod ſi ambo ſimul finiant, baptizarent attenuato concurſu; ut etiam accidit, ſi duo eandem hoſtiam conſecrent, D. Th. 3.*par. qu* 82.*art* .2.*cum ſeqq.* Id tamen verum eſt ſi baptizantes formam proferant numero ſingulari; nam ſi dicerent, *Nos te baptizamus*, cum voluntate ſimul conficiendi Sacramentum non valeret; quia miniſter debet unus eſſe, vel ut unus, ut unum Chriſtum repreſentet. Ita magis communiter Cajetanus, Sotus, & reliqui Th. per D.Th. in 4. *diſt.*6.*q.*2. *art.*1. contra Durandum in 4.*diſt.*3.*q.*3.

Qui

Digitized by Google

Qui baptizari debeant, vel possint.

ETsi Circumcisionis Præceptum solis Hebræis fuerit datum, ut potuerit quis ex alia gente, modo rectè & justè vixerit, sine Circumcisione salvari, ut de Melchi-Tzedek Rege Salem docent nostri; secus tamen est de baptismo, qui omnibus gentibus a Christo imperatur, & sine eo nemo unus salvatur ut Joann. 3. *Nisi quis renatus fuerit* Matth. 28. *Docete omnes gentes, baptizantes eos*; Marci 16. & alibi.

De pueris mostrosis dubium est; & quidem si animæ rationali sint præditi, rectè baptizantur: secus non. Quin si plures animæ in eo advertantur, omnes sunt baptizandæ, tanquam si homines distincti essent. Id verò discerni, & cognosci potest, veluti si puer plura habens capita, uno ore lamentetur, non etiam altero, aut simili modo.

Inter Cerintianos hæreticos, si quis de vita decessisset, morte præoccupatus, circa baptismum, alios pro ipso in nomen ipsius baptizabatur, Epiphanius *hæresi* 28. & de his accipiendus est D. Paulus 1. ad *Corinth.* 14. 29. *Quid facient ii, qui baptizantur pro mortuis.* Idipsum postea factitarunt Merchionitæ; nam ubi quispiã catechumenus apud eos excessisset de vita, sub leno mortui abscondito aliquo qui viveret, accedentes ad mortuum rogabant, an vellet baptismum recipere? & is, qui erat absconditus pro eo respondebat velle. Et sic eum baptizabant pro eo, qui excesserat. Ita Chrysostom ad *cit. loc. D. Pauli.*

Porro hæretici Anabaptistæ delirabant, pueros nullos rectè baptizari prius quam rectum usum rationis habeant, & possint nostræ fidei mysteria cognoscere, & credere: quocirca se adultos rebaptizabant,

Digitized by Google

bant, ex quo Anabaptistæ, hoc est, rebaptizandi vocantur; moti ex verbis Christi, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Sed respõdetur hæc verba proportionaliter debere intelligi, ut scilicet dolí capax credat per se ipsum, alii credat per Ecclesiam; nam sicuti in primo parente Adamo omnes prævaricati sunt, ita infantes in Matre Ecclesia recte Christum profitentur: & quemadmodum aliena voluntate originale peccatum est contractum, eodem modo in fide Eccclesiæ per baptismum tollitur. Vide Beccanum *lib 4. cap. 2. de baptismo infantium.* Arsenius Monacus iu *Sinopsi Canonum, can. 36.* Oportere etiam parvulos infantes in remissionem peccatorum baptizare, propter aderens ipsis peccatum ex Adami prævaricatione. Qui non ita faciunt, & dicunt anathemate percutiuntur. Ex Synodi Cartaginensis *can 110. cum trib. seqq.*

Nam ad quod remediũ institutus est in lege nova baptismus: ad id dirigebatur Circũcisio in lege veteri. Constat autem apud Hebreos ex præcepto infantes fuisse circumcisos, die octava ab exortu, *Leuitici 12.*

De Sacramento Crismatis.

TIT. IV.

REgeneratis ad gratiam hominibus per baptismum, quamvis continuo ex hac vita migraturis, nihil ulterius sit necessarium ad salutem: tamen victuri ejusdem gratiæ confirmatione intigent, ut nullo mortis, aut tormentorum metu a Christianæ fidei professione deterreantur *can. 2. dist. 5. de consecr.* Unde dicitur Sacramentum Confirmationis. Dicitur etiam Crismatis, quia confirmandi frons unguento inun-

Digitized by Google

inungitur: nam Crisma Græcis e stunguentum. Vocatur etiam a Græcis χειροτονία, quod idem valet, & a latinis: manus impositio, ut in epistola Eusebii P.P.

Fuit autem institutum a Christo, ut de fide statutum est in Trid. *sess.* 7. *can.* 1. Sed de tempore discrepant Theologi verius tamen est, Christum in nocte cœnæ docuisse Apostolos Crisma conficere eoque Apostolos inunxisse propterea, die cœnæ Ecclesiæ Chrisma conficit in singulos annos; sicuti ex Apostolorum traditione refert Fabianus S Pontifex in *can. Christianis* 17. *dist.* 3. *de consecr.* Quare reprobandus hic est Alexand. de Hales *par.* 4. *qu.* 24. *art.* 1. cum putat Chrisma institutum ab Ecclesia ex speciali Christi dispensatione, vel in Concilio Meldensi, vel Aurelianensi. Quod est falsum non modo ex jam dictis, sed etiam hujus Sacramenti meminit D. Dionysius Areopagitas, qui temporibus Apostolorum floruit, illudque odoriferum appellat propter balsamum *lib.* 4. *de cœlesti Hierarchia.*

De Crismatis definitione, & Solemnitatibus.

CHrisma est Sacramentum Unctionis frontis, quæ sub certa verborum forma, fidei, & gratiæ robur designat, & operatur, communiter DD. hic. Istud enim est discrimen inter baptisma, & Crisma, quod illud regenerat, & illuminat hominem in fide, hoc verò confirmat in eadem gratiamque auget: cæterum ambo caracterem imprimunt, nec iterari possunt *can. non licet, can. rebaptizare, can. dudum, dist.* 4. *de consecr.* Præterea probatur ex *Actis Apostolorum, cap.* 8. & 19. ubi iis, qui baptizati erant

Digitized by Google

Apoſtoli per manus impoſitionem Spiritum Sanctum tribuebant. Unde Auguſt. Hyeron. aliique veteres Patres hoc Sacramentum *Impoſitionem manuum* vocant. Meminit etiam D. Paulus 2. ad *Corinth.* & illis verbis: *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos Deus, qui & ſignavit nos & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* Patrini verò exiguntur de ſolennitate Eccleſiæ, non etiam de præcepto Eccleſiæ, qui eſſe nequeunt, niſi duo, vir & mulier: poteſt tamen eſſe unum tantum, modo ſit baptizatus, & confirmatus. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 2. late D. Th. 3. *par. q.* 67. *art.* 7. & 8. Quod ſi plures duobus interveniant pro patrinis, licet quidam putent, illud ſolum admitti, qui primo tangit, tamen magis receptum eſt, omnes cognationem ſpiritualem contrahere; nam etſi Concilium Tridentinum numerum ſtatuat, tamen ſi de facto contrarium accidat, non declarat factum nullum, ut propterea remaneat incorrectum Jus antiquum in *cap. ult. de cogn. ſpirituali in* 6. Ita poſt alios Sanchez *lib.* 7. *de matr. diſp.* 57.

De Materia Chriſmatis.

MAteria proxima eſt Unctio frontis ad ſpeciem Crucis, Regin. in *lib.* 28. *num.* 9. aliique communiter. Remota eſt unguentum ex oleo olivarum, & balſamo; illud nitore fidei infirma crudelitate cordis; iſtud odore bonæ famæ in confeſſione oris denotat: quod unguentum conficitur, & benedicitur ab Epiſcopo ſingulis annis in die Cœnæ, ne vetuſtate corrumpatur, ut in Concilio Florentino, & apud Suarez *tom.* 3. *diſp.* 33. *ſect.* 1. Maldonatus *de confirm. q.* 2.

Num verò balſamum ſit de neceſſitate hujus Sacra-

Digitized by Google

menti, varia opinio est. Nam Magister sententiarum, Hadrianus, aliique affirmant apud Suarez *d. disp. 33. sect. 1.* Dianam *par. 3. tract. 4. de Sacramentis, resol. 23.* & docet D. Th. *3. par. qu. 72. art. 2. in corpore:* & moventur ex eo, quod Cōcilium Tridentinum, & Florentinum absolute hujus Sacramenti materiam statuunt Chrisma, ut est in *cap. un. de Sacra Unctione*. Oleum vero solum Chrisma, seu Unguentum dici non potest.

Id totum est; tamen reprobari non debent, qui volunt balsamum esse de præcepto, non etiam de necessitate, ut Soto in *4. dist. 3. q. un. ar. 2.* Navarr. *cap. 22. nu. 8.* Covar. *1. var. 10. num. 4.* Cajetanus, & alii apud Camerotam in *Speculo Sacramentorum hoc tit. cap. 2.* Et probatur ex *cap. 1. de Sacramentis non iterandis*, ubi Innocentius III. consultus, num debeat in eo iterari Sacramentum Confirmationis, qui solo oleo fuit delinitus; respondit non esse iterandum, sed caute supplendum, quod incaute fuerat omissum. Ex quo palam est. Sacramentum in solo oleo jam fuisse confectum, itaut ob solemnitatem tantum debeat deinde balsami inunctio suparaddi.

Probatur etiam, quia apud Indos Occidentales, ubi facile verum balsamum, quod Alexandria convehitur, haberi non potest a Sede Apostolica dispensandum est, ut Crisma conficiatur ex alio latice ibi stillante, quod balsamo quadamtenus assimilatur, ut refert Joseph Acosta in *historia Indica lib. 4. cap. 28.*

Neque obstat, quod opponitur; nam Chrismatis nomen etiam de solo olivarum olio usurpatur, ut ex Dioscoride docet Græci thesauri auctor, Male tandem Armenii in hoc Sacramento pro oleo sesantino utuntur; quem morem se accepisse dicunt ab intima Orientis plaga, ubi nulla oliveta nascuntur. Vide Clem.

Digitized by Google

Clem. Galanum *de conciliatione Ecclesiæ Armeniæ cum Romana to.1.cap.21.pag.300.*

De forma Chrismatis.

FOrma in hæc verba concipitur: *Signote signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen,* ut in Concilio Florentino in instructione Armeniorum. Ideo autem fit in fronte, quia confirmatio tendit ad liberam fidei professionem, a qua potest quis retrahi vel ob timorem mortis, vel ob erubescentiam, quorum utriusque signum præcipue in fronte se ostendit; pallescunt enim timentes, & erubescunt verecundantes.

Fit in speciem Crucis, quia confessio fidei inquantum ad articulum crucifixionis Christi maximam profundit erubescentiam, unde D. Paulus I. ad *Corinthios 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Quare ad tollendam hanc erubescentiam signatur confirmandus in modum Crucis, Durand. in 4. *dist.7.q.2. num.9.*

Demum fit Divinæ Triadis invocatio, quia Mysterium istud est præcipuum nostræ fidei fundmentum, cujus fidei robur hoc Sacramento tribuitur.

De Ministro Chrismatis.

INter causas schismatis Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ, ea potissima fuit, quæ est de Ministro Chrismatis, Græci enim a Photio Patriarcha C.P. seductis, id a Præsbiteris Jure administrari posse contendunt; Latini vero hoc munus solis Episcopis concedunt, Nihilominus in Concilio Florentino nihil de hac re sta-

tu-

Digitized by Google

tutum reperitur, prorsus ut nec inter articulos controversos reperiatur: quod sane perquam mirum est: Ordinarium Chrismatis Ministrum esse solum Episcopum, Triden. *sess.7. can.3, ex Actis Apostolorum 19.* Dicimus ordinarium, nam S. Pontifex potest id muneris etiam simplici Sacerdote delegare, maxime absente Episcopo, ut palam est ex D. Gregorio *can. pervenit, dist.95.* quem perperam Durandus *loc. cit. q.4. n.20.* errores arguit, quod putaverit Chrismatis collationem ex Christi institutione competere omnibus Sacerdotibus, ex prohibitione vero Ecclesiæ esse solis Episcopis reservatam. Docet idipsum D. Th. in *4. dist.7. q.3.* licet nonnulli repugnent apud Covarr. *1. var. 10. num.7.*

Ideo autem exigitur Episcopus, quia hoc Sacramentum fit cum manus impositione, qua Spiritus Sanctus signatis advocatur, & ut hæc olim fuit tantum Apostolorum, ita hodie solum Episcoporum est, qui ipsorum vicem subingressi sunt, ut hic in §. *unde*. Hinc cum a Græcorum Chrismate manu-impositio absit, hoc Sacramento ipsi carere videntur, ut & cæteri Orientis populi Græcorum ritum hac in parte sequentes. Hoc enim de Græcis & Armenis Guido Perpinianus: De Rhuthenis Sacrenus, Gaguinus, & Thevetus: De Æthiopibus Zaga Zaba Episcopus scribunt. Vide tamen Lucam Holstenium late in duabus dissertationibus *de Sacramento confirmationis*.

Olim Chrisma conferebatur mane ab Episcopo jejuno fidelibus pariter jejunis ob Sacramenti reverentiam: hodie quia id per incommodum videtur, ob magnam Christianorum turbam, ideo administretur etiam post prandium, *can. ut jejun. dist.5.* Ita quoque sublatus est mos confirmandi statim a baptismo. I. ob causam finalem, quia id est Sacramentum roboris, quo

non

Digitized by Google

non indigemus nisi post septennium, cum peccare possumus, Suarez *loc. cit. disp.* 35. *sect.* 1. & 2. 11. Ob causam impulsivam, cum nequeat Episcopus ita promptus adesse in tot infantium baptismo. Ne autem quis tanti Sacramēti, quod accepit, obliviscatur, alapha percutitur, ob quam eandem rationem olim idipsum cum servis manumissis fiebat. Unde Claud. *in IV. Cons. Honorii.*

Tristis condicio pulsata fronte recedit,
In Civem robuere genæ.

De Obligatione Chrismatis.

HOc Sacramentum non est de præcepto; sed solum de consilio, ut magis receptum est apud *cit.* Suarez, & D. Th. 3. *p. q.* 72. *art.* 8. *ad* 4. cum nusquam aut in testamento novo, aut in Ecclesiæ constitutionibus tale præceptum legatur statutum. Unde est, quod Ecclesia ad constitutos in mortis discrimine non mittit Episcopos, qui hoc Sacramentum conferant. Et quamvis Cajetanus putaverit esse peccatum veniale omittere hoc Sacramentum, id tamen recte Suarez negat, quia consilia non exequi, peccatum non est, ex 1. ad *Corinth.* 7. ubi si nupserit virgo contra consilium non peccat. Verum posset quis peccare, ob scandalum, si negligat, vel ob periculum, si pugnaturus cum hoste fidei, nolit confirmari. Vide Canon. in *can.* 1. & 2. *dist.* 5. *de consecr.*

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

TIT. V.

QUoniam homo arbitrii libertate, qua fruitur, incidere in peccatum actuale & mortale potest, ideo

Digitized by Google

ideo a secundo hoc naufragio, post illud originalis peccati, pro tabula, qua arrepta in portum evadere liceat, est Sacramentum Pœnitentiæ, Trid. *sess. 6. cap. 14.* Dictum est autem a pœna, seu dolore ob rem commissam. Elegantius, ut ait Lactantius, Græcis vocatur μετάνοια, quod mentis commutationem in melius denotat.

Fuit hoc Sacramentum a Christo institutum Joann. 10. cum dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Trident. *loc. cit. cap. firmiter, de summa Trin. cap. 1. de Sacramento pœnitentiæ.* Fuit autem præfiguratum, cum idem Christus leprosum jussit ostendere se Sacerdoti. Itaque Sacerdos in hoc Sacramento, tanquam Judex sedet, ut absolvat, vel condemnet peccatorem, qui simul est reus, & accusator. Meminit D. Jacobus in *epist. Cononica, cap. 5. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra,*

Pervulgato olim errore existimabant multi a peracto baptismo vitam immunem ab omni lapsu requiri, nec ullam deliquentibus expiationem aliam deinceps reliquam esse: cui opinioni causam dedit male intellectus D. Pauli locus ad Hæbreos 6. *Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.* Quo Novatiani abutentes lapsis omnino veniam denegabant: alii consulto baptismum differebant ad extremum usque ætatis, ne a peracto baptismo deliquerent.

Itaque notandum est D. Paulum non habere sermonem de omnibus peccantibus, sed de lapsis. Lapsi dicuntur, qui post baptismum susceptum ob timorem paganorum, a quorum secta discesserant, iterum ad idolorum cultum redibant: ut patet ex D. Cypriano in *opusculo de lapsis*. Hos dicit D. Paulus impossibile

Digitized by Google

sibile esse revocari ad pœnitentiam, hoc est iterum se profiteri Christianos; ubi illud impossibile non est accipiendum rigorose, sed late pro eo, quod difficilius est; non enim nunquam, sed raro contingit, ut lapsi depositio omni timore pœnarū, Christum palam profiteantur.

De definitione Peccati.

VUlgata est definitio D. Augustini 2. contra Faustū 27. peccatum in concreto esse dictum, factum vel concupitum contra legem Dei. Quæ tamen verba difficile adaptantur ad peccatum omissionis, quod fit non dicendo, non faciendo, non concupiscendo: difficilius vero adaptantur ad peccatum originale, quod non est, nisi justitiæ originalis privatio.

Clarius ergo peccatum definitur. Est transgressio libera Divinæ legis. Ita D. Ambros. *lib. de parad. cap.* 8. & Augustin. 2. *de consensu Evang.* 4. Dicitur transgressio potius, quam actus, ut includatur omissionis peccatum, quod licet non sit actus, vere tamen est transgressio legis: unde 1. Joann. 3. peccatum dicitur *legis transgressio*.

Dicitur libera; nam nullum est peccatum, nisi sit volūtarium quippe originale peccatum dicitur privatio voluntaria justitiæ originalis, nempe voluntate primi parentis, in qua posterorum positæ erant voluntates; nam omnes in Adam prævaricati sumus.

Dicitur Divinæ legis, ubi nomine legis Divinæ ipse Deus intelligitur; nam transgressiones moraliter malæ tunc induunt specialem rationem peccati, cum Deum respiciunt, ipsumque offendunt, sive venialiter sive mortaliter; nam male Gabriel in 4. *dist.* 16. pronunciat differentiam venialis peccati a mortali in hoc stare, quod mortale sit contra præ-

ce-

Digitized by Google

ceptum, veniale contra consilium; siquidem qui contra consilium facit, non peccat, ut patet ex 1. ad *Corinth.* 7.

Hæc definitio competit peccato in concreto, quatenus significat actualem commissionem, vel omissionem; nam si accipiatur formaliter, peccatum in privatione consistit, cum non possit esse Ens reale positivum, quod expers est omnis bonitatis, & perfectionis, ut fatentur Catholici contra Manichæos cum D. Aug. 11. *de civ. Dei* 9. *Mali*, inquit, *nulla est natura.* Itaque formalis ratio constitutiva peccati est libera privatio rectitudinis. Vide latius Gordonium *lib.* 1. *Th. moral. qu.* 10. *cap* 1. *n.* 3. & *q.* 8. *c.* 1.

De Divisione Peccati.

I. DIviditur peccatum in Habituale, & Actuale. Habituale est privatio rectitudinis, seu legis Divinæ transgressio, perseverans ex actu malo præterito. Itaque cum non sit retractatum per pœnitentiam, remanet quodammodo in voluntate, tanquam habitus, seu macula. Hoc autem duplici modo accidit. Primo ex persona Adami, cujus peccatum, tanquam capitis generis humani, in cæteros omnes transfunditur, ficuti est peccatum originale, Trident. *sess.* 5. *cap.* 2. Secundo ex facto, & culpa sui ipsius, quod propterea dicitur habituale personale.

Actuale peccatum est, quod actu a peccante fit: quod variis modis accidere potest; ideo sit.

II. Peccatum dividitur in Commissionis, & Omissionis; nam omne peccatum actuale est transgressio: omnis autem transgressio fit, vel committendo aliquid, quod prohibetur a lege, & videtur Commissio, repugnatque præcepto negativo: vel omittendo aliquid,

Digitized by Google

quid, quod lex jubet fieri, & videtur omissio, repugnatque præcepto affirmativo.

Verum omissio quasi semper cum aliquo actu conjuncta est; & tunc si actus ille est causa omissionis, licet bonus sit, quia tamen eo casu est causa peccati, ideo contrahitur in illo omissionis malitia, veluti si quis die festo Sacrum audire omittat, ut studeat; nam multæ etiam actiones ex se non vitiosæ, fiunt ratione scandali malæ, quia sunt causa peccati, ad *Roman.* 14. At si actus non sit causa omissionis, sed illi tantum conjunctus, non fiet malus ratione omissionis: ut si quis jam proposuit Sacrum non audire, & deinde tempore, quod Sacrum esset audiendum, studeret. Ita post Suarez, Vasquez, Medinam, Azorium, & alios docet Gordonius *lib. 1. q. 11. cap. 7. num. 37. & seq.*

III. Peccatum dividitur in Deum, proximum, & seipsum; quamvis enim omnia peccata generali quadam ratione sint in Deum, tamen quædam specialiter, & immediate ipsum Deum respiciunt, veluti quæ opponuntur virtutibus; quarum scopus peculiariter est Deus, quales sunt tres virtutes Theologicæ, & Religio. Illa verò peccata dicuntur specialiter contra proximum, quæ opponuntur virtutibus habentibus proximum pro objecto, quales sunt Justitia, & Misericordia. Denique peccata hominis contra se ipsum sunt contra virtutes quæ hominis mores ad seipsum componunt, ut Temperantia, & Fortitudo, D. Th. *1. 2. q. 72. art. 4.*

IV. Dividitur peccatum in Carnale, & Spirituale. Carnale est, quod in materia externa, & sensibili versatur, secundum propriam rationem, ut furtum, gula, luxuria, utpote quorum objectum est aliquid materiale pertinens ad sensum: & hæc dicuntur comple-

Digitized by Google

plari in actu externo. Spirituale est, quod cum in materia magis spirituali versetur, delectionem habet internam, ut superbia, avaritia, ira; & hæc complentur actu interno. Itaque D. Paulus ad *Ephes.* 3. vocans omnia peccata *opera carnis*, latius accipit carnis nomen. Ita quoque ad *Rom.* 8. *Si secundum carnem vixeritis.* Quoniam verò homines rebus corporalibus maxime alliciuntur, propterea peccata carnalia, cæteris paribus, minus gravia sunt, quam spiritualia, nisi ex deformitate actus majorem recipiant turpitudinem. Unde fit, corporalia facilius a Deo remitti, quia ex naturæ fragilitate oriuntur; quocirca peccatum Angelorum totum in spiritu consistens, fuit gravissimum, & propter naturæ inflexibilitatem irrevocabile: minus grave fuit peccatum primi hominis, unde Deus generis humani misertus est, Theologi cum Medina ad D. Th. 1. 2. *qu.* 63. *art.* 2.

V. Dividitur peccatum in Cordis, Oris, & Operis. Communiter peccata Cordis dicuntur, quæ voluntate concipiuntur, juxta illud Pauli, *Si quis viderit mulierem alterius, ad concupiscendam eam, jam fornicatus est eam in corde suo.* Oris, quæ verbis exprimuntur. Operis quæ fiunt externa operatione. Cæterum hæc peccata tunc distinguntur, cum singula ore, vel corde, vel opere perficiuntur, *ita ut* unum ab altero perfectionem non expectet: secus verò si dicunt progressum unius peccati per hos tres gradus; sicut fundamentum, parietes, & tectum faciunt unam domum. Sic in corde sunt hæresis, & odium: in ore detractio, & perjurium in opere furtum, homicidium. Hæc verò peccata, quæ opere complentur, licet antecedenter fuerint cogitata, deinde verò verbis manifestata, unicum tamen peccatum constituunt.

VI. Di-

Digitized by Google

VI. Dividitur in peccatum ex ignorantia, passione, & malitia. Ignorantia aliquando ipsa dicitur peccatum, cum scilicet quis scire aliquid tenetur, & tamen nolit scire, ut colligitur ex *Psalm.24.Ignorantias meas ne memineris.* Et ratio est, quia transgreditur præceptum obligans ad scientiam, dum illi ignorantia voluntaria est, D.August.*de gratia, & lib.arbitr. c.3.& epist.*105. Verum ignorantia hæc non est in se peccatum, ut voluit D.Bonav.& Alex.de Hales; quia ignorantia est in intellectu,& nihil in intellectu,existens,& formaliter malum; potius ergo dicendum est, ignorantiam peccatum esse ex voluntatis negligentia, seu, quod idem est, ignorantia ex neglectu, ut docet Vasp. *disp.*118. *&* 124. *in fine*, quam etiam D. Th.adscribit, Sayrus *lib.2.cap.9.num.*12.

Aliquando ignorantia fit etiam causa peccati per accidens, hoc est, ideo, quis peccat, qui ignorat quod agit, esse peccatum, alioqui non peccaturus. Unde Levitici 4.instituuntur sacrificia pro peccatis ex ignorantia commissis, & D.Paulus 1. ad Timoth.1.*Misericordiam a Domino consequutus sum, quia ignorans feci*. Ita D. Th. 1. 2. *qu.* 76. *art.*1., & D. August. *d. ep.*105.

Passio quoque sæpe est causa peccati; & quia ipsa est quædam infirmitas, & ægritudo mentis, instar morbi corporalis, ideo peccatum ex passione dicitur ex infirmitate committi, & interdum peccatum minuit, quia minuit liberum arbitrium, D.Th. *loc.cit. qu.*77.*art.*6.D.Aug.14. *de Civit. Dei* 12. Unde Arist. 7.*Eth.*4. docet, tanto levius esse peccatum, quanto a graviore passione procedit. Imo passio, quæ prorsus aufert libertatem, excusat a peccato, ut est de primo impetu.

Nunc de malitia Scotus, & Mominales volunt, pec-

Digitized by Google

peccatum malitiæ esse eligere malum sub ratione mali. Gordonius verò *lib.1.q.11.cap.8.n.31.* illud esse ait, quod plena libertate committitur, hoc est sine ignorantia, vel passione, & ab Aristotele *7.eth.8.* videtur peccatum ex electione.

VI. Dividitur peccatum in Mortale, & Veniale. Mortale est libera transgressio legis Divinæ cum aversione a Deo fine ultimo: quæ res gravem offensam habet, dum ita contemnitur Divina amicitia, ut plus ametur creatura, quam Deus. Hæc autem aversio, vel est formalis, cum quis se expresse avertit a Deo, ut in odio Dei: vel est virtualis, ut in furto, ubi se homo implicite avertit a Deo. Gratia ergo, & peccatum opponuntur: illa convertit ad Deum: hoc a Deo avertit. Hinc passim scriptura hortatur peccatores, ut se convertant ad Deum, ut Joann.12., & Matth.10. Hoc peccatum animæ mortem affert, ut ad Rom.6. *Stipendium peccati mors*; & 8. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.*

Veniale peccatum est, legis transgressio, sine contemptu, & aversione a Deo, D.Th. *q.7. de malo, art.* 1. & 1.2. *q.* 88. *art.* 2. quod ex natura sua non tollit amicitiam cum Deo, ac proinde nec avertit hominem ab ultimo fine, quamvis libere fiat, nec mortem animæ spiritualem affert, ut de fide est ex Concilio Milevitan. *can.7.* & 8. & Trid. *sess.6. can.11.* & *can.23.* & 25. & ex Bulla Gregor. XIII. contra Bajum. Id probatur Joann.5. ubi aperte dicitur aliquod peccatum esse ad mortem, & aliud non esse ad mortem, & Prov. 14. *Septies in die cadit justus.* Confirmatur quia ne quidem inter homines levissima peccata tollunt amicitiam. Ergo nec cum Deo.

Hinc damnata est hæresis Joviniani, & Pelagii, qui peccata omnia esse mortalia dixerunt, contra

Digitized by Google

quos disputavit D. Hyeronym. Hos fere sequuntur Lutherani, & Calviniſtæ, negantes ullum peccatum esse, quod sua natura non sit mortale; hoc solum differre, quod prædestinatis non imputetur, reprobis verò imputetur. Quæ somnia si vera essent, sublata esset vis omnis baptismi, & aliorum Sacramentorum, quippe quæ nec prodessent reprobis, nec prædestinatis essent necessaria. Vide Bellarm. *lib.* 1. *de statu peccati, cap.* 9.

Neque obiicias I. ex Jacobi 2. *Qui offendit in uno, omnium est reus.* Nam respondetur D. Jacobum ibi loqui de præceptis Decalogi, ut ex contextu appareret, & ex exemplis ibidem prolatis de adulterio, & homicidio.

Neque obiicias II. Omne peccatum est contra Divinam legem, & proinde conjunctum cum maledictione ut Deut. 27. *Maledictus qui non permanet.* Sed respondetur in eo textu maledici, non simpliciter qui facit contra legem, sed qui facit contra legem illam, de qua ibi Moses loquitur, hoc est, qui facit sibi idolum, qui non honorat patrem, & matrem, qui transfert terminos proximi sui, qui errare facit cæcum in itinere, qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ, & similia, quæ ibi leguntur; post quæ subditur, *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius.* Quæ locum non habent in veniali peccato, quod quia leve est, non potest inter maledicta connumerari.

Neque obiicias III. Quodvis peccatum, cum lædit infinitam Dei Majestatem, censeri habere malitiam infinitam; quare dignum gravi pœna; respondetur enim malitiam nullius peccati esse simpliciter, & in specie sua infinitam, cum in gravitate possit intendi, & minui; quocirca non semper infinite lædit Deus,

Digitized by Google

Deus, imo nec ſemper graviter. Unde fit dari peccatum ſua natura leve, hoc eſt veniale. Itaque infinitas peccati ſolum extrinſeca eſt, &, ut dicitur, objectiva, ratione Dei, qui læditur, & lædi poteſt graviter, & leviter.

De Regulis Peccati mortalis, & venialis.

PRimo peccatum ex genere ſuo mortale eſt ex objecto, quando directe Deo opponitur, ut idolatria, hæres, blaſphemia.

II. Ex præcepto, ſi aliquid ſevere, & ſub gravi pœna injunctum ſit, ejus præcepti violatio mortale peccatum inducit. Sic eſus pomi in Adamo mortale peccatum judicatur.

III. Ex nocumento, quando ſcilicet grave damnum proximo afferat; unde furtum acus Sartori factum, qui alium comparere nequeat, ut proinde opus diei intermittat, grave peccatum eſt.

IV. Ex materia, veluti ſi lædatur directe Jus publicum. Unde miles obligatur ſub mortali excubias facere ex præcepto Ducis, non obſtante vitæ diſcrimine.

V. Ex neglectu, nam ſi lex tranſgrediatur in neglectum ſuperioris, mortale incurritur. Hinc Clericus contumax etiam in cauſa levi, poteſt excommunicatione innodari.

VI. Ex cauſa, veluti ſi peccetur ex malitia, non ex paſſione, vel ignorantia. Vide D. Th. 1.2. q. 73.

Hinc facile colligi poteſt, quodnam ſit veniale peccatum, ſcilicet ex levi materia, levi damno, ignorantia, & ſimilibus cauſis.

Digitized by Google

De Pœna Peccati.

EX Peccato naſcitur reatus. Eſt verò reatus morale quoddam debitum, ſeu obligatio, quæ ex peccato naſcitur, ad ſubeundam pœnam juxta illud 2.ad Corinth.5. *Ut referat unuſquiſque, prout geſſit.*

Pœna proprie dicta eſt incommodum naturæ, vel voluntati contrarium, quo vindicatur peccatum, ſeu malum culpæ. Hæc pœna non imponitur pro peccato alterius, niſi in illo etiam qui punitur, ſit culpa, ut expreſſe habetur Jerem.31. & Ezech.18. *Filius non portabit iniquitatem patris*; hoc eſt juſtus præmium juſtitiæ, & impius iniquitatis pœnas referent. Hinc ad Galat.6.dicitur: *Unuſquiſque onus ſuum portabit.*

Neque obſtat illud Exod. 30. *Viſitans iniquitatem in tertiam, & quartam generationem*; debent enim hæc intelligi de filiis, qui parentum peccata imitantur ex Aug.in *Pſal.*108. Neque iterum obſtat, Heli fuiſſe punitum propter filios 1.*Reg.*2.& populum punitum ex peccato Davidis, 2.*Reg.*24.nam in Heli, & in populo fuerunt etiam peccata propria, quæ Deus data hac occaſione ad exemplum, & terrorem punivit, ut notat Gordonius ad Ezech. *d.cap.*18.

Verum datur etiam pœna ſatisfactoria, qua poteſt aliquis puniri ob alterius peccatum, & ſine ſua culpa, ſed volens; ut docent Theologi de Chriſto, in quo non erat reatus, & tamen pro noſtris peccatis voluit pœnam pati, & mori. Juſti etiam ſatisfaciunt pro iis, qui ſunt in Purgatorio. Et Confeſſarii aliquando ipſi volentes jejunant, & alias pœnas ſubeunt, quæ debebantur confitentibus.

Datur quoque pœna medicinalis, qua punitur aliquis

Digitized by Google

quis pro alio, sed in rebus temporalibus, ut cum Deus morte afficit filios ob peccatum parentum, e.g. in Davide, ob cujus adulterium filius mortuus est.

Sed regrediamur ad veram pœnam. Peccato mortali debetur pœna duplex, damni, & sensus: & est æterna utraque. Pœna damni est exclusio a Regno cœlorum, seu carentia visionis beatæ; nam *Iniqui Regnum Dei non possidebunt*, 1. *ad Cor.* 6. Pœna sensus habetur ex locis, quibus damnati torquentur, igne, glacie, stridore dentium, ut passim in Evangeliis. Probat id ratione D. Th. *q.* 87. *art.* 4. quia in peccato mortali sunt duo, conversio ad creaturas, & aversio a Deo: quare duplex ei debetur pœna, aversioni respondet pœna damni, conversioni pœna sensus.

Remissio peccato mortali per contritionem, intelligitur remissum quantum ad culpam, non inquantum ad pœnam, Liv. *lib.* 1. *Ego me etsi peccato absolvo, supplicio non liberos*; quæ remanet adhuc solvenda, vel per pœnitentiam injunctam a confessario in hac vita, vel in altera per Purgatorium, ut de fide est ex Trid. *sess.* 6. *cap.* 14. & *can.* 30. Quod est contra Lutheranos, & Calvinistas, qui volunt, nullam superesse pœnam solvendam remisso peccato, atque ita in utraque vita tollunt pœnas, quod est contra sacrum textum 2. *Reg.* 12. *v.* 13. & *seq.* ubi Deus remisit Davidi peccatum adulterii, qui tamen non evasit pœnam peccati, & punitus est morte filii. Vide Bellarm. *de pœnit. lib.* 4. *cap.* 2. & *de purgatorio lib.* 1. Est ergo semper solvenda pœna, ita tamen, ut per contritionem ex perpetua, fiat temporalis; nisi forte tantus fuerit dolor ut sufficiat etiam ad temporalem pœnam tollendam: vel certe culpæ remissio fiat in baptismo, in quo omnis etiam pœna tollitur; quia consepulti sumus cum Christo per baptismum, ut

Digitized by Google

ad novam vitam resurgamus D.Paulus ad *Rom.6.*

Veniali peccato debetur aliqua pœna, ita exigente Divina Justitia, ut quod remoratur aditum ad felicem visionem; nam nihil coinquinatum fruetur Dei visione, ut in *Apocal.21.* tamen hæc pœna æterna non est, ut probatur Matth.5.ubi non dicitur homo reus gehennæ ob quodlibet peccatum, sed tantum ob mortale, ut ibidem notant Chrysost. Theophil.& Hyer.Nempe quia veniale est leve peccatum, non esset autem leve, si ex natura sua mereretur pœnam æternam. Verum tamen id peccatum, ut conjunctum mortali, punitur in inferno pœna æterna, ita D.Th.in 4.*dist* 15.& D.Bonav. ibidem, aliique communiter, quod est contra Gabrielem *dist.16. qu.* 2. qui nunquam veniale æterna pœna puniri putavit. Patet communis opinio, quia consonum est rationi, ut ei, qui voluntarie peccavit, non remittatur culpa, nisi ipsum pœniteat peccati; & quando non remittitur culpa, neque etiam remittitur pœna. Atqui damnatis non remittitur culpa, cum jam non sint in via: ergo neque etiam pœna.

De Substantia, & Partibus Sacramenti Pœnitentiæ.

POEnitentia Sacramentum, quod contritione, confessione, & satisfactione concurrentibus, peccatorum operatur remissionem. Ita Lancellottus hic, cui definitioni unicum verbum D.Th.addit dicendo, est Sacramentum absolutionis, &c.nam, ut diximus, Sacramentum istud exercetur per modum judicii, in quo peccata absolvuntur, seu remittuntur. Propterea licet Sacerdos de Jure Divino absolvendi potestatem habeat, ut Joann.10.tamen materiam, seu subjectos populos, quos absolvat, habet ab Ecclesia,

Epi-

Digitized by Google

Episcopo, à quo nisi id habeat, pœnitentiæ Sacramentum administrare non poterit, quasi Jurisdictione privatus, ut patet ex Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 3.

Verum absolutio exigit, ne inirritum cadat, ut homo sit recte dispositus per contritionem, confessionem peccatorum, & denique satisfactionem Juris, quod peccando læsit, & imminuit. Et hæc tria dicuntur partes hujusce Sacramenti, Trident. *sess.* 14. *hoc tit. cap.* 3. & his latius mox dicendum erit. Ubi animadvertendum, quod etsi contritio per se considerata non constet signo sensibili (quod signum ad Sacramentum exigitur) cum in solo animi dolore consistat; tamen prout ad hoc Sacramentum requiritur, habet, & ipsa signum sensibile, sive per accusationem, sive per pectoris percussionem, quibus peccator contritionem demonstrat. Sit ergo.

De Contritione.

DIstat Contritio ab Attritione. Nam Contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, ut Dei summi boni offensa, cum proposito non peccandi de cætero: spe veniæ, & animo confitendi, & satisfaciendi. Attritio vero, seu Contritio imperfecta, est animi dolor, vel ex turpidinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu. Utrumque patet ex Trident. *loc. cit.* Hinc est, quod contritio potest per se peccatum tollere, & abolere, cum sit actio perfecti amoris, seu perfecta ad Deum conversio, & aversio a creaturis: secus vero attritio, quæ per se sine Sacramento pœnitentiæ ad justificationem perducere peccatum non potest, sed accedente Sacramento homo ex attrito fit contritus, ut ibidem habetur. Ex quibus patet peccatum quodcumque, sive morta-

Digitized by Google

le, ſive veniale, niſi per contritionem tolli non poſſe D.Th.3.*par.qu.*87.*art.*1.*& ſeqq.* Notandum tamen, attritionem naturalem nullo modo ſatis eſſe ad confeſſionem, ut ſi quis doleat de peccato ob pecunias erogatas, ob morbū, quem contraxit, & ſimiliter quippe in Bulla Innocentiana *cap.*57, damnatur hæc propoſitio: *Probabile eſt ſufficere attritionem naturalem, modo honeſtam.*

Verum hic plura notanda ſunt. I. Poſſe peccatum remitti ex ſola Dei condonatione, ut apud nos injuria remittitur ex ſola condonatione ejus, qui injuriam paſſus eſt, ut multi ex Theologis docent, *d.q.*87.

II. Actum perfecti amoris, qui continet virtualiter contritionem, abolere peccatum poſſe, ut in Martyribus accidit, quod & ſupra notavimus in Sacramento Baptiſmi.

III. Vulgo doceri, peccata venialia ſine contritione remitti per Sacramentalia, veluti aſperſione aquæ luſtralis, eſu panis benedicti, unctione extra Sacramentum facta, ut cum ungitur Epiſcopus, aut Rex, benedictione Epiſcopi, vel Abbatis, qui benedicendi Jus, & poteſtatem habeat, recitando orationem, quæ incipit *Confiteor*, vel orationem dominicam, vel erogatione eleemoſinæ, de quibus Abbas in *can. tres autem in fine, diſt.*1.*de pœnitentia*, & in *can. cum omne crimen, diſt.*2.*de conſecr.* late Palud. Suarez, Sotus, alique in 4.*diſt.*25.*q.*2.*ar.*3. Quod quidam ita recipiunt, ut per hujuſmodi Sacramentalia remittatur quidem peccatum non ex opere operato, ſed ex opere operantis, inquantum Sacramentalium vi, Deus excitet animum peccatoris ad contritionis actum. Quod verum videtur; præſertim quia Trid. *ſeſſ.*13.*cap.*2.*& ſeſſ.*14. *cap.*2. omne quodcumque peccatum, ſi opus operatum inſpiciamus, per ſola Sacramenta remitti, & cancel-

lari

Digitized by Google

lari ſtatuit. Peccata non corporalia dixerunt multi per manus impoſitionem tolli. Ita refert Concilium Neocæſarenſe *can.9.* ubi loquitur de Presbytero, qui ante promotionem corporale peccatum admiſit.

Hi duo actus contritionis,& attritionis generali nomine dicuntur Pœnitentia, ut patet ex definitione D. Gregorii *homelia* 34. cum ait,eam eſſe perperata mala plangere, & plangenda non perpetrare, quod etiam ſcribit D.Ambroſ. in *can.pœnitentia, diſt.1.de pœnitentia*,D.Th.3.*par.q.*85.*art.*1.*ad* 3.

De Confeſſione.

PRæceptum Confeſſionis de Jure Divino obligat, cum neceſſitas urget,ita ut ſi quis habet copiam confeſſarii,negligat illi mortale peccatum confiteri, non ſalvetur,Trid.*loc.cit.cap.*4. *& ſeqq.* Verum de Jure Eccleſiaſtico in Concilio Lateranēſi ad frequentiam tanti Sacramenti inducendam, ſtatutum eſt,ut omnes fideles utriuſque ſexus,ubi ad annos diſcretionis pervenerint,ſaltem ſemel in anno peccata Sacerdoti confiteantur,ſuſcipiendo ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum,niſi forte de Sacerdotis conſilio ob juſtam cauſam ad tempus abſtineant, aliter excommunicantur, *cap.omnis utriuſque ſexus,de pœnitentiis*,Trid. *loc.cit.cap.*5.*in fine*. Pro qua re plura ſunt obſervanda.

Olim ſub pena excommunicationis laici quicumque in Civitatem orabantur, in tribus Hebdomadibus ad Sacram Euchariſtiam accedere debebant,Concilii Sardicenſis *can.*11.& Concilii Sexti *can.* 80. ubi Oſius Cordubæ Epiſcopus id jam olim a Patribus judicatum dicit.

I. Præ-

Digitized by Google

I. Præceptum istud obligat ad confitendum eum quia mortalia, non etiam aut venalia peccata habet, ut docet D.Th.in *4.dist.17.qu.3.art.1.quæst.3.* ab aliis communiter receptus. Nam præceptum hoc addit Juri Divino nihil, nisi tempus certum, & statutum: ergo sicuti Jure Divino, qui habet sola venialia, non obligatur confiteri; Trid. *d. cap. 4. & seq.* Ita etiam Jure Ecclesiastico.

II. Licet omnes Christifideles hoc præcepto ligentur ab annis discretionis, tamen si fuerint impuberes, non propterea excommunicari debent nam puerilis ætas non ita, ut in majoribus punienda est, *cap.1.de delictis puerorum* Emanuel Sa, *v.confessio.*

III. Qui nullum voluntarie facit Sacramentum non satisfacit præcepto annuæ confessionis, cum præcipiatur tantum vera confessio, quæ homines a malis retrahat. Ita Alex. VII. in Bulla lata 24. Septembr. *1665. propos.14.* ubi hæc propositio damnatur: *Qui facit confessionem voluntarie nullam satisfacit Ecclesiæ præcepto.* Idem dictum esto de præcepto annuæ communionis, & in Bulla Innocentiana damnatur hæc propositio: *Præcepto communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.*

IV. Præceptum annuæ confessionis non fuit additum tempori ratione temporis, sed ob Sacramenti frequentiam, itaut satis sit, si quis quocumque tempore confiteatur intra Januarii initium, & finem Decembr. tamen laudabile mos Ecclesiæ est, ut id præceptum in Paschate impleatur. Quod etiam patet ex Trid. *d.cap.5.in fine*, cum hac in re distinguit inter præceptum & morem: præceptum esse ait, ut quis saltem semel in anno confiteatur; morem vero salutarem, ut id fiat tempore Quadragesimæ. Unde factum est, ut possit Episcopus eum excommunicare,

Digitized by Google

care, qui prædicto tempore hoc præceptum non adimplet. Vide Covar. in *cap. alma mater, par. 1. §. 1. num. 7.* Sotum in *4. dist. 18. q. 1. art. 4.*

Nunc de integritate confessionis agamus. Et quidem certum est, confessionem fieri debere de omnibus & singulis mortalibus peccatis, aliter nullum erit Sacramentum, Trident. *d. sess. 14. cap. 5. & can. 7.* nihilo minus, quandoque accidit confessionem etiam non integram justis de causis valere, ne homine de salute desperent. Has jam enumerabimus.

I. Instant mortis periculo, veluti si ob morbum, vel vulnus letale nequeat quis omnia peccata sigillatim explicari, satis erit ex omni numero unum confiteri, ut queat absolvi. Quin etiam receptum est, posse his casibus per signa demonstrari voluntatem confitendi, quidquid contradixerit, Navarrus, de qua tamen re latius infra.

II. Quando propalato peccato simul manifestaretur complicis persona, cui ob id periculum immineret a confessario: ut si quis se incestum cum consanguinea admisisse diceret, quæ pariter confessarii consanguinea sit, nec de alia muliere id accipi possit, utique eo casu abunde esset, dicere se fuisse scortatum, seu fornicatum, nulla de incestu, seu stupro habita mentione. Quod etiam esse volunt: si tantum infamia complici conciliaretur apud confessarium, Navar. *cap. 2.* Cajetanus in *summa, v. confessio 10.*

Hoc tamen, quod de infamia diximus, negat D. Th. in *4. dist. 16. q. 3. art. 2. quæstiunc. 3. ad 6.* & in *opusc. 12. art. 6.* quem ibi Durandus, Sotus, Medina, Suarez, & alii sequuntur; idque ex Sententia D. Bernardi in *opusc. de Forma vitæ* cum ait: *De nullo prorsus sinistre loquaris, nisi in confessione, & hoc, ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.*

Ra-

Digitized by Google

Ratio hujus sententiæ est, quia ex doctrina Scoti, cum duo præcepta concurrunt, quorum bona unum alterius excedit, illud præceptum sit positivum, alterum vero, cui minus bonum est, sit naturale. Ita prorsus est in casu nostro; nam præceptum integritatis confessionis, licet sit de Jure positivo Divino, majus tamen bonum complectitur, quam præceptum non diffamandi alterum apud confessarium, in foro Dei: quæ diffamatio nullius momenti est, cum quis & seipsum in eo casu infamet.

III. Potest violari confessionis integritas in peccatis reservatis, cum scilicet quis confitetur Sacerdoti non habenti potestatem absolvendi a reservatis. Veræ hic variæ adsunt opiniones. Nam quidam docent, posse reum singula peccata confiteri, omisso tantum reservato, pro quo dein adibit superiorem, eo quod respectu reservati est, ac si copiam confessarii non haberet, Silvester in *summa v. confessio*, 1. *q.* 19. Petrus Sotus *de confess. sect.* 10. Alii vero contra volunt etiam peccatum riservatum propalare teneri Sacerdotum tamen absolvere quantum potest, onere injuncto pœnitenti, ut Superiorem adeat. Ita Navarrus in *can. considerat.*, §. *causas*, *num.* 13. *dist.* 5. *de pœnitentiis*, qui ita servari Romæ solitum refert, & videtur sententia D. Th. in 4. *dist.* 17. *q.* 3. *quæstiunc.* 2. *ad* 4.

Excipiunt tamen, nisi quis simul cum reservatione sit vinculo excommunicationis, interdicti, aut suspensionis obstrictus, quo casu tanquam privatus passiva Sacramentorum participatione, nequit absolvi a peccatis, nisi prius sit a censuris absolutus, ut infra *lib.* 4. *tit. de Eccles. ast. censuris cum seqq.*

Verum hodie receptum est, confessarium non debere a peccatis absolvere, nisi impetrata potestate absolvendi a reservatis: quam nisi habeat, reum Superiori

Digitized by Google

riori ableget; quia citra necessitatem integritas confessionis violanda non est. Ita Durandus, D. Bonavent. aliique apud Camerotam in hoc *tract. tit. de qualitate confessionis, dub. 16.* Adesset autem necessitas, veluti si uxor redderetur viro suspecta, nisi confiteretur; tunc enim potest in confessione reservatum omittere, immo ad Sacram Communionem accedere, ut Sanchez in selectis de Sacramentis, *disp. 22. num. 5.*

IV. Si facto, quantum sit satis generali conscientiæ scrutinio, peccatum aliquod nos fugiat, & invincibiliter ignoretur: tum & ipsum intelligeretur generatim absolutum in eadem confessione cæterorum peccatorum, Trident. *sess. 14. cap. 5.* Illud hic notandum, quod licet peccata nt alicui per actum contritionis remissa, adhuc tamen de Jure Divino remanet specialis obligatio eadem peccata subiiciendi clavibus, quod hodie, rejectis opinionibus; certum est ex dicta Bulla Alexandri VII. lata anno 1665. itaut si quis contrarium asserat, etiam disputando, intelligatur Papali excommunicatione obligatus; præsertim, quia Trident. *sess. 14. cap. 4.* ait contritionem esse cum animo confitendi, & satisfaciendi.

De Satisfactione.

HÆc est ultima hujus Sacramenti, de quo loquimur, pars. Quoniam ergo in confessione remittitur culpa, & non pœna, quæ remanet, ita tamen, ut ex æterna fiat temporalis; propterea hic satisfaciendum est, vel post mortem in Purgatorio, vel in hac vita per pœnitentiam a Confessario peccatori injunctam, qui eam nequit repudiare: immo nec potest eam sibi commutare, neque etiam in graviorem,

So-

Digitized by Google

Sotus, Vasquez post D. Th. in 4. *dist.* 18. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 3. aliique apud Navarr. in *summa cap.* 26. Ratio est, quia pœnitentiam injungere ad satisfaciendum, non modo est Sacramenti pars, sed etiam ex potestate clavium dependet. Sacerdoti ex Jure Divino, concessa, ut in Trident. *sess.* 14. *cap.* 8. & in Florentino *sess.* ult. in *Decretis* Eugenii, ubi habetur: *Tertia pars Sacramenti pœnitentiæ assignatur satisfactio secundum Sacerdotis arbitrium; quod antiqui PP. & credunt, & docent.*

Hoc verum est, si Sacerdos clave non errante congruam pœnitentiam injungat: nam si fuerit impertinens, veluti si filio familias, aut uxori insolitum jejunium imperaretur, quod suspicionem gravis peccati patri, vel marito faciat, posset reiici; ut certum est apud omnes cit. DD.

Ulterius expleri pœnitentia non potest in opere, ad quod alioqui quis tenetur; cum teneatur speciali Jure facere satis pro peccatis confessis. Itaque Jejunium in Sacramento imperatum nequit expleri in die Vigiliæ; nisi forte Confessarius diem ipsam Vigiliæ assignaverit, ut fieri solet, cum animadvertitur peccatorem in Vigiliis Jejunium non observare; quo casu pœna non solum solvitur per modum debiti, sed etiam in pœnam recidivi.

Denique si pœna a Sacerdote injuncta, fuerit condigna, qui eam exsolvit, est omnino liberatus; si vero minor justa fuerit, remanet residuum solvendum in Purgatorio, Durandus in 4. *dist.* 20. *q.* 1.

De Ministro Confessionis.

I. POtestas absolvendi a peccatis est solius Sacerdotis, seu Presbyteri, itaut si quis dixerit etiam Diaconos, aut Laicos posse in gravi saltem necessi-

Digitized by Google

ceſſitate clavium miniſterium habere, anathema ſit, Trident. *ſeſſ.14 cap.6.& can.10.* Quod ſi quis in naufragio, e.g. alteri non Presbytero peccata confiteatur, licet Sacramentum ſit nullum, tamen ob humilitatem, verecundiam, & cæteros bonos actus, facillime poſſet a Deo contritionis impulſum conſequi, unde peccata tollantur, ut explicant D.Th.& Lancellottus hic in §. *ſed etſi*, apud Camerotam in *Speculo Sacramentorum, tit.de pœnitentia, cap.de confeſſione, & abſolutione.*

II. Sacerdos opus eſt, ut ſit a ſuo Epiſcopo examinatus, approbatus, & deſtinatus, etſi examen non ſit ita de forma, ut nequeat omitti, præſertim cum Epiſcopo perſpecta eſt ſcientia, & probitas Sacerdotis, Trident. *ſeſſ.23. cap.15.* Verum deſtinatio omnino exigitur, quæ ab Epiſcopo dependet, & quandoque deſtinat ad confeſſionem virorum, & non mulierum, aut etiam mulierum, exceptis monialibus, aut in hac Eccleſia, & non illa, aut intra tale tempus, & non ultra, ut mox patebit. Excipe ſi extrema neceſſitas urgeret, *can. qui vult, diſt.6. de pœnit. can. Sanctum, diſt.4. de conſecr.*

Pro peccatis abſolvendis duplex exigitur poteſtas ordinis ſcilicet, & jurisdictionis, D.Th.in 4.*diſt.19. q.1.art.3.ad 1.* Poteſtas ordinis, qua remittuntur peccata, ſine ullo dubio eſt a Chriſto, ſeu quod perinde eſt, de Jure Divino, *Joann.20.* de quo tamen Jure ſit Jurisdictio, quæ ad uſum poteſtatis ordinis exigitur, non una eſt Theologorum ſententia.

III. Exigitur, ne Sacerdos ſit aliquo vinculo impeditus, quo minus abſolvere queat, ut ſi fuerit excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus; quia per Eccleſiaſticas cenſuras ſubtrahitur materia, vel tollitur Jurisdictio. Pro quarum rerum intelligentia ſit,

Quo

Digitized by Google

Quo Jure Sacerdos potestatem absolvendi obtineat.

QUÆSTIO UNICA

IN varias sententias Theologi discedunt apud Magistrum in 4. *dist.* 27. Aliqui enim opinantur, hanc potestatem Sacerdoti inesse ex Jure Divino in potentia: sed injactu, & exercitio ipsum eandem consequi a Jure Ecclesiastico: quo renitente, & impediente Sacerdos carebit tantummodo actu, sed retinebit potestatem, itaut Ecclesia vere, & de facto aliquam Jurisdictionem Sacerdoti tribuat. Quod communiter Canonistæ, & Theologi amplectuntur cum Caramuele in *Theolog. fundamentali hoc tit.* & satis probabilis opinio est.

Alii verò cum Vasquez supracitato docent, Jurisdictionem in se actu, & potentia consideratam totam pendere a Jure Divino; ita tamen, ut ab Ecclesia solum subjecti, seu materiæ, aut pœnitentium assignatio dependeat. Quod probant, quia *Matth.* 16. & *Joann.* 20. Christus Jurisdictionem absolvendi, & ligandi, integram, sine ulla diminutione, Sacerdotibus impartitus est, nec usquam legitur quidquam in contrarium tributum Ecclesiæ. Ergo Jurisdictio in se, quanta est, in Sacerdotibus tota est a Christo.

Verum quia hæc Jurisdictio subjetis exigit, qui sunt sub Monarchica Ecclesiæ potestate, hoc est sub S. Pontifice in toto Otbe terrarum, & sub Episcopis in particularibus Diœcesibus; ideo hi subjecti, seu subditi ab Ecclesia tribuuntur Sacerdotibus. Sic ergo Sacerdotes nihil ab Ecclesia recipiunt Jurisdictione

Digitized by Google

ne inſpecta, cum tantum ſubjectos, ſeu materia ab ipſa obtineant.

Hinc patet, qua ratione S. Pontifex poſſit Sacerdoti ſubjici, & ab eodem abſolvi in Sacramento pœnitentiæ; nam ita faciendo ſe ſubjicit Juriſdictioni, quæ a Jure Divino eſt, cui ipſe ſubjacet. Quod non ita facile explicatur ab aliis, qui volunt, vere aliquam Juriſdictionis poteſtatem Sacerdoti ab Eccleſia tribui: nam pro ea ſaltem parte videretur S. Pontifex Sacerdoti ſe ſubjacere non poſſe, cum ipſe ſit Eccleſiæ caput, & nulli Eccleſiaſticæ Juriſdictioni ſubjiciatur.

Hinc patet recte S. Pontificem, alioſque majores Prælatos poſſe ſibi graviora, & atrociora crimina reſervare D. Th. *d. art. 3. quæſtiunc. 2.* & diffinitum eſt in Trident. *ſeſſ. 14, cap. 7. & can. 11.* Eſto enim poteſtas ordinis, quantum eſt de ſe, eſtendatur ad omnia, & ſingula peccata remittenda; tamen ad uſum hujus poteſtatis requiritur Juriſdictio, quæ a Majoribus in minores deſcendit, vel certe exiguntur ſubditi, qui ab Eccleſia conceduntur; inde fit, poſſe ſuperiorem quedam ſibi reſervare, quorum judicium inferioribus non committat.

Garriunt hæretici in confeſſione Auguſtana, reſervationem caſuum politicam rem eſſe; eſſe enim reſervationem pœnæ Canonicæ, non reſervationem culpæ in his, qui verè convertuntur coram Deo. Sed facile quid reſpondendum, ſit patebit, notando reſervationem non eſſe in quantum ad forum internum, cum per actum contritionis omnia peccata etiam reſervata remittantur, de quo tamen foro Eccleſia non judicat. Sed eſſe tantum in foro Sacramentali, in quo cum juriſdictio, vel ejus eſercitium, vel ſubiecti depēdeant a poteſtate ſuperioris Eccleſiaſtici non poteſt in eo Sacramentali foro Sacerdos abſol-

Digitized by Google

ſolvere ea peccata, circa quæ Juriſdictionem non habet, vel exercere non poteſt, quia eam ſibi Superior reſervavit.

Præterea prudenter Eccleſiaſtici Superiores crimina atrociora, & graviora ſibi reſervant, ut graviori morbi peritiori Medico committantur. Ita in lege veteri cauſa majores referebantur ad Moſem *Exodi* 18.

Præter hanc reſervationem criminum, duæ aliæ fieri ſolent. Prior eſt reſervatio temporis, ut ſi Epiſcopus confeſſiones ſubditorum reſervet ſibi in Nativitate, aut Resurrectione Domini, aut in Pentecoſte. Poſterior eſt perſonarum ut ſcilicet Sacerdos mares abſolvat, non fœminas: aut fœminas: ſed non Monaſticas.

De forma abſolutionis.

HAc in re quidam putant ad formã exigi omnia hæc verba. *Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, Ita Paludanus, & Major poſt Sylveſtrum in *Summa*, *v. confeſſio 6.n.2.*

Sed magis receptum eſt formam ſubſtantialiter conſiſtere, non niſi in verbis illis, *Abſolvo te* D.Th. *3.par.q.88.art.3.* Quod colligitur ex Concilio Florentino in *decretis unionis*: & videtur etiam eſſe Tridentini *ſeſſ. 14 cap.3.* ubi hæc tantum verba expreſſim apponuntur: reliqua verò concluduntur ſub particula, &c.

Probatur quoque ratione; quandoquidem forma Sacramenti ſubſtantialiter eſt, quæ quod demonſtrat, efficit; & è contrario, quod efficit, demonſtrat. Sed verba *abſolvo te*, ſatis demonſtrant quod efficiunt, &

Digitized by Google

è contrario, hoc est remissionem peccatorum. Ergo ea verba sunt hujus Sacramenti forma; præsertim quia Christus ad hanc formam non exigit, nisi rationem judicii.

Hinc patet, fieri hoc Sacramentum, si dicatur, *Condono, aut Remitto tibi*, imo etiam si passivè concipiantur; ita, *Remittuntur tibi peccata*, vel *absolvatur Servus Christi*, ut est in usu apud Græcos; hæc enim omnia idem valent, atque *absolvo te*, ut post alios docet Bonacia hoc *tit. disp. qu. 4. puncto 2.*

II. Patet non valere absolutionem, cum dicitur, *Indulgeat tibi Deus*; quibus verbis utimur in extrema unctione, cum non servetur modus, & forma Judicialis; nam ipse Judex debet absolvere, & non alius, ut post Suarez, Vasquez, & alios docet Bonac. contra D. Bonaventuram, & Alex. Hales.

De Sigillo.

SAcerdos non solum Jure naturali, obligatur peccata sibi secreto commissa propalata celare, & tegere, sed etiam Jure Divino, & Ecclesiastico, ob Sacramentalem confessionem: Id appellamus Sigillum, quod licet non sit pars constituita Sacramenti, ut rectè docent D. Th. & Scotus in 4. *dist.* 21. *q.* 1. *art.* 1. tamen est admodum utile, & necessarium servari ad bene esse Sacramenti: aliter enim si Christifideles scirent sua peccata posse a Sacerdote manifestari, utique a tanto Sacramento abhorrent. Proinde graves statutæ sunt pœnæ in Sacerdotem, qui Sigillum violaverit. Olim quidem imperabatur perpetua peregrinatio, *can. Sacerdos, dist. 6. de pœniten.* hodie pœna est, ut Saderdotio deponatur, & ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudatur in arctum

Digitized by Google

Monaſterium, *cap. omnis utriuſque ſexus, & caveat de pœnitentiis*. Quin etiam nonnulli docent fieri perpetuo irregularem, quod notat Majoral. *de irregul. lib. 5. cap. 19. num. 6.* quod Paludanus etiam docet de laico, qui propalaverit peccatum occaſione hujus Sacramenti auditum, in *4. diſt. 17. q. 3.* Verum cum hæc irregularitas nuſquam in Jure noſtro reperiatur expreſſa, ideo alii rectius hoc inficiantur, late Suarez hoc *tit. diſp. 33. ſect. 8.*

Violatio ſigilli fit non ſolum ſi Sacerdos aperte, & directe alteri revelet, quæ in confeſsione audivit, ſed etiam indirecte, veluti ſi graviter cum pœnitente vociferetur, aut geſtu, & ſignis arguat, in quam culpam plures ſunt, qui per imprudentiam incidunt, *d. cap. omnis utriuſque ſexus*. Ita quoque pro revelante habebitur, ſi dicat, mulier, quam ego confitentem audivi primam, erat adultera, aut ſimili modo. Vide Reginald. *tom. 1. lib. 3. cap. 4.* Navarr. in *ſumma, cap. 8.* Diana *1. miſcell. 13.* qui notat Sacerdotem poſt auditam ſui famuli confeſsionē, non poſſe ipſum a ſuo famulatu expellere, ſed occaſionem expectare debere, ut ex alia cauſa ejiciat, argumento ex decreto Clem. VIII. lato pro Regularibus die 20. Maij anno 1594. ubi Superiores, qui ſunt quippe poſthac erunt pro tempore, & Confeſſarii, qui ad Superioris gradum promoti fuerint, jubentur diligentiſsime cavere, ne Religioſorum peccatis in confeſsione auditis, ad externam gubernationem utantur, itaut aliter videatur revelata confeſsio.

Hæc autem ſigilli obligatio oritur ex auditis vi confeſsionis Sacramentalis, quocunque tandem modo id accidat, hoc eſt, ſive Sacerdos ipſe audierit, ſive quivis alius prope adſtans: etiamſi abſolutio pro aliquo impedimento non ſequatur. Verum excipe, cum

Digitized by Google

cum quis non animo confitendi, sed consulendi gratia peccatum alteri manifestet; tunc enim solum oritur obligatio ex jure naturali, quo tenemur secretum nobis commissum tegere: idem est, si quis alteri manifestavit peccatum, quasi dictum in confessione, DD. cum D. Th. in 4. *dist.* 21. *q.* 3. *art.* 1. *quæstiunc.* 3.

Cæterum sigillum etiam pœnitente mortuo, custodiri debet, D. Th. 2. 2. *q.* 33 *art.* 2. Sotus in 4 *dist.* 21. *q.* 2. aliique cum Navarro *art.* 8. nam si homines suspicari possunt, vel post mortem sua crimina a Sacerdote revelatum iri, utiq; Sacramentum odio haberent; præterquamquod ipsis pœnitentibus irrogaretur injuria; nam falsum est, quod vulgo ajunt, mortuis non fieri injuriam. Utique defenctus, cum ejus bona venderentur a creditoribus subhasta, fiebat infamis, Cajus in *Instit. lib.* 2, *tit.* 3. Cic. pro *P. Quinto*, & hæres eum, qui cadaver violavit, actione injuriarum convenire potest, *l.* 5. *ff. de relig. l.* 1. *ff. de injuriis*.

Tandem Sigillum neque etiam ob publicum bonum violari potest, nam magis expedit pœnitentiæ Sacramentum custodiri ad salutem humanam, quam alia quæcumque hujus vitæ bona, Bonac. *de Sacramentis disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 5. *punct.* 4. Suarez *disp.* 33. *sect.* 1 Itaque si quis hæresim confessus sit, nequit ullo modo a Sacerdote revelari, nisi forte idipsum aliunde sciat; idemque est, si Sacerdos per confessionem noverit coitionem, & conjurationem adversum Rempublicam; nam solum generice Superiores admonere poterit, ut invigilent, sibique caveant: quod ipsum admodum caute fieri debere tradit Bonacin. *d. punct.* 4. contra Gabriel. in 4. *dist.* 21. *qu. un. art.* 3. Altisiodorensem in *summa lib.* 4. *tract.* 6. *c.* 3. *qu.* 7. aliosque apud Honufrium in *tract. de sigillo*.

Sed illud quæstionis est, qua ratione se gerere debet

Digitized by Google

bet Confessarius a Principe interrogatus, num in confessione quodpiam delictum audiverit? Et quidam docent, posse citra mendacium uti æquivocationem, & respondere: *Se nihil scire, nec quidquam in confessione audivisse*; facta scilicet mentali restrictione, hoc est ut secum dicat, *quod revelari possit* Nam licitum esse uti equivocatione docuit Tolet. 4. *Instruct. Sacerdot.* 21. Thomas Sanchez 3. *moralium* 6. Gabriel Vasquez *tom.* 4. *q.* 93. *art.* 5. *dub.* 13. Suarez *d. disput.* 33. *art.* 6. *num.* 6. aliique cum citato Bonacina *qu.* 6. *sect.* 5. *punct.* 4. Et probant exemplo Christi, qui interrogatus de die, & hora ultimi judicii, respondit neque Angelos in Cœlo, neque Filium (hoc est) seipsum scire, sed solum Patrem nosse, *Marci* 13. *Matth.* 24. & nihilominus vere Christus sciebat: sed quoniam sciebat, ut taceret, ideo dixit se nescire, ut declarant D. Augustinus 1. *de Trinit.* 12. D. Ambrosius 17. super *Evangel. Lucæ*. His tamen non obstantibus in Bulla Innocentiana statutū est, neque ob necessitatem, neque ob utilitatem ullam licere hisce æquivocationibus uti, sine mendacio, & si Jusjurandum accedat, sine perjurio: ita in *propos.* 25. *cum duab. seq.* dictæ Bullæ habetur: & sane hanc equivocationis doctrinam antiqui Patres non agnovere; nam D. Th. & D. Augustinus eum, qui injuste, & inique interrogaretur ab Judice, non respondere debere statuerunt, ut vel ipse Vasquez *loc. cit.* notat. Juvat hic recitare verba Maldonati in Lucæ 24. *n.* 36. *Quisquis fingendo*, inquit, *alium fallere conatur, etiamsi præterea aliquid significare velit, aut dubie mentitur: alioqui nullum esset mendacium, quod non defendi posset.*

Ad exemplum Christi dicimus, eum se diem Judicii nescire dixisse, loquendo de se ipso tanquam homine, ut Cajet. *Marci* 13. notat.

De

Digitized by Google

De Eucharistia.

TIT. VI.

EUcharistia duplici modo considerari potest, ut Sacramentum,& ut Sacrificium, quod notat D. Th.3.*par.qu.*74. propterea nos de utroque separatim dicemus post explicitum titulum in Pœnitentia,quæ ob reverentiam tanto Sacramento debitam, Jure, præcedit. Sit ergo.

De Eucharistia, ut Sacramento.

PLura hoc Sacramentum nomina habet, primo dicitur Eucharistia,quod Græce est, grata beneficiorum recordatio, atque etiam gratiarum actio; quod recte convenit mysterio cœnæ Dominicæ,quoniam in eo gratias agimus Deo, de tot beneficiis in nos collatis. II.vocatur Synaxis, idest congregatio, aut communio, cum per id Christo tanquam capiti conjungamur in unum veluti corpus mysticum,Bellarm. *de Euch.*1 2.III.per excellentiam dicitur Sacrificium, in quo Christus velut Hostia offertur Summo Patri. Cumvero impartitur ægrotis in mortis discrimine,speciatim nuncupatur Viaticum, utpote datum iis, qui longum iter ad aliam vitam sint ingressuri; nam viaticum est cibus, quem iter acturi in via sibi reponunt, ut apud Plautum in *Prologo Pœnuli.*

Ipse abiit ad Acherontem sine viatico.

Fuit institutum a Christo in nocte cœnæ, qua Apostolos communicavit,etiam Judam. Ita Matth.

Digitized by Google

26. & in reliquis Evangeliſtis. Hos autem communicavit ſub utraque ſpecie, quod apud nos faciunt Sacerdotes, ut erant Apoſtoli: nam Chriſtus Corpus ſuum Apoſtolis adhuc laicis tradidit, Sanguinem vero nonniſi jam Sacerdoti dignitate ornatis per illa verba: *Hæc quotieſcumque feceritis, in meam memoriam facietis*, ut poſt Alphonſum de Caſtro, & Jacobum Payram, notat, Pamelius in *epiſt. 63. Cypriani.* Cæterum laici non obligantur ad communionem ſub ſpecie utraque, ut patet ex verbi Chriſti *Joann. 6. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum*, ubi nulla calicis mentio fit. Ubi notandum, Corpus Chriſti in ſola Hoſtia recipi uti eſt in Cœlo, ſcilicet una cum Sanguine. Quare errant Armenii, qui omnes ſub utraque ſpecie communicari debere contendunt. Inſtituit autem Chriſtus in ſignum, imo in pignus ſui amoris, erga nos, *Joann. 20.* propterea id fecit nocte, quæ ipſius mortem præceſſit; nam in extrema vita cum majori affectu quid datur, & recipitur, *can. ſi quid, diſt. 2. de conſecr.* Cæterum quia gratiam per modum refectionis tribuit, ideo ſatis congrue ſub ſpecie panis, & vini, quibus nutricamur fuit inſtitutum D. Th. *3. par. q. 73. art. 5. & opuſc. 58. cap. 29.*

De definitione Euchariſtiæ, & Neceſſitate.

HÆc eſt Sacramentum ſpecierum panis, & vini, Chriſti Corpus, & Sanguinem continentium; ſpiritualem refectionem ſignificans, & producens. Ita communiter poſt Camerotam, hic, quæ omnia in progreſſu patebunt; nunc notandum eſt, verba

Digitized by Google

verba consecrationis non esse constituita intrinsecè hujus Sacramenti: nam solum faciunt transubstantiationem panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi: at Sacramentum post verba remanet donec species panis, & vini corrumpantur; tunc enim quia amplius aptæ non sunt ad significandam animæ refectionem, Christus discedit. Vide D. Th. 3. *par. q.* 73. & 78. qui recte improbat Nesturianos hæreticos, putantes Christum per diem solum sub speciebus prædictis manere. Cæterum transubstantionis vocabulo usum est Concilium Lateranense sub Innocentio III. Pallavicinus *lib.* 4. *dist. de Conc. Trid.*

Hoc Sacramentum est necessarium, ut de fide constat *Joann.* 6. & *Lucæ* 22. ex Christi verbis, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis*. Verum non est necessarium necessitate medii absolute & simpliciter, sive in re, sive in voto, cum solum sit necessarium ex præcepto Divino, Sotus, Cajetanus, & alii cum D. Th. in 3. *par. qu.* 73. *art.* 3.

Probatur I. quia infantes salvantur cum solo Baptismo, sine Eucharistia, sive in re sive in voto: ergo non est necessaria necessitate medii. Quare damnati sunt Armenii post baptismum parvulis statim Eucharistiam ministrantes, Trid. *sess.* 21. *cap.* 4. Ita quoque damnati sunt hæretici Jacobitæ, qui corporibus defunctorum, nisi accipissent, Eucharistiam ministrabant, Concil. Cartag. *can.* 18. *Synodo* 6. *cap.* 83. Sed inquantum ad Armenios, sciendum est, ipsos vere hostiam parvulis non ministrare, ut qui eam deglutiendo non sunt, sed solum digitis labia infantis attrectare, ut in *Th. Tur. cap.* 30. *sect.* 2. *object.* 4.

Probatur II. quia Eucharistia per se impartitur augumentum gratiæ per modum nutrionis animæ: qua-

Digitized by Google

quare non confert primam gratiam, ſed illam ſuppo-nit jam datam, ſive per baptiſmum, ſive per pœniten-tiam.

Itaque licet præceptum Euchariſtiæ ſit negative conceptum, *Niſi manducaveritis*, &c. ut etiam præce-ptum baptiſmi, *Niſi quis renatus*, &c. tamen diſtant inter ſe ratione gratiæ, quæ in baptiſmo eſt prima, in Euchariſtia eſt ſecunda: propterea illud Sacramen-tum eſt neceſſarium neceſſitate medii, iſtud non item.

De Materia Euchariſtiæ.

OLim in Eccleſia promiſcuus mos fuit commu-nicandi, vel ſub una, vel ſub utraque ſpecie, donec impio Neſtorio docente utramque ſpeciem de Jure Divino exigi fuit in Concilio Epheſino ſta-tutum, ne quis ſub utraque ſpecie communicaretur niſi ipſe celebrans. Deinde quia Manichæi negabant Chriſto verum Corpus propterea S. Leo laicos etiam Sanguinem accipere debere juſſit, ut colligitur ex *ſermone 4. de Quatrageſima*: quod decretum iterum deinde ſub pœna ſacrilegii ſanxit Gelaſius Papa in *can. comperimus*, *diſt. 2. de conſecr.* Ceſſante Mani-cheorum hæreſi, iterum liberum fuit populo, ut vel ſub una, vel ſub utraque ſpecie communicare-tur. Sed ſurgente deinde hæreſi Racemorum cali-cem de Jure Divino exigi, fuit hic Concilio Coſtan-ſienſi prohibitus. Vide latius Cardinalem Hoſium *de communione ſub utraque ſpecie*.

Materia itaque remota hujus Sacramenti eſt Pa-nis, & vinum, ut in Florent. *ſeſſ. ult.* & Trident. *ſeſſ.* 13. *cap.* 1. & 4. ex *Evang. Matt.* 27. ubi Chriſtus primo accepit panem, deinde calicem. Panis autem ſit ex tritico oportet, vinum ex vite, quæ Chriſtus con-ſecra-

Digitized by Google

secrat, & in communi hominum sermone sub nomine panis, & vini, simpliciter prolato usurpantur. Unde damnata est Aquariorum hæresis, qui aquam tantum consecrabant, contra quos disputat D. Ciprian. *ep.* 63.

Hinc est Sacramentum non confici, si panis sit ex milio frumento Turcico, quo vescuntur Americani, & ex Africanis plurimi, qui etiam milio Indico utuntur vulgo *Melica*: ita ex castaneis, glandibus, & aliis hujusmodi. Putant verò valere, si fieret ex tipha, quæ species tritici est, licet longe exilior, teste Galeno 1. *de alim.* 13. Vide Albert. Mag. in 4. *dist.* 11. *art.* 7. Suarez *tract.* 3. *disp.* 44. *q.* 74. *art.* 4. *sect.* 2.

Fit etiam, vinum ex palma Indorum, & oriza Africanorum: cereviſia ex lupo salictario, quam bibunt Angli, & Germani, & cætera id genus, non esse satis ad hoc Sacramentum; licet enim inebrient, tamen vulgo vini appellatione non veniunt, sed nomine *Ciceræ* comprehenduntur, ut in Sacris Literis habetur. Vinum vero acescens, & lora, quæ majorem partem vini contineat, & mustum, quæ substantialiter vinum sunt recipi possunt, quibus tamen sine necessitate utendum non est. Vide late in *tan. cum omne, de cesecr. dist.* 4. Cajet. *d. q.* 74. *art.* 5.

Queres I. an panis subactus, v. g. aqua rosacea, sit idoneus ad hoc Sacramentum? negat D. Th. 3. *par. q.* 74. *art.* 1. *ad* 3. Silvester in *Summa v. Eucharistia*, & alii. Sed in contrarium sensit Cajet. ad Th. Ales. de Hales, & alii, apud Camer. hic *dub.* 115. Quæ sententia probabilis est, quia panis ita subactus substantialiter est panis, & in usu communi nomine panis venit; præsertim quia talis aqua maxima ex parte evanescit.

Quæres II. quid dicendum sit de pane fermentato, quo

Digitized by Google

quo utuntur Græci, cum Latini panem azymum conficerent? Et certum est, utrumque panem recipi ad Sacramentum posse. Ecclesia tamen Latina utitur azymo; quia Christus instituit hoc Sacramentum in diebus azymorum, quibus non licebat Hebræis fermentato vesci *Joan.*13. atque insuper, quia fermentum denotat malitiam, qua carere debent, qui ad hoc Sacramentum accedunt, ut in Catechism. Rom. *num.*13. ex verbis D. Pauli 1. ad *Corinth.*5. *Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Unde Christus *Lucæ* 12. & *Matth.*16. dixit *Cavete a fermento Pharisæorum, Sadducæorum.* Quare neque apud Romanos Flamini Diali fermentum tangere fas erat, Plut. in *qq. Rom.* 109. Græci verò utuntur pane fermentato ad tollendam hæresim Ebionitarum, qui putabant legalia legis Mosaicæ adhuc vigere, ut notat D. Th. *loc. cit. art.*14.

Platina in Alex. I. hæc habet: Instituit ut aqua Sancta, Sale admisto, ad fugandos dæmones, & in Templis, & domi retineretur. Voluit quoque aquam admisceri vino in consecratione calicis; oblationem quoque ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandavit; quia hoc modo purior haberetur: *Et Ebionitis hæreticis calumniandi occasio auferretur.* Electus verò est Alex. ann. Christi 109. Ebionæi Judaicos ritus recipiebant Eusebius *lib.*3. *hist. Eccles. cap.*27.

Verum quisquis Sacerdos tenetur servare ritum suæ Ecclesiæ: propterea si Latinus Sacerdos consecraret in fermentato, graviter peccaret, & puniri posset, *cap. fin. de celebr. miss.* & Græcus ad scandalum evitandum in fermentato consecrare debet, Suarez *d. disp.*44. *sect.*3. §. *dico primo*, & habetur in Florentino in *decreto Unionis.* Que-

Digitized by Google

Queres 3.de immiſtione aquæ in calicem. Et certum eſt, aquam vino miſcendam in calice offerendos ut lege ſanxit Alex.I. S. Pontifex aſt annum Chriſti 109.ut in Conciliis Carthag.3.*cap.*24 Florent.in *decreto Unionis*,& Trident.*ſeſſ.*22.*can.*9.tum quia Chriſtus in vino lymphato conſecraſſe creditur : nam in Liturgiis Baſilii , & Jacobi expreſſe teſtatum eſt, Chriſtum vinum aqua miſtum obtuliſſe; tum etiam quia e latere ejus Aqua ſimul cum Sanguine profluxit, quod Sacramentum hac miſtione recolitur: tum tandem, ad denotandum populorum unionem Chriſto : nam dicitur in Apocalypſi , aquæ multæ ſunt populi multi , quæ eſt interpretatio Bedæ in Marci *cap.*14.Ita idem Trident.*loc.cit.cap.*7.Verum aqua minor vino ſit oportet , *cap. pernicioſus de celebrat. miſſarum.* Porro aquam non eſſe de neceſſitate Sacramenti , ſed ſolum de præcepto, docet Suarez, *diſp.* 45.*ſect.*2.

Itaque falluntur Armenii , qui in Conciliabulo Manazgherd aquam vino non eſſe miſcendam ſtatuerunt; ut una in Chriſto natura ſignaretur, quod & ipſum hæreticum eſt. Falluntur etiam, cum volunt; Aquam è latere Chriſti ſignificaſſe Baptiſmum, Sanguinem vero Calicem Euchariſticum. Damnatus eſt hic error Armeniorum in 6. *Synodo can.* 34 in *Theatro Turciæ*;*cap.*30.*art.*9.*ſect.*1.

De Forma Euchariſtiæ.

VErba , quibus Chriſtus conſecravit panem, ſunt: *Hoc eſt Corpus meum.*Ita D.Th. 3*par.q.* 78.*art.*1.& 2. qui ait Innocentium Papam,tanquam privatum doctorem errando ſcripſiſſe , *lib.*4. *de Miſteriis Miſſæ* , *cap.* 6. Chriſtum nullis verbis conſecraſ-

Digitized by Google

crasse, sed sua tantum voluntate, & nutu, mutasse panem, & vinum in suum corpus, & Sanguinem. Et ratio est, quia hæc verba per se efficaciter denotant prædictam conversionem, ex particula, *Est*, quæ veritatem significat: ergo ipsa solum sunt Sacramenti forma. Non tacite, sed clara voce, quæ a fidelibus audiatur, consecrandum est, Justin. *tit.* 1. *nov.* 17. Id observant Græci.

At verò ad formam calicis ob eandem rationem dicimus illa tantum verba esse necessaria, *Hic est calix Sanguinis mei*, ut docent Magister in 3. *par. dist.* 8. D. Bonaventura, Alex. de Hales, aliique apud Suarez *disput.* 60. *sect.* 1. Thomistæ volunt, omnia reliqua verba usque ad, *In remissionem peccatorum*, exigi, ex D. Th. *d. q.* 78. *art.* 3. Sed probabilior est prior sententia, primo, quia hæc alia verba non denotant conversionem in Sanguinem Christi, sed solum usum, & effectum Sacramenti. II. Quia hæc ipsa non leguntur apud omnes Evangelistas.

Cæterum de fide est, & patet ex verbo substantivo, *Est*, quo Christus est usus, sub speciebus panis, & vini verum, & reale Christi Corpus, & Sanguinem latere. Quod primum insaniendo ausus est negare Berengarius Turonensis Archidiaconus Andegavensis, qui sequutus Joannem Scotum, in Sacratissima Eucharistia nihil aliud esse, quam umbram, & figuram Corporis Domini somniavit, de quo Baronius ad annum Christi 1050. quo anno Berengarius damnatus est a Leone IX. in Synodo Romana, & Vercellensi: vide etiam ad annum 1059. Ante eum universa Ecclesia, & Romana, & Græca uno ore docuit, & tenuit Christum in hoc Sacramento commanducari, ejusque Sanguinem bibi. De Berengario extat *can. ego Berengarius*, *dist.* 2. *de consecr.* Tamen Berenga-

Digitized by Google

garii blasphemiam impurus deinde Calvinus renovavit. De locis D. Augustini ad *Psal.* 3. & in *epistola* ad Ademarum vide late Bulengerum in Diatribe contra Casaubonum, *cap.* 24. qui recte docet eos locos esse explicandos ex eodem August. in *can. hoc est, quod dicimus, dist.* 2. *de consecr.*

De Ministro Eucharistiæ.

SIcuti solus Sacerdos hoc Sacramentum conficit, ita ipse solus ministrat, ut patet ex Chrisostomo *homilia* 46. *in Matthæum*, his verbis: *Non vides qualiter soli Sacerdoti licet calicem Dominici Sanguinis præbere?* Et damnata est hæresis Lutheri, qui omnes baptizatos ad ministrandum admittit. Trident. *sess.* 7. *can.* 10. Diacono tamen ex dispensatione liceret ministrare calicem, ubi manibus sanguinem non attingit. Vide in *can. Diaconus*, *dist.* 23. & *can. præsente*, *dist.* 9. In quibusdam tamen Ecclesiis Diaconi Eucharistiam populo dividebant, ut patet ex Concilio Arelatensi 2. *cap.* 15. Vide Valesium ad Eusebium *lib.* 4. *histor. Ecclesiasticæ*, *cap.* 43. Diaconus ex licentia Parochi Eucharistiam ministrat. Hinc multo minus hodie laicus poterit sibi Eucharistiam ministrare, etsi aliter existiment Diana *to.* 6. *tract.* 1. *resol.* 48. post Suarez, Aversam, aliosque, exemplo Mariæ Scotiæ Reginæ, quæ cum esset a carnefice ferienda Jussu Elisabethæ Reginæ Angliæ, anno 1587. in Castro Fadringajæ, ipsa sibi Eucharistiam ministravit. Sed respondetur id a Maria factum, ne Sacram hostiam contemptui hæreticorum, inter quos versabat, exponeret: & sicuti a S. Pontifice Pio V. potestatem habuit asservandi secum Eucharistiam, ita potuit ante mortem assumere, ut late Cardinalis de Lugo hic

disp.

Digitized by Google

disp.28.sect.1.num.25. Vasquez *3.par.disp.219.cap.1.* Dixi hodie; nam olim, quia licitum erat, Eucharistiam secum domi habere, ut ex Tertulliano, Clem. Alex.& Cypriano patet *de libro lapsis*, *num.10.*& secum itinerantes ferre, ut de fratre suo S. Satyro refert D.Ambrosius *de obitu Satyri*; ideo necessitate, urgente, veluti si naufragium instaret, poterant ipsi sibi ministrare, ut patet ex Joan.Diacono in *vita Gregorii M.lib.1. cap.33.* Ita tamen, ut mulieres nuda manu Eucharistiam sumere nequirent, sed albo linteamine, quod Dominicale vocabatur, D. August. *serm.252.* Concilium Antissiodorense *can.36.* & *39.* Altissiodorum,& Antissiodor.in Gallia Auxerre Fratres Dominicani, cum celebrant, sinistra manu applicant ad os Sacram Hostiam. Inepta est quorundam calumnia, qui id eis a S. Pontifice injunctum volunt, quod Fr. Bernardus Politianus hostia venenata Henricum VII. Imperatorem necaverit. Cum tamen hic ritus sit antiquissimus,& simul cum ipsa religione nata. Vide Abrahamum Bzovium in *Annal. Ecclesiasticis ad annum Christi 1313. num.5.* & *seq.* Ex quibus & illud apparet, licere laico Eucharistiam de cœno tollere. Vide Marcantium in *resolutionibus pastoralibus, tract.6.cap.3.*

De Suscipientibus Eucharistiam.

PLurima exiguntur ad hoc Sacramentum digne suscipiendum. I. Ne quis accedat cum obice mortalis peccati: imo si potest, debet non modo contritionem, sed confessionem præmittere, juxta præceptum D.Pauli, *Probet autem seipsum homo*, & *sic de pane illo edat*, & *de calice bibat*, Trident. *sess.3. cap.7.* Sed si necessitas urgeat, quia copia confessarii

Digitized by Google

rii non adsit, satis est contritio: vel etiam si ex confessione scandalum sequi possit, ut supra de pœnitentia diximus.

II. Ut antecedenti die, aut nocte non fuerit pollutus effusione seminis, nam ob majorem reverentiam tanti Sacramenti abstinebit: nisi pollutio sine culpa fuerit, aut inter conjuges; licet enim satius esset mane ab Eucharistia abstinere, tamen excusaretur, D.Th.hic, *q.*8.*art.*7.Imo D. Dionysius Alex. in *epist.ad Basilidem*, *cap.* 11. putavit mulieres pollutas ob effusionem sanguinis,tempore menstrui,non debere ad Sacram Mensam accedere, nec Domum Dei ingredi, quod tamen non receptum docet Baronius *to.*2.*Annalium*, *anno Christi* 266.*num.*11.

III. Nisi detur, ut viaticum, opus est,ut quis sit Jejunus a media nocte antecedenti,Jejunio naturali, ut nihil omnino cibi,vel potus voluntarie deglutierit, *can.Presbyter*, *dist.*2. *de consecr. can. nihil* 7.*q.*1. *can.ex parte*, *de celebr. Missar.* Nec datur hac in re parvitas materiæ, Diana *to.*6. *tract.*8.*ref.*8. Suarez *to.*3. *disp.*66.*sect.*4. D.Th. 3. *par. q.*80. *art.*8. & alii communiter contra Pasqualinum *dec.* 335. Verum si modicum quid casu deglutiatur, veluti pura aqua, cum quis faciem abluit, vel quid residuum ex antecedenti cœna inter dentes, nihil refert, DD. cum Diana *loc. cit.* in Jejunio tamen communi parvitas materiæ admittitur.Ratio disparitatis est,quia commune Jejunium ad carnis macerationem dirigitur, quæ maceratio ex parva cibi materia non cessat. At Jejunium naturale omnino Sacramenti suscipiendi reverentiam respicit, quæ reverentia violatur tam ex cibo,quam potu, tam ex magna quantitate,quam parva.

Olim Eucharistia concedebatur Christianis statim

Digitized by Google

post baptismum, non modo adultis, sed etiam infantibus; nam Alcuinus *de Divinis officiis*, *cap. de Sabbato Sancto* monet; ne lac, cibusve alius infantibus præbeatur antequam Sacram Eucharistiam receperint. Ita notat Stephanus Durantes 1. *de ritib. Eccles.* 19. *num.* 44. Id hodie in usu est apud Græcos, & Armenos, qui tamen credunt, sine Sacramento infantes salvari non posse.

De Eucharistia, ut Sacrificio.

ID est, quod vulgo Missam dicimus, vel ab Hebraico Missa, quod oblationem significat, nam *Deuter* 16. legitur *Spontanea oblatio* in textu Hebræo, *Missah*, vel quod verius, a verbis Diaconi, *Ite Missa est*; quæ olim dicebantur ante oblationem Cathecumenis, ut foras egrederentur, nec sacræ oblationi interessent, licet hodie in fine ad populum dimittendum dicantur; nam Missa est Missio, ut collecta, & collectio, remissa, & remissio, Bellarm. *lib.* 1. *de Missa*, *cap.* 1. Vasquez *to.* 3. *disp.* 221. *cap.* 1. Suarez in 3. *par. disp.* 74. *sect.* 3. Hinc a D. Augustino *serm.* 237. dicitur: Post sermonem fit Missa Cathecumenis, hoc est post sermonem emittuntur ab Ecclesia Cathecumeni. Græcis est Liturgia, Syris, aliisque Orientalibus dicitur Korban, vel Korbano, idest oblatio, & legitur *Matth.* 27. Amira *de præstantia linguæ Syriacæ*.

Est autem Missa Sacrificium Corporis, & Sanguinis Christi, sub speciebus panis, & vini, ad ejusdem Christi memoriam, Trid. *sess.* 22. *cap.* 1. *de Sacrificio Missæ*, *cap. firmiter*, *de Summa Trinit.* Ut verò hæc Christi memoria solemni ritu celebretur, ab Ecclesia quædam exiguntur, ut Sacerdos, sacræ vestes, Ecclesia consecrata, vel saltem benedicta ritu publi-

Digitized by Google

blico; nisi quandoque propter necessitatem fiat subtentorio, vel alio loco honesto, ara lapidea, calix, patena, duplex saltem lumen, Crux, & id genus alia; itaut per calicem intelligatur sepulchrum, & patenam lapis, & per corporale, ut vocant, Sindon, quo Corpus Domini fuit involutum, in *Compendio Theolog. veritatis lib. 6, cap. 18.*

Ex communi sententia tres censentur Missæ partes, Oblatio, Consecratio, & Consumatio, cum omne Sacrificium totidem partibus constet, ubi oblatio habetur, saluti præparatio, consumptio tanquam complementum; nam res principalis est consecratio, D. Th. 3. 80. *art.* 12. *ad* 3. & *q.* 82. *art.* 4. Unde probabilis est eorum sententia, qui docent Sacerdotem in mortali peccato sacrificium istud peragentem, unum, duntaxat peccatum committere; quia omnes tres istæ partes unum sacrificium constituunt, & ad unam actionem tendunt. Sed verius est, duplex peccatum committi; unum, quia indigne sacrificat alterum, quia indigne Sacramentum suscepit, obicem gratiæ opponens; nam sacrificium, uti tale est, non ordinatur directe ad gratiam conferendam.

Olim in Ecclesia erant diptycha, seu tabulæ duæ, in quarum una erant Episcoporum nomina, qui pie vitam clausissent, in alia viventium: quæ nomina inter sacrificandum legebantur, ut patet ex epistola Episcoporum Ægypti ad Anatolium Episcopum C. P. in 3. *par. Concilii Chalcedonensis.* In his etiam mentio habebatur de Imperatore, aliisque qui de Ecclesia benemeriti essent, Joann. Stephanus Durante *de ritib. Eccl. cap.* 43. Angelus Rocca in *annotationib. ad librum Sacramentorum D. Gregorii*, Rosvvedius in *Onomastico.*

Valor Missæ triplex est. I. Universalis ex Eccle-

Digitized by Google

fiæ intentione applicandus pro omnibus fidelibus servata personarum prærogativa, scilicet Summo Pontifice, Episcopis, Regibus, cæterisque Superioribus, & Christianis. II. Est specialis pro eo, qui eleemosinam ad sacrificium erogat, aut pro eo, cui Sacerdos speciatim prodesse velit. Ultimus est valor medius, in beneficium ipsius Sacerdotis, late Fratinellus *de obligatione Sacerdotis.*

Hinc patet I. qua ratione sacrificium istud dicatur infiniti valoris, respectu scilicet eorum, quibus prodest, quia non tot prodest, quin pluribus prodesse possit, si plures nimirum adessent homines, in infinitum: quod Scholæ infinitum syncategorematicum vocant, scilicet finitum actu, infinitum potentia. Ita quoque ratione Christi, qui offertur, est infiniti valoris, vel saltem summi, quo major excogitari non possit.

II. Patet sacrificium non modo esse propitiatorium pro impetrando bono motu contritionis, vel amoris, ut resurgatur a peccatis; sed præterea esse satisfactorium pro pœnis, ut inde etiam animis fidelium in Purgatorio existentibus prosit; Trident. *sess.* 22. *cap.* 2. D. Th. 3 *par. q.* 79. *art.* 7.

III. Id sacrificium directe non applicari pro hæreticis, & excommunicatis. Sunt tamen, qui velint posse Sacerdotem in secretis Missæ orationibus pro ipsis precari, quasi spiritualem eleemosinam elargiendo: immo etiam posse in publicis ejusdem orationibus intentionem tantum dirigere pro excommunicatis, ut eos Deus convertat. Ita Filliuc. *to.* 2. *tract.* 12. *cap.* 2. *n.* 51. post Durand. Palud. Gabriel. & alios. Verum Ecclesia in die Parasceves, tanquam pia mater pro hæreticis, & excommunicatis orat, quo tempore excommunicationem suspendit, ut re-

sipi-

Digitized by Google

spiscant, Sotus in 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 4. Bellarm. *lib.* 2. *de missa cap.* 6.

Porro hic nonnulla circa eleemosinam Sacerdotis notanda sunt. Itaque nequit Sacerdos Sacrificium applicare pro eleemosinis, quæ deinceps sibi elargientur. Verum si beneficiatus fuerit, vel Cappellanus, potest ante solutionem Missam celebrare, Diana post multos *to.* 1. *par.* 5. *tract.* 13. *de Sacrificio Missæ.*

Quidam olim bis in die offerebant, semel mane, semel vesperi, ut patet ex D. Cypriano *ep.* 63. quod adhuc suo tempore quibusdam in usu fuisse die Cœnæ Domini testis est August. *ep.* 118. Hæc consuetudo sublata est ab Honorio III. in *cap. te referente, de celebrat. missar.* At ex Decreto Theleſphori S. Pontificis nocte Natalis Domini tres Missæ celebrantur. Vide Jacobum Pamelium ad Cypr. *loc. cit.*

Ulterius nequit Sacerdos pro toleranda commode vita, aut libris emendis, plures eleemosinas accipere, & pro omnibus unico Sacrificio facere satis, ut ex Decreto Urbani VIII. declaratum est; ex quo, & illud constat neque posse Sacerdotem partem valoris Sacrifici sibi debitam alteri applicare, & concedere, eleemosina recepta, ut est apud Dianam *d. par.* 5. *tract.* 44. *resol.* 45.

Tandem Sacerdos ad celebrandum eleemosina electus, si alium pro se substituat, nequit eleemosinam diminuere, alias peccat, & ad restituendum obligatur; nisi forte pinguior eleemosina elargita fuerit priori Sacerdoti intuitu personæ, ut si consanguineus sit, vel amicus, aut ratione beneficii: aut si posterior Sacerdos sciens prudens id remiserit, Villalobos in *Summa par.* 1. *tract.* 8. *difficult.* 15. & *seqq.*

Digitized by Google

De Extrema Unctione.

TIT. VII.

HActenus visum est de Sacramentis necessariis ad ingressum Ecclesiæ, uti est Baptismus, item de necessariis ad progressum, ut Confirmatio, Pœnitentia, & Eucharistia: reliquum est, ut dicamus de iis, quæ ad egressum ab Ecclesia sunt constituta, ut Extrema Unctio, seu Oleum, quo fideles in extremo agone luctantes unguntur.

De tempore institutionis valde ambigitur. Suarez hic *disp.* 39. *sect.* 1. putat fuisse insinuatum *Marci* 6. cum de duodecim Christi discipulis dicitur: *Ungebant oleo multos ægros, & sanabant.* Meminit D. Jacob. *epist. canon. cap.* 5. *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum; ungentes cum oleo in nomine Domini, & Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei,* Trident. *sess.* 14. *de hoc Sacramento, can.* 1.

Definitur, ut si Sacramentum Unctionis, quod certa verborum forma in certis corporis partibus infirmi, probabiliter de vita periclitantis applicatum, salutem animæ, & corporis, sublatis impedimentis designans, & efficiens, Suarez *loc. cit. sect.* 1. & 2. Maldonatus *de extrema unct. q.* 1. Distat autem hæc unctio a reliquis; nam Baptizatus ungitur in vertice, in fronte, inter scapulas, & in pectore: Confirmatus in fronte: Sacerdos in manibus: Episcopus in capite, & manibus, *tot. tit. de Sacra Unctione*. At verò in hoc Sacramento unctio fit ad oculos ad aures, ad nares, ad os, ad manus, & ad pedes. In viris etiam ad lumbos.

Di-

Digitized by Google

Distat etiam in effectu, qui hic est sanitas, quæ duplex est. Una principalis, seu ab infirmitate spirituali, quæ contrahitur per peccata venialia, quibus anima debilis efficitur, insuperque per ipsum excitatur fiducia Divinæ Misericordiæ; alia secundaria quæ est corporis, quæ ubi saluti animæ expedierit, consequitur, Trident. *sess.* 14. *hoc tit. cap.* 2.

Tandem distat, quod conferatur ægrotis pessime laborantibus, ita tamen, at adhuc sint mentis compotes, ad hoc ut reverenter Sacramentum suscipere queant, & concipere fiduciam Misericordiæ Divinæ D. Th. in 4. *dist.* 24. *q.* 2 *art.* 3. Quare non datur amentibus, nisi lucida intervalla habeant, qui ut non sunt capaces Sacramenti pœnitentiæ, ita nec istius, quo pœnitentia veluti consumatur, & perficitur, quod idem est in pueris ante annos discretionis, Suarez *loc. cit. disp.* 42. *sect.* 1. Pariter non impartitur sanis, licet in periculo mortis, ut sunt capite damnati, navigantes bellatores, sed si miles letale vulnus acceperit, quia tum jam est æger, recte Sacramentum istud accipit, Navarr. in *summa*, *cap.* 22. *n.* 13. Suarez, *d. disp.* 42. *sect.* 2. *n.* 6. Camerota hoc *tract. cap.* 5. *dub.* 2. Cæterum si quis cæcus a nativitate sit, vel surdus, poterit ungi, quia facile, saltem in quantum ad voluntatem, potuit per eos sensus peccare. Immo dari potest adulto in mortis discrimine baptizato, quia urgetur magnis certaminibus, indigetque hoc Sacramento, ut post Palud. Sylv est. & allos docet Camerota *loc. cit. dub.* 3.

Materia Extremæ Unctionis est Oleum Olivarum Benedictum, *cap. ult. de Sacra Unctione*, Trident. *sess.* 14. *cap.* 1. itaut benedictio sit de substantia Sacramenti, juxta D. Th. in *additionib. ad* 3. *par. q.* 29. *art.* 6. etsi Cajetanus dixerit esse tantum de præcepto. Hæc be-

Digitized by Google

benedictio impartitur ab Episcopo in die Cœnæ; sed probabile est a S. Pontifice posse benedicendi potestatem simplici Sacerdoti delegari, Scotus in 4. *dist.* 7. *q.* 1. Verum tamen est, in gravi necessitate posse huic oleo benedicto, aliud non benedictum immisceri, cujus tamen minor pars sit, ut minus dignum trahatur a majus digno, *argum. ex cap. quod in dubiis, de consecr. Eccles. & can Præsbyteros, dist.* 95.

Quod si inunctio sit oleo anni præteriti, valida erit, sed non licita: peccatum vero erit veniale, Diana post alios hic *resol.* 176.

Forma ex Ecclesiæ usu, & antiqua traditione est, *per istam Sanctam unctionem, & piissimam misericordiam; indulgeat tibi Deus quid quid per visum deliquisti: In nomine Patris, &c.* atque ita per singulos sensus. Ubi primo notandum, formam hanc ex omnibus Sacramentis solam esse institutam per modum deprecationis, juxta verba D. Jacobi jam recitata. II. Invocationem Divinæ Triadis non esse de Substantia, ut nec unctio in speciem crucis, cum possit, quocumque modo fieri. Ita Suarez, Filliucius, & alii cum Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 178. contra Sylvestrum Nuñez, aliosque post Gloss. in *can. numquid. dist.* 5. *de consecr.*

Minister ordinarius est Presbyter, ut in *epist. D. Jacobi* 5. ubi Presbyteri non sunt seniores populi, ut Seldrenus de Synedriis cum hæreticis somniat, sed qui ordinem Sacerdotalem habent, Trident. *sess.* 14. *cap.* 3 & 4. & ratio est, quia Presbyteri sunt instituti tanquam mediatores inter nos, & Deum, ut propterea recte ipsi soli, & non alii, neque etiam necessitate urgente ad hoc Sacramentum admittantur. Cæterum quoniam Parochis est cura animarum speciatim demandata, ideo ipsi præ cæteris ad hanc rem sunt electi,

Digitized by Google

lecti ; nisi de ipsorum licentia alter Sacerdos administret : & satis est, si hujusmodi licentia saltem sit interpretata, ut quia Parochus adesse non potest, vel injuste non vult, quibus casibus Sacerdos quicumque non solum licite administrabit, sed ex charitate tenebitur, Cajetan. *v. excommunicatio 64.* Enriquez, Laiman, & alii post Canonistas in *Clem. 1. de privilegiis*, quo in textu licet excommunicentur regulares extremam unctionem inscio Parocho administrantes, tamen id necessitate urgente non procedit, Camerota hic, *dub. penult.*

Durante eodem morbo, nec variato statu infirmi, hoc Sacramentum non iteratur ; alias recte iteratur, Trident *loc. cit.* Cathechism. Rom. in hoc *tit.* D. Th. in *additionib. ad 3. par q. 33. art. 1. & 2.*

Tandem hoc Sacramentum non obligat ex necessitate salutis, neque ex præcepto Juris Divini, quod nusquam est expressum, sed ex præcepto Ecclesiæ, si facile haberi possit, Camerota *dub.* 10. imo quidam docent, posse sine contemptu omitti Petr. Sot. *hoc tit. sect. 2.* Villalobos *to. 1. tract. 10. diff. 5.* Diana *loc. cit. resol. 170.* Publicis pœnitentibus inter moriendum denegatur extrema unctio, ut patet ex *epist.* Innocentii I. ad *Decentium, cap. 8.*

De Ordine.

TIT. VIII.

HActenus de Sacramentis necessariis, nunc de spontaneis videndum est ; inter quæ primum locum habet Ordo, de quo tamen multa explicata sunt libro I. ideo hic tantum de Ordinis substantia agendum est.

Est

Digitized by Google

Est itaque Ordo Signaculum Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur Ordinato. Ita Lancellotus hic post Magistrum in 4. *dist.* 24. Dicitur Signaculum, quoniam Ordo est unum ex Sacramentis, quibus character in anima imprimitur, & signatur, ut supra in *tit. de Sacramentis in genere* diximus.

Dicitur, quo spiritualis potestas, hoc est potentia activa ad Christi Corpus conficiendum; ex quo Ordo distat a reliquis Sacramentis, in quibus tantum potentia passiva tribuitur. Unde a Soto 3. de *Just. & Jure* 24. clarius ita definitur, Ordo est Sacramentum, quo potestas spiritualis significatur, & traditur in ordine ad Christi Corpus conficiendum.

Hinc Theologi colligunt, primam tonsuram Ordinibus non accenseri, quia per eam nulla potestas Clerico confertur, sed solum capacitas, & dispositio ad Ordines. Verum Canonistæ primam tonsuram Ordinem faciunt; primo quia in *cap. contingat, de ætate, & qualitate*, vocatur ordo: ibi: *Per primam Tonsuram juxta formam Ecclesiæ datam a talibus* (Abbatibus) *Clericali Ordo confertur*. Secundo, quia ipsa etiam irreiterabilis est.

Hinc Gloss. in *cap. eos, de temporibus ordinat. in 6.* docuit Episcopum, qui primam tonsuram subtido non suo conferat, sine proprii Episcopi licentia, intelligi suspensum, juxta dispositionem *d. cap.* Quod sequuntur Barbosa, Bonacin. & alii contra Villalobos, Riccium, aliosque apud Dianam *par. 3. tract. 4. resol. 194.*

Ordo imprimit caracterem, nec iterari potest, & declaratum a Gregorio I. dum Ordines Baptismo compareat, 2. *epist.* 32. & habetur in *can.* 1. *dist.* 68.

Dubium tamen est utrum olim Ecclesia reordinationes probaverit. Et oritur dubium ex *Epistola Synodica Concilii Nicæni*, ubi Præsbiteros, & Episcopos a Me-

Digitized by Google

Meletio ordinatos iterum ordinari jubet in hæc verba : Eos vero, qui ab ipso constituti sunt, *Sanctiore ordinatione confirmatos ad communionem admitti* Meletius hic Episcopus Kysopolis in Thebadie fuerat, & cum multa contra leges Apostolicas feciſſet, adeoque diis Gentium sacrificasse argueretur collect. Synodo a Petro Alexandrino Episcopo esset depositus (viginti plus minus annis ante Concilium Nicænum, ut scribit Athanasius in *Apologia adversus Arianos*) non destitit tamen Ægiptum perturbare, hac inter cætera Præsbiteros, & Episcopos ordinare, Valesius in *6. can.* Concilii Nicæni *cap. 6.* vide in *cap.* 10.

Jam satis constat, Episcopum depositum valide, quamvis non licite ordinare cum ordinem, & caracterē non ammittat, prorsus ut si restituendus sit, iterum non cōsecretur, sed solum corā altare de manibus Episcoporum recipiat orarium, baculum, & annulum *Can. Episcopus Præsbyter* 11. *q.* 3. Consensiunt Theologi cum D. Th. 3. *par. q.* 82. *art.* 8. Cur ergo qui valide ordinati a Meletio fuerant, Concilium Nicænum iterum ordinari jubet.

Maxima sane difficultas est. Nam primum negari non potest χειροτονίαν, qua voce Concilium utitur, nihil aliud significare, quam ordinem. Deinde μυστικωτέρον cum addit, satis ostendere videtur ordinis Sacramentū hic intelligi. A quibus nodis cum se explicare non posset H. Valesius, qui jussu Cleri Gallicani Græcos historiæ Ecclesiasticæ Scriptores in latinum Sermonem vertit, eo adductus est, ut crederet Ecclesiam illis temporibus reordinationes non improbasse. Quod confirmat ex eo, quia Theodorus Catholicus Episcopus Urbis Oxirinchi reordinavit Presbyteros, & Diaconos partis Meletii; secutus scilicet, ut Valesius addit, Decretum Synodi Nicænæ. Constat id ex libello præ-

Digitized by Google

præcum, quem Marcellinus Præsbiter obtulit Theodosio Imperatori *pag.* 83.

Sed nefas est hæc de doctissimis, Sanctissimisq; Niceni Concilii Patribus supponere. Nam si Valesii interpretatione audimus alterutrum fiat, necesse est: Concilium, aut putasse Episcopum depositum valide ordines non conferre; aut putasse, ab ordinis Sacramento characterem non imprimi. Quorum utrumque absurdum est.

Quid ergo dicemus? Tota sane difficultas pendet ex interpretatione verbi χειροτονίας, quod ordinationē Sacramentalem semper denotare Valesius putat. Verius tamen est, aliquando pro ordinatione non Sacramentali, & benedictione poni, quamvis id Valesius neget. Probatur hoc ex Concilio Chalcedonense *can.* 15. cum Diaconissam esse ordinandam post annum quadragesimum ait. Non enim hoc dici nullo modo potest Diaconissæ aliquem Sacrum Ordinem impartiri: quippe iste Cataphrygum, quorum auctor Montanus, error fuit, qui ex eo, quod immediate post Diaconos agit D. Paulus 1. ad *Timotheum* 5. de Mulieribus, putarunt posse mulieres ita ordinari, ut Sacrum Diaconatus ordinem reciperent, ut refert D. Ambrosius ad recitatum Apostoli locum. Hinc fit ut χειροτονία, in Diaconissis ordinem Sacerdotalem denotare non possit, sed eam ordinationem, quæ benedictioni æquivalet.

Eo modo accipiemus Concilium in *Trullocan.* 14. ubi ait: *Neq; Diaconissa ante quadrag. annum ordinetur.*

Non est dissimile, quod disputant Canonistæ circa Manus impositionem, quam etiam in Diaconissis adhibitam fuisse constat ex eodem Chalcedonensi Concilio *d. can.* 15. Quapropter, ne ullus hic scrupulus reliquus sit, breviter de ea dicere operæ pretium est

Con-

Digitized by Google

Consentimus enim Francisco Turriano, qui impositionē manus in Diaconissis pro benedictione accipit. Multiplex est enim manus impositio, ut accurate tradit Hincmarus Rhemensis Episcopus in *libro de variis capitulis Ecclesiasticis*, *cap.* 16. vide apud Arcudium *de Confirmatione cap.* 1. *pag.* 60.

Urgent etiam verba D. Augustini 3. *de Bptismo, contra Donatistas*, relata in *can. manus impositio* 1. *q.* 1. quæ habent: *Manus impositio non sicut Baptismus, repeti non potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super hominem?* Dices enim ordines conferuntur per manus impositionem: quare ordinum collatio Græcis dicitur, *manus extensio* sicut etiam *impositio manus*. Et contra Dominicum Sotum disputant Bellarminus *tom.* 2. *lib. de Sacrum. ordin. cap.* 9. & omnium latissime Petrus Arcudius vir de re Christiana optime meritus in *tract. de Concordia Ecclesiæ Occidentalis, & Orientalis, lib.* 6. Ergo cum ex D. Augustino manus impositio iterari possit, poterunt & ordines reiterari.

Urgeant sane hæc, si manus impositio unius modi esset. At cum ea multiplex sit, videndum de qua potissimum D. Augustinus senserit. Hincmarus Rhemensis Episcopus in *libro de variis Capitulis Ecclesiasticis*, *cap.* 16. luculenter de hac re tractat.

Urgent etiam, quia Clerici, ubi erant ordine moti, & depositi, dicebantur in laicorum ordinem detrusi. Ita Theodorum Episcopum Oxirinchi putasse habetur ex Marcellino, cujus verba vide apud Valesium, D. Basilius in *epistola ad Amphilocium can.* 3. Diaconus post diaconatum scortatus, a Diaconatu motus esto, hoc est in laicorum locum detrusus, a communione ne arceto. Apud Arcudium *pag.* 346.

Utrum vero omnes ordines Sacramenta sint non convenit inter omnes. Et primo Episcoporum con-

se-

Digitized by Google

secrationem esse Sacramentum, jam fere communis sententia est, ut ait Ægidius Coninch. *de Sacramentis, disp.* 10. *dub.* 6. *num.* 43. imo Petrus Sotus *lect.* 4. *de Sacramento Ordinis*, negantes putat esse hæreticos; & moventur ex eo; quod qui docent Episcopatum non esse verum Sacramentū, fundantur in eo, quod volunt Episcopos a Presbyteris non distingui: quod falsissimum esse patet ex Trid. *sess.* 23. *can.* 7. *Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, Anathema sit.*

II. Subdiaconatum non esse Sacramentum habet Gratianus *dist.* 21. *in fine* 1. §. & Magister in 4. *dist.* 24. §. *septim. in fine.* Itaque volunt hanc ordinatio non esse Sacramentum, sed Sacramentalem, disponens ad ordinem, & Sacerdotium; differentia est, quod Sacramentum institutum a Christo, sacramentale verò ab Ecclesia Alex. III. in *cap. miramur, de Servis non ordinandis*, ita de Subdiaconatu loquitur. *Nam licet Sacer Ordo non reputatur in Ecclesia primitiva: tamen a Constitutione Gregorii, atque Urbani, secundum moderna tempora, Sacer gradus esse minime dubitatur.* Ita quoque in *cap. a multis, de ætate, & qualitate.* Ubi notandum eum dicitur, *Non reputatur Sacer*, cum Gloss. in *cap. super eo, v. dispensare, & v. Sacros, de bigamis*, ita explicari, *Non erat Sacer*: at alii magis cōmuniter dicunt fuisse sacrum licet non reputaretur.

Concilium Trident. *sess.* 23. cum *can.* 2. statuerit, præter Sacerdotium, dari alios Ordines, Majores, & Minores tum *can.* 3. subdit Ordinem esse Sacrum.

III. Communis opinio est, Diaconatum esse Sacramentum, cui opinioni non repugnant, nisi Durandus in 4. *dist.* 24. *q.* 2. *art.* 1. & Cajetan. *to.* 1. *opusc. tract.* 11. quorum rationes qui evidenter diluat, erit magnus Apollo; ut ait Caramuel in *Theolog. fundament. num.*

Digitized by Google

num. 2057. qui tamen deinde a communi opinione non discedit.

IV. Primam Tonsuram non esse Sacramentum, imo nec Ordinem Minorem, docent communiter Theologi apud Coninch. *disp.* 20. *num.* 3. & 9. sed esse tantum dispositiones ad res Sacramentales.

De Sacramento Matrimonii.

TIT. IX.

Cum Septem seqq.

QUandoquidem plurima de Matrimonio, deque iis, quæ ad ipsum pertinent, explanari hodie solent *lib.* 1. *Instit. Civil. tit. de justis nuptiis*; ideo non est, cur hic longam moram trahamus repetendo, quæ ibi exposita sunt, præsertim temporis angustiis undique urgentibus.

De Sponsalibus.

MAtrimonia præcedunt Sponsalia, quæ sunt futurarum nuptiarum conventio, & repromissio, *l.* 1. *ff. de sponsalib.* dicta a spondeo; nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi uxores futuras, *l.* 2. *eod.* licet autem etiam hodie stipulatio queat interponi, tamen necessaria non est. Poterit autem Judex non solum admonere, sed etiam censuris cogere ad matrimonium contrahendum, quoties quis a sponsalibus injuste recedere tentat; modo coactio non sit præcisa; propterea si nihil censuris obstantibus nolit sponsus, vel sponsa contrahere, nequit ulterius cogi, ne matrimonii libertas violetur, *argum. ex cap.* re-

Digitized by Google

requisivit, de sponsalibus, Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 206. Ubi notandum, quod si quis ficte sponsalia contrahat, non obligatur, ex communi, Sanchez *tom.* 1. *de matrimonio lib.* 1. *disp.* 9. *num.* 1. etsi teneri saltem ex fide, doceat cum aliis Pontius *lib.* 2. *cap.* 7. & *lib.* 12. *cap.* 2. Ulterius sponsalia olim per concubitum, vel transductionem solemnem transibant in matrimonium, *d. cap. is qui fide, cap. veniens*, & *cap. ult.* Quod hodie sublatum est, Trident. *sess.* 24. *cap.* 1.

Contrahuntur sponsalia pluribus modis. I. re, dando pro arrha annulum, vel quid aliud mulieri, *can. fœminæ* 30. *q.* 5. II. verbis mutuam repromissionem comprehendentibus, *cap. is qui fidem, cap. si inter eod.* III. per Procuratorem Nuncium, Literas, *cap. ult. de procuratoribus in* 6.

Ad sponsalia satis est, ætas doli capax, hoc est post septennium, *cap. un. de desponsat. impuberum in* 6. quod septennium completum esse debet, Sanchez *loc. cit. disp.* 16. Pontius *d. l.* 12. *cap.* 5. Verum quidam probaliter docent, si doli capaces sint, posse sponsalia contrahi 3. vel 8. diebus ante complementum septennii. Vide Dianam in *supracitata resolut.* 274. & Bonacin. hic *q.* 1. *punct.* 4.

Quod si infantes sint rectè parentes, imo & tutores pro ipsis contrahent, dummodo ipsi post infantiam re, aut verbis id, quod ipsorum nomine gestum est, comprobent, *d. cap. un.*, & *can. ult.* 3. *q.* 2.

Tandem dissolvuntur sponsalia. I. ipso Jure contrahendo matrimonium cum altera, *d. cap. is qui fidem, cap. veniens, cap. si inter cap. sicut, de sponsalibus*, per professionem religionis, imo per solum ingressum. Vide Navarr. *cap.* 22. Tolet. *in* 7. *cap.* 21. ut etiam est per susceptionem Sacrorum Ordinum, Diana *resol.* 208. III. per concubitum, vel actus impudicos a spon-

Digitized by Google

ſponſa cum alio habitos, Coninchus *de Sacramentis, diſp.23.dub.7.num.56.* Vide Dianam *reſol.283.* IV. ob gravem morbum lepræ, aut ſimilem, imo ſi alter fœde deformis evadat, vel pauper, Canoniſtæ in *cap. quemadmodum, de Jurejur.*

Quamvis autem ſponſalia non diſſolvantur ſponſalibus; ſi tamen cum ſecunda ſponſa interveniat concubitus, hæc ad damnum reſarciendum duci debet. Pontius *loc. cit. cap.14.* & communiter contra Sanchez, & alios oſtendit Diana *reſolut.210.*

De Nuptiis.

NUptiæ, ſeu Matrimonium definitur: eſt Sacramentum conjunctionis viri, & mulieris individuam vitæ conſtitutionem continens. D. Th. & cæteri Theologi, definiendo ſcilicet matrimonium non in genere, quatenus omnibus convenit gentibus, tunc enim diceretur ſimpliciter conjunctio viri, & mulieris, &c. ſed ſolum quatenus inter Chriſtianos celebratur, inter quos nequit eſſe matrimonium, quin idē non ſit Sacramentum: quippe Chriſtus rationem contractus elevavit ad vim, & naturam Sacramenti. Matth.10.cum dixit: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*; unde non opponentibus obicem Gratia Sanctificans confertur, ut in Trident. *ſeſſ.7.cap.1.* Adverſus tamen, conjunctionem hic non intelligi corporum, ſed animorum, & ſubſtantialiter ſolo conſenſu utriuſque compleri; conſenſus enim facit nuptias, non concubitus, *l. nuptias, ff de ritu nuptiarum.*

Quamvis ergo ex natura rei matrimonium tendat ad ſuſcipiendam prolem, & ad remedium concupiſcentiæ; tamen expreſſus conſenſus de concubitu non exigitur, ut qui non eſt per ſe ſubſtantialis ma-

Digitized by Google

trimonio, licet per eum ſoleat perfici, & conſummari. Sicuti è diverſo non debet expreſſus a concubitu diſſenſus adeſſe: ſed poteſt ita matrimonium contrahi, ut a conſenſu, & diſſenſu a concubitu præſcindatur; quo circa Beata Virgo verum omnino contraxit matrimonium, nec propterea votum caſtitatis, quod fecerat, ulla ex parte violavit. Late Theologi poſt D. Th. in 4. *diſt.* 29. & 3. *par. qu.* 28. *art.* 4. Vaſq. *to.* 2. in 3. *par. diſp.* 123. *cap.* 6. & 7. & contra hæreticos probat Valdenſis *tom.* 2. *de Sacramentis*.

Hic conſenſus præſtari poteſt non modo per ſe, ſed etiam per Procuratorem, quia Sacramentum retinet adhuc vim & rationem contractus: quare ſicuti contractus cæteri, ita matrimonium poteſt per Procuratorem perfici. Nec intereſt, utrum Procurator ſit maſculus pro uxore, & fœmina pro viro, cum non repreſentent ſeipſum, ſed alium; proinde duo maſculi Procuratores, aut duæ fœminæ recte pro aliis matrimonium celebrabunt, ut poſt multos Diana, *par.* 7. *tract.* 4. *reſol.* 250.

Verum ad Procuratorem in hac re conſtituendum exigitur non modo ſpeciale mandatum cum expreſſa mentione talis fœminæ, vel talis viri, cum quo matrimonium eſt ineundum; ſed præterea ut non ſit revocatum, antequam Procurator contrahat: nam ſi mandatum ſit jam revocatum, & id Procurator ignoret, tamen matrimonium deinde contractum nullius erit momenti, licet ſit de cæteris contractibus, *cap. ult. de procur. in 6.* ubi Canoniſtæ monent, id ſpeciatim receptum eſſe ob gravem matrimonii conditionem.

Duo hic queri ſolent. I. Si Mandator, antequam ſuo nomine contrahatur, fiat furioſus, vel demens, an morbo eo durante valide conſtitutus Procurator

recte

Digitized by Google

rectè matrimonium contrahat? Et licet Basilius Pōtius in hoc *tract.lib.2.cap.12.n.14.* neget; tamen verior est contraria sententia, matrimonium valere; nam semper mandati recte adimpletur, quoties non est revocatum, ut est in casu nostro. Ita cum Sanchez, Enriquez, & aliis docet Bonac. hic *qu.2.pun.5.n.13.*

II. An matrimonium per Procuratorem contractum sit statim Sacramentum, ante ratihabitionem conjugum? Et magis communiter responsum est, utique esse; quia matrimonium sub eadem ratione contractus est Sacramentum: quare sicuti per Procuratorem gestum valet, uti contractus, ita quoque valere debet ut Sacramentum, Can. cum Jo: Andr. in *cap. ult. de Procuratoribus*. Sotus, Covarr. aliique apud Pontium *loc.cit.cap.10.*

Circa materiam, & formam matrimonii, quinque DD. sententias recitat Diana *loc.cit.* ex Navarro *cap. 22. num.10.* Majore in *4.dist.26.q.1.* Victoria in *summa, num.245.* & aliis, quibus addere possis sextam opinionem Parisiensis, qui formam esse Sacerdotis benedictionem, materiam vero contrahentes existimat. Istud magis receptum est, contrahentes esse materiā matrimonii, consensum vero sensibili signo expressum esse formam, quæ videtur esse sententia D. Th. in *addit.ad 5.partem quæst.14.art.5.*

Et probatur, quia, ut jam diximus, matrimonium, in ratione contractus fuit elevatum ad naturam Sacramenti, prorsus, ut quæ est materia, & forma contractus, eadem sit etiam Sacramenti. Sed contractus, quicumque consensu celebrantur, pro materia habent res ipsas, pro forma consensum legitime expressum, ut patet: ergo ita quoque in matrimonio personæ, quæ loco rerum sunt, erunt materia, consensus Jure expressus erit forma.

Digitized by Google

Nec obstat id, quod Parisiensis objicit, a Sacerdote dici, *Ego vos conjungo, &c.* nam his verbis non matrimonium constituitur, sed jam contractum benedicitur, precando a Deo conjunctionem juxta Dei ipsius mandata proinde Sacerdos non est minister hujus Sacramenti, sed ministri sunt ipsi contrahentes generatim assumti, juxta contractus naturam: Quippe si Sponsi coram Parocho consensum præstant, licet Parochus non benedicat, adhuc matrimonium est, ut contra Parisiensem, & alios notat Diana *res.* 254. & contra Toletum, Pontius *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 8.

Quod ad consensum attinet, duo notanda sunt. I. Quamvis Ecclesia in matrimonio consensum verbis expressū requirat, ut de ipso in foro externo certius constet; tamen magis communis sententia docet, valere etiam matrimonium, si etiam qui loqui possunt, consensum non verbis, sed alio signo sensibili exprimant, veluti nutu: propterea verum non est, quod quidam putant, in matrimonio verba esse de essentia, ut in stipulatione, cum certum sit mutos valide matrimonium posse contrahere. Canonistæ per textum in *cap. tuæ fraternitati*, *de sponsalib.* Illud magis dubium est, an qui loqui possunt, & tamen nutu contrahant, peccent; & licet Pontius benigne respondeat nullo modo peccare, quia nusquam in Jure nostro legitur præceptum, ut verbis contrahatur, nec in *d. cap. tuæ fraternitati*, nec in *cap. licet*, *de sponsa duorum*, nec in *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. tamen tutior est eorum opinio, qui peccare eos putant, quia Ecclesia consuetudinem exprimendi consensum verbis approbavit, videatur saltem transisse in ritum: quippe in *dicto cap. licet*, dicitur, *Unus alterum in suo mutuo consensu, verbis consuetis expresse recipiat*; ita ut peccatum esse veniale putet cum multis Sanchez, ubi

Digitized by Google

ubi supra : sed mortale esse docent Rodriquez, Ledesma, & alii cum Sylvio in 3. *par. q.* 44. *art.* 2.

II. Si conjuges taceant, & sinant suo nomine ab aliis responderi Paroco, itaut non impediant, cum possint; cum communis sententia tradit matrimonium valere, non solum in foro interno, si scilicet interne ipsi conjuges consenserint, sed etiam in externo, Sylvio, *v. matrimonium*, *q.* 7. Navar. *loc. cit.* aliique. Quod si interne repugnaverint, matrimonium in foro conscientiæ nullum est, quamvis in foro externo habeatur ut validum. Quo casu idem Nav. tradit a Pio V. declaratum, non opus esse iterum contrahere coram Parocho, sed satis esse ad validitatem matrimonii, si conjugum deinde consensus superveniat.

De Divortiis.

NUnc de Divortio. Olim de Jure Hæbraico, propter duritiem cordis ipsis licebat matrimonium etiam inquantum ad vinculum dissolvere: quod pariter de Jure naturali receptum fuit; tamen hodie nullo modo matrimonii vinculum dissolvitur, nec etiam per adulterium, ex verbis Christi Matth. 19. *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur*, Trid. *sess.* 24. *can.* 7. Excipe in matrimonio rato, non consummato, quod per solemnem Religionis professionem alterius conjugis dirimitur, ut in *cit. Trid. can.* 6.

Itaque matrimonium solummodo solvi potest inquantum ad torum, seu cohabitationem, ex justis causis.

1. Ob sævitiam viri, qui uxorem in grave vitæ

Digitized by Google

discrimen adducat; viro enim modica tantum coercitio licet, *cap. literis, de restit. spoliat.* Itaque in nimia sævitia dos, & jura dotalia uxori restituenda sunt, ut inde extra domum viri se alere possit. Quod si uxor ipsa nimis sæva sit, non nisi alimenta consequitur, Riccius in *prax. matrimoniali, dec.* 235. Idem prorsus est, si vir se inebriando, pessime uxorem accipiat, aut contra, Molfesius *Cons. Neap. tom.* 1. *par.* 6. *q.* 5. Item si unus conjugum alteri insidias tendat, Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. ubi ait, quod si periculum sit in mora, potest alter conjux propria auctoritate etiã sine permissu Judicis discedere, Reginald. *lib.* 31. *num.* 316. Tandem idipsum est ob odium capitale etiam ex conjugis culpa, Cavalcan. *dec.* 18. Riccius *loc. cit. dec.* 335.

II. Ob conjugis morbum, puta si fuerit tabidus, seu phthisicus, aut oris graveolentia laboret, Borgninus *dec.* 18. Riccius *dec.* 236. qui id ad morbum gallicum, & ad maleficium, ob quod concubitus impediatur, extendit.

III. Ob viri lenocinium erga uxorem, aut si viros procaces in domum inducat, qui solicitent uxorem, & rogatus idem facere perseveret, Reginald. *loc. cit. num.* 318. Molfesius *d. par.* 6. *q.* 5. Idipsum est, si a viro ad nefariam turpidinem sollicitetur. Vide Gratian. *decis.* 28. Farinacc. *decis.* 178.

IV. Fit tori separatio ob adulterium tam uxoris, quam viri, *ca. significasti, cap. ex literis, cap. gaudemus, de divortiis*; tamen in foro externo non fit isthæc separatio ad adulterium viri, nisi hic secum adulteram, veluti concubinam retineat, Molfesius *d. q.* 5. ubi & illud generatim advertit; quod si divortium fiat culpa viri, filii educandi sunt apud uxorem innocentem (cui præterea restituitur dos) impensis viri,

Digitized by Google

ri, seu de viri bonis : contra, sunt educandi filii apud virum, expensis uxoris, cum divortium accidit culpa uxoris.

De Rebus Sacris, Sanctis, & Religiosis.

TIT. XVII.

EXplicatis jam Sacramentis, quæ sunt potissima pars rerum Ecclesiasticarum, proximum est, ut cæteras Ecclesiæ res prosequamur. Et primo res sacra dicitur quidquid est, quod Deorum habetur, ut ait Trebatius 1. *de religionib.* Id vero generatim accipi debet; nam pressius apud nos, Sacrum dicitur, quod publico & solemni ritu Deo dicatum est, Peguera *dec.* 24. Decian. *lib.* 6. *crimin. Rubrica de sacrilegio, cap.* 6. uti sunt Templa, Sacerdotes, Monachi, Moniales, Calices. Olim apud Romanos hæc dedicatio fiebat etiam per Principes, *l. sacra, §.* 1. *ff. de acq. rer. dom.* hodie vero potestas non est, nisi apud Pontifices, seu Episcopos, & Abbates nonnullos regulares, Hostiens. in *rubr. de crimin. sacrilegii, n.* 1. Decian. *loc. cit. cap.* 24. *num.* 22. Hinc est, Sacella privata, quæ domi Magnates habent, proprie Sacra non esse, neque gaudere immunitate, neque ibi delinquere, vere Sacrilegium est, *can. Oratorium, dist.* 42. etsi Justinianus in *novella* 58. & 131. Sacella in Ædibus privatis inhibuerit, ut etiam Plato in 10. *de legib.*

Patet etiam vestes, quibus sacrificium celebratur, dona seu tabellas votivas, & cætera hujusmodi rebus Sacris non accenseri. Etsi autem Gloss. in §. *item lex Julia peculatus, Instit. de public. judiciis* dixerit, Thuribulum rem esse sacram; id tamen large accipien-

Digitized by Google

dum est juxta Trebatii definitionem: nam stricte non est publico & solemni ritu Deo dicatum : quare nec Sacrum est, Decian. *cit. cap.* 30. *num.* 19.

Sanctum dicitur, quidquid est inviolabile, a verbo sancire, quod est irrogatione pœnæ ab injuria defendere, quod innuit Ulpian. in *l.* 9. §. *proprie ff. de acq. rer. dom.* etsi Marcian. sub *eod. tit.* in *l. sanctum*, dici putaverit a Sanguinibus herbis, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret, sicuti legati Græcorum ferebant caduceum. Sagmen vero est verberaca, quæ & herba Sacra nuncupata. Quo circa leges sunt Sanctæ, item viri Dei cari, quos violare nefas est: item mœnia urbis, & portæ, *l.* 2. *ff. ne quid in loco sacro*: sed de portis negat Plut. in *vit. Rom.* & in *quæst. Roman.*

Religiosa loca de Jure civili sunt, ubi corpus humanum sepultum est, ut in *titulis de religiosis*, & *sumptibus funerum*, dicta a religione, quæ aliquando metum, ac orrorem denotat, quo animus veluti religatur, & costringitur, Heraldus in *lib.* 4. Arnobii *adversus gentes*. Sed de Jure canonico sepulcra religiosa non fiunt nisi ab Episcopo benedictionem acceperint, ut in *tit. de sepulturis*. Hodie religiosæ domus dicuntur Monasteria, Templa, Ospitalia, Oratoria, ut *in tit decretalium de religiosis domibus*, ut etiam Sacella Magnatum privata, *d. can. Oratorium dis.* 42. Et religiosi viri dicuntur, qui vitam regularem professi sunt per tria vota obedientiæ, castitatis, & paupertatis *can. non dicatis* 12. *q.* 1. *can. qui ingredientibus* 19. *q.* 3. *cap. cum ad Monasterium de statu Monacorum*, de quibus omnibus est agendum.

De

Digitized by Google

De Coſtruendis, Conſecrandis, & Reparandis Eccleſiis, & Altaribus.

TIT. XVIII.

ECcleſiæ nomen hic non uſurpatur pro cœtu fidelium, qui præconio Evangelii ad vitam æternam vocati ſunt; ἐκκλησῶν græcæ ab ἐκκλησία, ſeu convocando dicitur. Sed metonymicæ accipitur pro Templis, ſeu Baſilicis Chriſtianorum, quæ Domus Orationis ſunt, erectæ ſpeciatim ad Miſſæ Sacrificium celebrandum, quæ extra locum Sacrum celebrari non debet, *can. ſicut, can. miſſarum, diſt. 1. de conſecr.* Unde ſumma Eccleſiis veneratio debetur, & confabulantes in Eccleſia acriter reprehendit D. Ambroſius *lib. 3. de Virginibus*; præſertim, *cum Gentiles Idolis ſuis reverentiam tacendo referant*, ut ipſe ait: quod hodie eſt de Mahomettanis. Præterea D. Paulus 1. *ad Chorinth.* 2. de mulieribus ſtatuit, ut non niſi velato capite Eccleſiam ingrederentur, ſicuti è contrario viros operto capite orare juſſit. De mulieribus idem ſtatuit Linus S. Pontifex ex D. Petri præcepto, ut in Pontificali Damaſi habetur. Tertullianus *de veland. virg. cap.* 17. hæc habet: *Judicabunt nos Arabiæ fœminæ Etnicæ, quæ non caput tantum, ſed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contenta ſint dimidia frui luce, quam totam faciem proſtituere. Vide Baronium ad annum Chriſti 57. num. 84. & ſeqq.* Olim oblationes domi fiebant. Id vetuit Concilium Laodicænum etiam Epiſcopis, *can. 58. Non oportere in domibus fieri oblationes ab Epiſcopis, vel Præsbiteris.*

Ex-

Digitized by Google

Excipe I. in Episcopis itinerantibus, qui ex privilegio celebrare, vel audire missa possunt in loco quovis honesto etiam extra Ecclesiam, si modo id fiat in altari portatili consecrato *cap. fin. de privileg. in 6.* Id hodie verum est, si Episcopus in Diœcesi iter habeat non extra, ut ex Trid. notat hic Riccius.

II. Excipe in iis, qui ex privilegio habent Sacella in Ædibus privatis. Quod privilegium olim impertiebatur ab Episcopis *can. missarum, can. Clericos, dist. 1. de consecr. cap. in his, de priv.* tamen hodie post Concilium Tridentinum id solius S. Pontificis est ut Sacra Congregatio ad idem Concilium declaravit. Vide Navarr. in *Manuali cap. 25.*

Tandem excipe in navigantibus nomine Regis, quibus etiam solet hoc privilegium tribui, ut in ara portatili celebrent.

De Erectione Ecclesiarum.

AD excitandam Ecclesiam, vel Altare exigitur primo Auctoritas, & licentia Episcopi, *cap. pastoralis de priv.* qui si injuste renuat potest adiri Superior, *argum. ex cap. nullus de Iurepat.* Si id faciendum sit in loco exempto, adeundus est S. Pontifex, *cap. auctoritate de priv. in 6.* Abb. *cons. 89. lib. 2.* Item ut ipsemet ad locum accedat, Crucem figat, & aream designet, *§. illud, auth. de Monachis, §. si quis autem voluerit, auth. de Ecclesiastis titulis.* III. Ut Ecclesia erecta ab Episcopo consecretur per unctionem Chrismatis, *cap. 1. §. ungitur, de sacra unctione*: verum quia Ecclesiæ sæpe polluebantur, & difficile erat per eosdem Episcopos reconciliari; ideo ne rerum divinarum celebratio impediretur, introductum est, ut Ecclesiæ,

Digitized by Google

cleſiæ,ut plurimum non conſecrentur, ſed tantū benedicantur per aſperſionem aquæ exorcizatæ, ſcilicet un deinde poſſint per ſimplicem Sacerdotem juſſu Epiſcopi reconciliari,ſi polluantur,Sotus in 4. *tit.* 3.*col.*7.Tandem Epiſcopus permittere non debet Eccleſiam ædificari,niſi prius dotem habeat,ut ſupra in *tit. de Jur.patron.* expoſitum eſt.

Eccleſiæ verò erigi debent cauſa cognita', hoc eſt ob neceſſitatem, vel utilitatem plebis,cum conſenſu Eccleſiæ propinquæ,ſi Parochialis,ſit; debet enim inter unam Eccleſiam, & alteram certum ſpatium patere, de quibus vide Abbatem, & alios in *cap. ad audientiam*,*eod.*in *cap.ad auctoritatem*, *de priv. in 6.* & in *can. præcipimus*, *diſt.* 99. Altare etiam cum conſecratur Chriſmate perungitur, exemplo Beati Silveſtri: & patet *Exodi* 30. Ita quoque cum benedicitur Calix, *d.cap.*1.*§.ungitur.* Sed ſi altare amotum fuerit, vel amotus lapis,ubi ſigillum conſecrationis eſt, vel contractus, hoc eſt enormiter fractus, vel etiam diminutus,Altare denuo conſecrabitur, non etiam Eccleſia, *cap.*1.*&* 3.*de conſecr.Eccl.*

De Pollutione Eccleſiarum.

I. DIcitur pollui Eccleſia, cum intra Eccleſiam humanus ſanguis injurioſe effunditur, *can. Eccleſiis diſt.*58.*can.Eccleſiis*, *diſt.*1. *de conſecr. cap. propoſuiſti*, *de conſecr.* Unde fit, quod ſi ſanguis effundatur in Sacriſtia, non propterea Eccleſia pollueretur, cum non ſit deſtinata directe cultui Divino, ſed ſolum ad veſtium, & ſacrorum vaſorum cuſtodiam, Sanchez *de matr.to.*3.*lib.*9.*diſp.*15. Ita quoque non pollueretur, ſi brutorum ſanguis effundatur, Gloſ.in *cap.*1.*v.ſanguinis*, *de conſecr.* Fit etiam, quia effu-

Digitized by Google

effusio debet esse injuriosa, ut non polluatur, si sanguis sponte sua è naribus effluat, vel menstrua mulieris in terram decurrat, aut si lapis decidens, adstantem vulneret. Item cum sanguis effunditur ab ictu pueri, aut mentecapti, aut si quis cum moderamine inculpatæ tutelæ se ipsum defendendo, alterum in Ecclesia vulneret, Gloss. in *cap.* 1. *de consecr. in* 6. Armilla *v. consecr.* Navarrus late *cap.* 27.

II. Polluitur Ecclesia per voluntariam humani seminis effusionem, Gl. in *d. cap.* 1. *v. humanum*, Sotus in 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 11. Unde est, quod si semen in somnio emittatur, pollutio Ecclesiæ non fiat, Navarr. *loc. cit. n.* 257. Ex concubitu vero inter conjuges neque etiam pollui docent Ledesma *par.* 2. *q.* 66. *art.* 1. *in fin.* Albert. *par.* 2. quam opinionem communem dicit Navar. *d. n.* 257. Illud notandum est, tunc ex semine effuso vero pollui Ecclesiam, & Sacrificia impediri, cum id non occulte accidit, Can. in *cap. proposuisti*, & *cap. Ecclesiæ*, *de consecr.* & *cap. un. eod. in* 6.

III. Ecclesia polluitur, si in ea excommunicatus sepeliatur, *cap. consulisti*, *de consecr.* Navar. *d. cap.* 27. *n.* 57. Idem est, si sepeliatur infidelis, *can. Ecclesiam* 2. & 3. *dist.* 1. *de consecr.*

Tandem si Ecclesia consacretur, vel benedicatur ab Episcopo publice excommunicato, *d. cap. consuluisti*, ubi Abb. & Hostiens.

Reconciliatur Ecclesia consecrata ab Episcopo per aspersionem aquæ solemniter ab eodem benedictæ cum vino, & cinere, *cap. proposuisti in fine*, *cap. aqua*, *de consecr.* At vero si Ecclesia solum benedicta fuerit potest a simplici Sacerdote ex licentia Episcopi lavari aqua ab eodem Sacerdote exorcizata, *cap. fin. cit. dist.* ubi Gl. *v. lavetur.* Cœmeterium verò pollutum se-

Digitized by Google

ſequitur naturam ſui principalis, hoc eſt, Eccleſiæ, itaut ſi pollutum ſequitur naturam ſui principalis, hoc eſt, Eccleſiæ, itaut ſi Eccleſia fuerit conſecrata, Cœmeterium reconciliandum erit aqua ſolemniter benedicta, *cap. conſuluiſti tit. cit.*

De Reparatione Eccleſiæ.

ECcleſiæ Parochiales collapſæ, vel reuntes refici, & inſtaurari debent, procurante, & adnitente Epiſcopo, primo ex fructibus, & proventibus ad eaſdem Eccleſias quocumque modo pertinentibus. II. Si hi non ſint ſatis, onus devolvitur ad patronos, & beneficiatos. III. In horum defecto, Parochiani omnibus remediis opportunis ad id cogendi ſunt, omni quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Tandem his omnibus egeſtate laborantibus, ad Matrices, ſeu viciniores Eccleſias fit translatio; erecta Cruce in area Eccleſiæ dirutæ. Ita ex Trid. *ſeſſ. 21. cap. 7.* In reliquis Eccleſiis onus reparandi eſt Rectoris, *cap. 1. cap. de his, de Eccleſiis ædificandis, can. decernimus 16. q. 1.* Vide late Coſtam *de remediis ſubſidiariis, remedio 106.* Quod vero diximus Eccleſias Parochiales refici primo debere de bonis, quæ ſunt ipſius Eccleſiæ, id intelligendum, ſi eis ſuperſint, ut dicitur in *cap. de his, de Eccleſiis ædif. vel reparandis*: hoc eſt, deductis 100. pro Parocho,

De Unionibus Eccleſiarum.

TIT. XIX.

UNio hic eſt duarum pluriumve Eccleſiarum in unam connexio: quod accidit ob neceſſitatem, vel

Digitized by Google

vel utilitatem. Neceſſitas eſſet, ſi duæ Eccleſiæ adeo ſint egenæ, ut ſubſtentari ullo modo nequeant, vel ſi ipſarum altera ob hoſtium incurſum careat Clericis, & deſolata ſit, *cap. expoſuiſti, de præbendis, cap. 1. ne ſede vacante.* Utilitas dicetur, ſi alicubi Chriſtianorum numerus ſit imminutus, vel ex fructuum tenuitate non poſſit decenter adminiſtrari, *can. unio 10. q. 3. Clem. 1. §. ad hæc, de ſtatu Monachorum.* His ergo caſibus licet Epiſcopo Eccleſias unire, citatis quorum intereſt, capitulo, patronis, aut ſimilibus, & impetrato S. Pontificis aſſenſu, cui inſtrumenta ſuper his rebus confecta, debent tranſmitti, ut in Trident. 24. *cap. 13.* Et ratio eſt, quoniam unio ſpecies eſt alienationis, DD. in *Extrav. ambitioſæ, de reb. Eccleſiæ.* Si verò uniendi ſint Epiſcopatus; id ad ſolum S. Pontificem pertinet, *cap. ſicut unire, de exceſſib. Prælatorum.*

Hæc unio dupliciter fieri poteſt, I. per incorporationem, cum Eccleſia unita aſſumit titulum, & utitur Jure Eccleſiæ, cui unitur, ut omninò ſe habeant, ut unum: veluti ſi Eccleſia ſecularis uniatur Eccleſiæ regulari, & efficiatur regularis ejuſdem ordinis, *cap. cum dilectus, de his quæ vi, metusve cauſa.* Quocirca ſi duo beneficia incorporentur, non exigitur diſpenſatio, ut poſſideri ab eodem queant, Caſſiodor. *dec. 12. de præbend.* Menoch. 2. *de arbitr. cap. 22.*

II. Fit unio ſine incorporatione, itaut fiat tantum translatio ad Clericos, & Rectorem alterius Eccleſiæ: quo caſu prior Eccleſia retinet ſuum titulum, & jura, Rector verò reſidebit, ubi cum majore utilitate, & dignitate reſidere poteſt, *can. exemptiones 16. q. 1.*

De

Digitized by Google

De Immunitate Ecclesiarum.

TIT. XX.

IMmunitas generatim est a muneribus, & oneribus exemptio, *l.1.ff.de Jure immunit.* Sed hoc loco immunitatem large accipimus pro quolibet Ecclesiarum favore indulgentia, rigoris remissione, & privilegio, ut Lancellottus hic *in princ.* Et hæc triplex est, localis, personalis, & realis. Personalis est, ut personæ Ecclesiasticæ omnes, quæ non nisi altari, & sacrificiis deservire debent, ut in *tit.ne Clerici, vel Monachi*, per totum sint ipso Jure ab onere tutelæ, vel curæ immunes, *can.generaliter 16.q.1.can.fin.dist.88.* nisi forte Clericus in Sacris constitutus velit viduarum, aut orphanorum tutelam suscipere, *can.1. d. dist.88.can.fin.dist.86.* de qua tamen re latius agemus in *lib.3.tit.de judiciis.* Excipe, nisi agatur de murorum Urbis custodia, a qua imminente necessitate hostium nemo excusari potest, *can.omni timore, can. si nulla 23.q.8.*

Realis est, per quam res Ecclesiasticæ a censu, vel collectis, quibus laici subjacent, sunt immunes, itaut si quis eas ad hæc cogere velit, excommunicatione innodetur homo, & interdicto Civitas, facta prius monitione, *cap.Romana*, §.*in universitatem*, *de sententia excommunicationis in 6.* Abbas in *cap. non minus eod.* Trid.*sess.25.cap.20.* Excipe si prædia a Clerico possessa essent perpetuo obnoxia certo tributo, antequam ad eum pervenirent, *can.si tributum 11. q.1.* Calderin.*cons.2.de censib.* Item excipe in collectis pro causa pia, ut si agatur de mercede Medici popularis, Bellarm.*cons.47.n.1.* Natta *cons.311.n.14.*

vel

Digitized by Google

vel si agatur pro liberanda urbe a contagio, Bursat. *cons.16. lib.1.* Sed his casibus debet prius consuli S. Pontifex, qui si annuat, poterunt Clerici sponte aliquid conferre, *cap.non minus, cap.adversus, eod.*

Localis immunitas duplex est. Una qua in Ecclesia, utpote domo Orationis, nequeunt judicia secularia exerceri, *cap.cum Ecclesia, eod.* etsi judicia Ecclesiastica recte celebrentur, *cap.qua fronte, de appellationib.* Sic neque nundinæ, negotiationes, & convivia, nisi ad reficiendos peregrinantes, qui alibi commode degere nequeant, *can. ex multis 1. q.1. can.eiiciens, dist.88.cap.immunitatem, eod.cap.qualiter, eod.in 6.* Altera est, qua confugientes ad Ecclesiam pro causa sive civili, sive criminali extrahi non possunt sub pœna excommunicationis, a qua absolvi non possunt, nisi extractum restituant, *can. sicut antiquitus, v.excommunicetur, 17.q.4.* Immo ipso facto hodie intelliguntur excommunicati ex Bulla Gregor.XIV. *de immunitate*: & excommunicatio est S. Pontifici reservata ex decreto Clementis VIII.apud Quarantam in *Summa*, & confirmatum a Paolo V. refert hic Riccius.

Sed verò ex justis causis quandoque hæc immunitas delinquentibus denegatur, præsertim ex Bulla Greg.XIV.incipiente *cum alias*, cui concordat textus in *cap.inter alia*, & *cap.immunitatem, eod.* de quibus est videndum.

1 Publici latrones si in Ecclesiam se receperint in tutum, jure asyli non gaudent. Latro est, qui prædæ causa vias obsidet, sed spoliis non contentus, hominem necat, vel animo necandi aggreditur, *l. capitalium, §.famosos, ff.de pœnis.* Horatius, *Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones*; qui latro dicitur publicus, seu famosus, cum bis saltem tale delictum admi-

Digitized by Google

admiserit; nam nec mulier ex unico actu fornicationis dicitur publica meretrix, nec unica usura quis dicitur publicus usurarius, *l. quis sit fugitivus*, §. *errorem*, *l. sciendum*, §. *illud*, *ff. de edit. edicto* Abb. in *cap.* 1, *num.* 24. *de judiciis*, Novarius in *summa Bellar. de immunit. num.* 45.

II. Grassatores viarum: hi sunt, qui prædæ causa vias obsident, sive cum ferro aggrediantur, sive sine ferro, & proximi latronibus habentur, sed non occidunt *d. l. capitalium*, §. *grassatores*, Afflict. in *cap.* 1. §. *si quis quandoque*, *num.* 18. *de pace tenenda*, de communi Farinac. *loc. cit. num.* 26.

III. Depopulatores agrorum, qui segetes, vinearum fructus destruunt, surripiendo, devastando incendendo, *l.* 1. C. *quando liceat sine Judice*, Oldrad. *cons.* 154. Quamvis autem in *cap. inter alia*, *de immunit.* nocturno tanto depopulatori immunitas denegaretur, non etiam diurno; tamen ex Bulla Gregorii denegatur absolute depopulatori, & propterea etiam diurno, Farinac. *de immunit. cap.* 11. *num.* 161. Barbos. 2. *de Jure Eccl.*; *num.* 87.

IV. Qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumve cœmeteriis committere non verentur. Ex quibus patet eos, qui alia delicta in Ecclesia committunt, licet sint puniendi a Judice Ecclesiastico ratione loci, in quo delictum commiserunt, immunitate tamen non privari, ut de furante in Ecclesia a Sac. Congr. Immunitatis decisum Barb. in *collect. Bullarum*, *v. immunitas*; nam in pœnalibus non fit extensio ex pari, vel majori ratione. Et hanc opinionem probabiliorem putat del Bene *cap.* 16. *de immun. dub.* 19. *sect.* 1. *num.* 10.

Qui verò delinquit in una Ecclesia, privatur immunitate inquantum ad omnes; nam qui unam Ec-

Digitized by Google

cleſiam offendit, omnes offendit, de communi Covar. 2. *var.* 20. *num.* 15. Sanchez *to.* 2. *conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 6. Bonac. *diſp.* 3. *q.* 7. *de immun.* §. 4. *n.* 7.

Excipe tamen, ut immunitate gaudeat, qui ob tutelam ſui ipſius occidit cum moderamine legitimo; item ſi ex ſubita ira provocatus; quandoquidem is privatur immunitate, qui ſub ſpe immunitatis, & conſulto occidit, & mutilat, & ita Romæ deciſum refert Diana *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 7.

E contrario privatur immunitate, qui in Eccleſia exiſtens, alterum extra Eccleſiam manentem occidit, vel mutilat, de communi Navarr. *cap.* 25. *nu.* 21. Suarez. 3. *de relig.* 11. *num.* 6. Farinac. *de carcer. q.* 28. *num.* 61. quamvis contrarium doceat Bonac. *d. q.* 7. *punct.* 4. *n.* 8. & Diana *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 9.

E diverſo extra Eccleſiam exiſtens, ſi alium in Eccleſia manentem occidat, quia conſumatur actus in Eccleſia, etiam immunitate caret, Novar. *cap.* 25. *num.* 71. Decian. *lib.* 6. *cap* 28.

V. Qui proditorie proximum ſuum occiderint; idque patet 3 *Reg.* 2. ubi Salomon Joabum ad altare confugientem non reliquit impune, quia per inſidias Abnerum occiderat, & proditor eſt, qui alium incautum ſub colore amicitiæ per inſidias, & induſtriam occidit, *l. propter inſidias*, C. *qui accuſare non poſſunt*, *l. fin.* C. *de delatoribus*, *lib.* 10. *l.* 4. *ff. ad l. Juliam Majeſt.* *can. Clericus*, *diſt.* 46. *can. ſi cupis* 16. *q.* 1. Quod verum eſt, etiamſi veneno occidat, ut declaratum a Sac. Congr. Concilii refert del Bene hic *dubit.* 20. *ſect.* 2. *num.* 2.

Idem eſt de eo, qui occidit inimicum fide juſſione præſtita de non offendendo, quia ita ſublata fuit inimico omnis cauſa ſibi præcavendi, ut poſt alios Peguer. *de immun. cap.* 7. *n.* 10. Farinac. *conſ.* 168. *n.* 75. quod

eſt

Digitized by Google

est contra Dianam *par.4. tract.1. resol.33.* & Marin. *resol.174.* qui nituntur eo præcepto, *Inimico tuo ne credas in æternum.*

Verum hic non est satis vulnerasse, cum in Bulla Gregoriana dicatur, *Qui proditorie occiderint*; quare ex vi verborum exigitur actus consumatus, & mors sequuta, ex *l.1.§. hæc verba, ff. quod quisque Juris*, & *l.1.ff. de extr. crimin.* Farinac. *in appendice de immun. cap.9.*

VI. Assassini, de quibus infra *lib. 4. tit. de homicidio.*

VII. Hæresis rei.

VIII. Læsæ Majestatis in personam ipsius Principis rei; cum enim crimen Majestatis in primo capite tribus modis incurratur, scilicet contra Remp. Principem, & Principis Ministrum, is tantum Jure immunitatis privatur, qui contra Principem ipsum quidpiam hostili animo machinatur. Unde perperam id extendunt ad eos, qui in Cardinales, & Episcopos violentas manus inferunt, Marius Italia hoc *tit. lib. 1. cap.5.* & *§.7. n.52.* producit, ut immunitate etiam careant, qui sciunt machinari contra Principem, & non revelant.

Plura hic notanda sunt. I. Hi quidem hactenus enumerati possunt extrahi ab Ecclesia, sed cum expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis. Cum verò locus est exemptus, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvitur hæc cognitio, & non ad alios, ut *ibidem §.4.*

II. Ita extracti ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ deponuntur, nec Curiæ seculari traduntur, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, vere crimina jam recitata commisisse. Traduntur ve-

Digitized by Google

ro quacumque appellatione poſtpoſita, *ibid.*§.5.

III. Gaudet immunitate confugiens ad Sacerdotem Sanctiſſimam Euchariſtiam circumferentem, vel per plateas, vel in cubiculo ægroti; Tuſch. *v. Eccl. concl.*8. Marius Italia *lib.*1. *cap.*4. §.4. contra Bonac. *diſp.*7. *de legib. q.*7. *par.*4. Quod verum eſt etiamſi haſtam umbellæ non tangeret, Peregrinus hoc *tit. cap.* 4. *num.*19. Quod ſi reliquiæ, vel imagines Sanctorum pompa per plateas circumferantur, qui ad eas confugit, Jus immunitatis habet, Ludovicus Correa in *cap. inter alia, par.*2. *num.*24. *de immunitate* Diana *par.* 4. *eod. reſ.*48. Quare extractus ab hac pompa, ſeu proceſſione habetur ut ab Eccleſia extractus, Michael Ferro Manriquez *par.*1. *reſol. moral.* 32.

IV. Eadem immunitate fruitur confugiens ad palatium Epiſcopi, *can. id conſtituimus* 17. *q.*4. ubi Gl. Dian. *reſol.*27. Bonac. *de cenſur. diſp.*2. *q.*3. *punct.*16. §.4. Idem eſt de Palatiis Cardinalium, niſi tamen Romæ exiſtant, Peregrin. *loc. cit. cap.*4. Barboſ. 2. *de Jure Eccleſiaſtico* 3. *n.*71.

V. Qui ponit manus ad anulum Eccleſiæ immunitate gaudet, Conſalv. de Pace in *praxi Can. to.*1. *par.* 1. *cap.*3. §.3.

VI. Olim Eccleſiæ immunitas extendebatur per 40. paſſus in circuitu, ſi Eccleſia erat Matrix, ſi inferior, per 30. *can. ſicut, can. minor* 17. *q.*4. Quod tamen hodie ſublatum eſt, Farinac hoc *tit. num.*284. & 294.

VII. Qui delinquit ſub ſpe immunitatis, eadem privatur, veluti ſi quis prope Eccleſiam delinquens, a delicto in Eccleſiam eandem confugiat, Navar. in *manual. cap.* 25. *n.* 22. aut ſi quis in Eccleſia exiſtens alterum inde extra Eccleſiam interficiat, vel vulneret, Abbas in *cap. fin. n.*11. *eod.* Excipe ſi delictum fuerit leve, Angel. in *ſumma, v. immunitas, n.*17. Sylveſter

Digitized by Google

ster in *eod. v. n.*10. Quod diximus de eo, qui prope Ecclesiam delinquit, intelligendum est, quoties consulto id facit, non etiam si casu, & ex rixa, tunc enim in proximam Ecclesiam confugiens, immunitate non privatur, Hostiens. *d. cap. fin. n.* 2. *v. qui nisi.*

Tandem qui est in manu, & potestate Curiæ; licet ad Ecclesiam confugiat, invitus extrahi potest; secus esset, si discissis compedibus, aut manicis, in Ecclesiam se recipiat; videretur enim pristinam libertatem recuperasse. Atque ita discurrendum est de damnatis ad remum, si aufugerint, ut *cit.* DD. in praxi servatum notant. Quod si servus in Ecclesiam recipiat, tunc Dominus præstito juramento de indemnitate, servum suum etiam invitum accipiet, ne quis religionis obtentu suo Jure fraudetur, *l. fin. eodem*, *can. metuentes*, *can. id constituimus* 17. *quæst.* 4.

In Republica Hebræorum sex omnino erant Urbes Sacerdotales, quo si quis se recepisset in unum, extrahi, aut lædi non poterat, dummodo se innocentes coram senioribus Urbis, qui omnes erant ordinis Levitici probassent, nam rei homicidii voluntarii asylo non gaudebant, Josue *cap.* 20. At si mœnia egrediebantur, poterant a cognatis defuncti occidi, *Num. cap.* 35. Poterat etiam confugi ad Tabernaculum, vel ad Altare Holocausti, quod etiam de homicidio involuntario nonnulli intelligunt, Exod. *cap.* 21. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Sed verius est hic loqui de proditorio, ut etiam 3. *Reg.* 2. ubi Joab, qui occiderat Abnerum proditorie, Jussu Salomonis necatur, etiamsi ad aram Domini confugerit.

De subjectione Ecclesiarum curis Episcopi jam dictum est supra *libro* 1. *tit. de Episcopis, & S. Pontifice.*

Digitized by Google

De Censibus, Exactionibus, & Procuratoribus.

TIT. XXI.

EPiscopi potestas ad tria præcipue capita reducitur: quædam enim ad ipsum spectant Jure Ordinis, ut Clericorum ordinatio, Virginum benedictio, Altarium, & Ecclesiarum consecratio: quædam ratione Jurisdictionis, ut corrigendi, excommunicandi, instituendi potestas: quædam lege Diœcesana, ut census, decimæ, & alia id genus, §. *ult. tit. antecedenti*; propterea cum de duobus prioribus in primo, & in quarto libro agatur, hic de ultimo capite videamus.

Census, ut hic sumitur, est pensio quæcunque Prælato ex Ecclesiasticis proventibus, in singulos annos ob subjectionem, vel Jus aliud solvitur, ut in principio.

Hujusmodi I. est Cathedraticum, sive Synodaticum, *can.* 1. 10. *qu.* 1. *cap. conquerente, de offic. ordinarii*; & est census duorum aureorum, plus, minusve juxta loci consuetudinem, qui penditur Episcopo a qualibet Ecclesia, Abb in *d. cap. conquirente*: vocatur Cathedraticum, quod ob onorem Cathedræ persolvatur; habent enim Episcopi Cathedras, ut Cathedra Petri, Cathedra Jacobi, qui primus Hierosolymorum Episcopus fuit, de qua Eusebius 7. *hist. Eccl.* 18.

II. Est exactio, quæ aut tempore fundationis, aut consecrationis, aut donationis, aut immunitatis indultæ constituitur. Semel vero posita nequit augeri, non obstante in contrarium consuetudine, aut jurata pro-

Digitized by Google

promissione, vel fidejussione, nisi manifesta Episcopalis Ecclesiæ paupertas id exigat; accedente Superioris auctoritate; *cap. avaritiæ, de præbendis, cap. significavit, cap. gravis, de censibus.*

III. Est Procuratio, quæ debetur Prælatis Diœcesim visitantibus, pro alimentis, & laboribus; nam ut 1. ad *Corinth. 9.* dicitur, congruum est, ut à quibus spiritualia recipimus, iisdem temporalia nostra communicemus, Trid. *sess. 24. cap. 13.* Hæc Procuratio, quo minus graventur Ecclesiæ, præstari solet in nummis. In nostra urbe servatur, ut procuratio exigatur solum cum visitantur Ecclesiæ extra urbem positæ, ut late Riccius in *praxi de visitatione.*

De Capellis Monachorum.

TIT. XXII.

MOnasteria Episcopo subiiciuntur, cuius auctoritate fuerunt erecta; *can. Basilicæ 16. q. 7.* ut propterea possit in ipsis Episcopus benedictiones impartiri, Ordines conferre, & Chrisma, Missas solemnes celebrare, & alia ejusmodi, nisi privilegio S. Pontificis sint exempta, *cap. cum personæ, de priv. in 6. cap. conquerente, de offic. Ordinarii*, ubi Canonistæ docent, id etiam esse, si præscriptione longissimi temporis alio Jure utantur. Cæterum super Regulares Episcopus Jurisdictionem non habet, nisi in certis casibus, de quibus *lib. 1. tit. de Episcopis* actum est. In Synodo Calched. *can. 4.* visum est nullum usquam ædificare, nec construere posse Monasterium, vel Oratorium, præter sententiam ipsius Civitatis Episcopi: Monachos autem, qui sunt in unaquaque Regione, & Civitate, Episcopo subjectos esse, Michael

Digitized by Google

Rouſſel in *hiſtoria Juris dictionis Pontificiæ lib.4.cap.* 7. Tanta in res Monaſticas Epiſcopi auctoritas fuit, ut ejus conſenſus intervenire deberet in Abbatis electione, aut depoſitione, in rerum Monaſticarum electione, & præcipue ut conveniretur apud eum, *can. ſi quis Abbas* 18.*q.*2. *can. Abbatis* 12. *q.*2. *Novell.*5. *cap.*9. *Novel.*79. *cap. fin. Novel.*137. *cap.*5. Itaque Gregorius M. ſolebat Epiſcopos excitare, ut eam Jurisdictionem exercerent in Monachos ſuæ Diœceſis, *lib.*3. *ep.*22. *lib.*6. *ep.*32. & alibi. Denique quoniam teſte D. Paulo ad *Romanos* tributum ſubjectionis eſt ſymbolum, Abbates, & Monaſteria cœperunt quandam penſionem, vel quædam onera Epiſcopis penſitare, ſeu ratione eulogie, ſeu viſitationis, *can. pen. & fin.*18.*q.*2. *cap. fin.* cum Gl. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

Quæ ſingula ideo conceſſa fuiſſe Epiſcopis ait Petrus Cluniacenſis Abbas *ep.*28. *lib.*3. quod olim in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis fuere Monachi, ſeu Canonici Regulares in communi viventes, a quibus aſſumpti Epiſcopi Monaſtico inſtituto vivebant, & ideo viſitandis ſuæ Diœceſis Monaſteriis, Monacorumque exceſſibus conſiderandis, & corgendis, nec non quæ ad ſancti rigoris augumentum conducunt, ſanciendis, idonei eſſe poterant. Hodie verò, inquit, cum ſint fere omnes ſeculares, a regulari vita prorſus alieni, qua fronte Monaſteria viſitare, ac de rebus, quas neſciunt, definire debeant, non video: ſcilicet docebunt, quod non didicerunt: milites erunt, priuſquam tyrones: Magiſtri antequam diſcipuli. Hæc ille. Hac enim de cauſa cœperunt Monaſteria exemptionibus plurimi ſæpe conqueſti. Non ignota ſunt Ivonis Carnotenſis, D. Petri Bleſenſis, ac D. Bernardi licet Monachi, & Abbatis, in eas exemptionem

Digitized by Google

nem impetrare a S. Pontifici. De quibus tamen exemptionibus ſcripta, qui voluit ſubjectionem Monachorum Epiſcopis eſſe de Jure Divino. In Concilio Tridentino Epiſcopi proponere voluerunt de revocandis exemptionibus, at obtinuerunt, quod replicaretur, minime permittendum eſſe, ut Monaſteriorum inſpectionem depoſcant, priuſquam ad eam formam ſe compoſuerint, ad quam neceſſarium eſt, inſtitutos eſſe Rectores vitæ Regularis. In *hiſt. Concilii lib. fin. pag.* 614.

De Religioſis Domibus,

TIT. XXIII.

HOſpitalia, quæ hic Religioſæ domus vocantur, etiam ad Epiſcopi curam, in cujus Diœceſi ſunt, pertinent. Dividuntur autem hoſpitalia in plures ſpecies, de quibus in *l. illud, C. de Sacroſ. Eccleſiis*; alia enim ab accipiendis peregrinis denominantur: alia, ubi ægroti curantur, quæ omnium prima inſtituit Fabiola nobis vidua, de qua D. Heronymus *ep.* 30. In his deſerviebant, qui dicebantur Parabolani, hoc eſt, qui ſua ſponte ægrorum ſervitio toti ſe dabant, erantque præſertim Clerici, quorum parabolanorum magnus numerus erat Alexandriæ Ægypti; quos, cum adhærentes Epiſcopo, moleſtiam ſæpe Præfecto ejus urbis inferrit, ad 500. redegit Theodoſius Imperator *l.* 40. *de Epiſcopis, & Clericis, in C. Theod.* Vide *Baron. ad annum Chriſti* 416. Hi neque ad publicum ſpectaculum, neque ad Curiæ locum, nec ad judicium ut Procuratores accedere poterant, *l. placet, §. præterea, C. de Epiſcopis, & Clericis*, ubi perperam Accurſ. Medicos interpretatur, dictos quod multas ha-

Digitized by Google

habeant parabolas, Cujacius ad *Novellam* 3. observat παραβολον Græcè significari temerarium, quod nomen datum iis, cui curandis ægrorum corporibus deputantur, quod periculis se non parvis objciant, frequēti ægrorum contractu. De his in Concil. Calchedon. *act.* 1. Vide *Annibalem Fabrotum ad Balsamonem in constit. Ecclesiarum collect. lib.* 1. *tit.* 3. *l.* 18. Sunt etiam Hospitalia, in quibus curantur senes, & alia in quibus aluntur pueri, pupilli, infantes, quorum respectu varia nomina sortiuntur.

Olim parentes filios recentes natos exponebant, vel in viis, vel in silvis; idque duplicem ob causam, primo ob pauperiem, teste D. Ambrosio in 5. *Hexameron cap.* 18. *Pauperiores objiciunt parvulos, & exponunt, & deprehensos abnegant.* Secundo, quia mutili, aut monstruosi, quos etiam statim occidere Jus erat, ut ex lege Romuli refert Dionys. Halic. 1. *hist. Roman.* Romæ in Foro Olitorio columna erat, nomine *Lactaria*, in quam infantes exponebantur cessuri in servos colligentibus, dicebanturque *Altelli*, de quibus ita in Concilio Vasensi *can.* 9. *Juxta veterà statuta Augustorum, & Principum, ut quisque expositum collegit, Ecclesiam contestetur, & nisi intra decem dies repetatur, sit ejus, qui collegit.* Bartolus noster cum esset nothus, fuit a parentibus expositus, ut ipse de se testatur *l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.*

Jam hospitalia tanquam loca pia fori electionem habent, juxta textum in *l. unic. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas*, etiamsi sine Episcopi auctoritate excitata fuerint; quia eo non obstante, semper verum est loca esse pia, & charitatis officiis destinata, Bald. *cons.* 465. *vol.* 1. & *cons.* 3. *vol.* 3. aliique apud Novarium *de elect. & variat. fori*, 9. 91.

Præterea Episcopali Jurisdictioni subjiciuntur, quo-

Digitized by Google

quoties ipsius Episcopi auctoritate fuerint erecta, & constituta, *cap. quia Monasterium eod.* Quod si hospitale sine auctoritate Episcopi sit erectum, DD. communiter distinguunt, scilicet, ut patrono, hoc est fundatore vivo, Episcopus visitare non possit, arbitrio in toto ipso patrono relicto, ne scilicet eum pœniteat, & piũ opus revocet, Innocent. & alii in *cap. inter. dilectos, de donationibus.* At mortuo jam patrono, tunc visitari per Episcopum potest, ut qui dicitur omnium piarum dispositionum exequutor, ut in *§. si quis autem per redemtionem, auth. de Ecclesiasticis titulis*, Tr. *sess. 22. cap. 8.* Ita Ab. in *cap. de Xenodochiis, eod.* Ancharan. in *clem. quia contingit, de relig. domib.* Quocirca si hospitalium Rectores, & Administratores male se gerant, nec recte administrent, possunt ab Episcopo suo munere privari, substitutis aliis, Trid. *sess. 25. cap. 8.* Gambarus *de auctoritat. legati, tit. de potestate circa hospitalia.*

Illud tamen notandum est, Episcopo visitanti hoc casu Procurationes, seu necessarios sumptus non præberi, propterea quod talium locorum bona pro pauperibus tantum erogari debent, & ad opera pietatis, Lapus *de hospitalit. 98.* Cardinalis, Imola, aliique in *d. clement. quia contingit.*

Ita quoque hospitalia Clericis in beneficium conferri non possunt, nisi in illorum erectione aliter Patrono visum fuerit, ut in Concilio Viennensi statutum est, etsi auctoritate Episcopi erecta sint, & habeant Ecclesiam, & Campanile, ibique Missæ per singulos dies celebrentur, Rota *diversorum par. 1. decis. 725. num. 2.* Diceretur autem aliter visum Patrono, non solum si expresse in beneficium concedi posse jusserit, sed etiam si voluerit ejus administrationem dari quoad quisque vivat, ita etiam si voluerit Re-

ctorem

Digitized by Google

storem per electionem constitui, *d. Clem. quia contingit*, §. *ut autem*, Rebuff. in *prax. tit. de devolutione, num.* 73. & in *tract. de nominatione, q.* 15. *n.* 13.

Demum hospitalium Administratores habentur tanquam tutores. Itaque jurabunt, se utilia prosequuturos, & inutilia prætermissuros: conficient inventarium, & singulis annis rationem administrationis suæ reddent ut in *l. de creationibus*, C. *de Episcopali audient.* & in *clem.* 2. §. 1. *eod.* ubi notatur, non obligare satisdare rem salvam fore, quia hæc cautio cessat, quoties Tutor ex inquisitione datur, & ex inquisitione dantur etiam hospitalium Rectores nisi forte ob uxorem, & filios redderentur suspecti, *can. de Syracusana*, *dist.* 28.

De Sepulturis.

TIT. XXIV.

OLim vetitum erat cadavera in sepulcris intra Ecclesiam condere, ut in Concilio Bracarensi in hæc verba 1. *can.* 36. *Item placuit ut corpora Defunctorum nullo modo intra Basilicam Sanctorum sepelliantur.* Quod etiam statuitur a legibus civilibus in *l.* 2. *cod. de Sacros. Eccles.* & in *l. ult. C. Theod. cit. tit.* Verum deinde pie contrarium receptum fuit ob tres potissimum causas, primo quod ibi a spiritibus immundis vexari non possunt cadavera, *can. aurum* 12. *q.* 2. deinde, quia muniuntur patrocinio Sancti, cui Ecclesia dicata est *can. non existimetur in fin.* 13. *q.* 2. tandem ut Fideles Ecclesias frequentantes, facilius mortuorum recordentur, & pro illis preces fundant, *can. gravia* 13. *q.* 2.

Hinc est, quod inter graves pœnas est privatio Ecclesiasticæ sepulturæ. I. his, qui sibi ipsi manus intulit, tanquam in manifesto peccato mortuus

Digitized by Google

tuus, in Ecclesia non humatur, nisi constat in furore egisse, *can. placuit* 23.*q.*5.Covarr.2.*var.*1.*num.*11.

II.Ob eandem rationem usurarius manifestus,imo sepultus exumatur, si ossa possunt a reliquorum ossibus distingui. Excipe, nisi ante mortem eum pœnituerit, præstita cautione de usuris restituendis, *cap. quamquam de usur. in 6.*

III. Omnes in notorio peccato mortui,nullo dato contritionis signo,& ipsi quoque sepulti in Ecclesia exumantur,Sylv.*v.sepult.q.*101.Abbas *ccns.*81.*n.*4

V. Excommunicatus majori excommunicatione, dummodo per edictum foribus affixum fuerit publice denunciatus *cap.his cui de sententia excomm. in 6*, Tusch.*conf.*188.*n.* 8.

IV. Qui præceptum annuæ confessionis,& communionis in diebus Paschatis non implevit, *cap. omnis utriusque sexus, de pœnitentiis.*

VI. Hæretici, Apostatæ Judei, & reliqui infideles *cap.sacris, eod.*& 24.*q.*1.*per totum*; itaut si mulier prægnans obierit, infante, qui in utero est, non baptizato, nequit in Ecclesia sepelliri, antequam cæso ventre puer extrahatur, qui extra locum Sacrũ sepelliri debet.Quod si secus fiat,non exumatur, sed Ecclesia benedicitur. Verum in Cœmeterio mater cũ puero recte humatur,Lapus *alleg.*84. *n.*3.& 6.

VII. Mortui in ipso Duelli conflictu Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *cap.* 1.& 2.*de Torneamentis* Ex Bulla Pii V, *de salute grecis*, qui in anphiteatro cum tauris pugnando obeunt, in Ecclesia non sepelliuntur; ubi etiam excommunicantur Principes, qui hos ludos permittunt, ut etiam Sacerdotes, & Clerici beneficiati, qui intersunt.

Præter hos quilibet Christifidelis liberam habet potestatem eligendi sibi sepulturam, in qua Ecclesia voluerit, itaut nec juramento, aut alio modo sibi

Digitized by Google

hanc

hanc potestatem auferre possit, *cap.1.eod.in 6.* Quare filiusfamilias dummodo pubes sit potest sine patris assensu, sibi sepulturam eligere, *cap. licet eod. in 6.* Quod si fuerit impubes sub potestate patris, pater pro eo eliget ex consuetudine secus autem cum suis Majoribus, aut in parochiali Ecclesia humabitur, ut hic in §. *de filiosfamilias.*

Quod si quis moriens sepulturam non elegit apud nos electa intelligitur D. Restitutæ Ecclesia

Tandem Clericis interdicitur, ne terram pro sepultura vendant, aut pro aliquo sepelliendo munera quoquo modo exigant; quod si aliter faciant, in simoniam incident, *cap. ad Apostolicam de simonia*; tamen consuetudo contrarium obtinuit vide Tusc. *conc. 192. num. 12.*

De Canonica portione.

TIT. XXV.

HÆC duplex est, Parochialis, & Episcopalis, & dicitur canonica a κανών, qui aliquando pensionē denotat quæ statuta lege solvitur, ut patet ex Walevino Abb. *homilia de zizania*: Est namque *canon vitæ, & est canon pecuniæ: vide licet alicujus pensionis certæ; unde solet dici, solve mihi canonē meum, id est pensionem meam.* Hactenus ipse.

Parochialis Portio est, quæ debetur Ecclesiæ Parochiali de omnibus, quæ pro funere & sepoltura impenduntur, cum quis extra parochiam sepellitur Bald. *cons. 236. lib. 2.* nam si Parocus nobis viventibus onera fert, justum videtur, ut morientibus aliquod commodum percipiat. Unde festive Abbas in *cap. 1. eod.* dixit *Vita laicorum est Clericis passio, mors consolatio.* Ceterum hæc portio vel est medietas im-

Digitized by Google

impensorum vel tertia, vel quarta pars, & demum loci consuetudo attenditur, *cap. cum super*, junctotextu in *cap. certificari de sepulturis* Bald. *cons.* 270. *lib.* 4. Sed si quis in duabus Parochiis duo habeat domicilia, & neutram pro sepultura eligat, ipsæ unicam canonicam portionem inter se dispertientur; Andr. in *nostro cit. tit.* Perusius in *cap.* 2. *eod. in* 6.

Episcopalis est quarta, quæ de relictis alicui Ecclesiæ pro anima ab Episcopo deducitur pro pastorali munere, quod nobis viventibus gerit, *cap.* 1. *de sepulturis*. Hæc a testatore prohiberi non potest, lege speciatim resistente *can. Pontifices* 12. *q.* 3. *cap. requisivisti de testamentis*, ut intelligitur textus *in l. pacta quæ contra*, C. *de pactis*. Verum tunc non decetur, cum Episcopo quadragenaria obstat præscriptio, *cap. de quarta de præscriptionibus*.

I. Hæc portio non detrahitur ex iis, que personis relicta sunt, *cap. ex par.* 3. *de verb. signif.* veluti si quid relictum sit pro maritandis, aut monachandis puellis, aut pro alendis pauperibus, Glos. in *cap.* 2. *v. decernit, de sepult.* ubi Innocentius, & Abbas; nisi forte legatum factum sit pauperibus certi loci, quo casu censeretur facturus ipsius loci intuitui, ut post Andr. notat. Abb. *loc. cit. n.* 3.

II. Non detrahitur, si relictum quid sit loco pio, qui Episcopo subjectus non sit, ut Riccius hic notat post Tusch. *v. quarta concil.* 21. Azor. *cap.* 12. & 13.

III. Si relictum locis piis subjectis, sit ad usus privilegiatos; ut si legatum fiat pro ædificatione, vel restauratione Ecclesiæ aut alterius loci pii pro celebratione Missarum, *Clem. dudum*, §. *verum de sepult. cap. final. de testam. d. cap. ex par.* 3. ubi notatur, quod si usus sit indeterminatus quarta debetur, *cap. requisivisti de testamentis*. Quod superius diximus verum est,

Digitized by Google

est, etiamsi Ecclesia in præsens restauratione non indigeat, ut est communis opinio post Covarr. in *cap. officiis de testamentis*, ex textu in *can. nobis* 2. *q.* 2. Vide Tusch. & Azor. *locis citatis*

Cæterum si testator aliquid Parochis, vel Episcopo reliquerit, relictum censetur animo compensandi; itaut si legatum ad legitimam portionem ipsis debitam non sit satis, agent ad supplementum, Covarr. *loc. cit. num.* 6. Tusch. *d. v.* 4. *concl.* 30. Excipe nisi apparet Episcopo, vel Parocho relictum legatum ratione personæ, ut si sit consanguineus, amicus, & similiter *d. cap. requisivisti.*

De Decimis.

TIT. XXVI.

Decima est Jus decimæ partis omnium, quæ juste quæruntur, Parochis constitutum ad onera Ecclesiæ sustinenda, *cap. non est*, §. 2. *eod.* nam de iis, quæ ex usuris, ambitu, aut alia nefaria via quæruntur, nec solvitur decima, nec recipi potest, ne per Ministros Dei peccatum approbari videatur, *cap. ex transmissa*, *eod.* Suarez 1. *de relig.* 6. Cæterum hic sub nomine Parochiæ, seu Paræciæ intelligitur territorium, ubi Episcopus Jurisdictionem habet, ut in *tit. de Parochis.*

Dividuntur in personales, & prædiales. Personales sunt, quæ ex iis proventibus deducuntur, qui ex propria utique solertia, & industria obveniunt, ut puta de negotiatione, artificio militia, *cap. pastoralis*, *eod. can.* 10. 16. *qu.* 1. Prædiales sunt, quæ ex frugibus prædiorum solvuntur, ut vino, tritico, oleo, *cap. fin. de Parochis*: Sunt qui præterea assignent decimas mi-

Digitized by Google

mistas, quæ debentur ex animalibus; sed rectius putat Glos. in *d. cap. ad Apostolicæ*, quæ prædialibus accensetur, cum alicubi animalia continuo pascantur; nam ibi ex his decimæ persolvi debent *argumen. ex cap. commissum, eod. & l. pecoris, ff. de serv. rust. l. 2. C. de verb. signif.* quod mox clarius intelligetur.

Hæc decimæ differunt. I. quod personales illi solum Parochiæ debentur, in qua quis Ecclesiastica Sacramenta recipit, & Divina audit, tametsi lucrum alibi contigerit, *d. cap. ad Apostolicæ*, ubi Abbas. Prædiales verò, si ex prædiis in aliena Parochia constitutis fructus collecti fuerit ei debentur Ecclesiæ, in cujus territorio prædia sunt, *d. cap. fin. de Parochiis*, & *d. cap. ad Apostolicæ*.

III. Quia fideles ad omnes decimas præstandas indistincte obligantur, Judæi verò ad prædiales tantum, *cap. de terris, eod.* Illud tamen verum est, hodie Judæos apud nos bona stabilia non habere per *Extrav. Pauli III. & Pii V.*

IV. Quia decimæ personales debentur ex præcepto Ecclesiæ, prædiales ex Jure divino; nam apud Hebræos decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat: rursus ex his Levitæ inferiores decimas dabant Sacerdotibus, Suarez 1. *de Relig.* 10. Vasquez *cap.* 1. *de beneficiis*, §. *un. dub.* 1.

Et hæc de decimis sint satis, cum amplius hodie apud nos in usu non sint, quia in ipsarum locum beneficia subrogata sunt.

De Rebus Ecclesiæ alienandis, vel non

TIT. XXVII.

EXplicatis rebus Ecclesiæ spiritualibus, & mistis, illud proximum est, ut de temporalibus videa-

Digitized by Google

mus, simulque de ipsarum administratione, & de alienatione: hæc autem alia sunt Ecclesiæ, alia Ecclesiasticorum, de quibus postremis in *tit. seq.* nunc de primis dicemus.

Ecclesiæ Romanæ mos erat, ut omnes immobilium rerum possessiones respuerent; & si cuipiam contingerent, statim venderentur, & in tres partes pecunia divideretur, itaut Ecclesiæ una, Episcopo altera, tertia Clero divideretur, quod ait Theodorus Lector in *Collect. hist. Ecclesiasticæ*, *lib.* 2. ubi vide Valesium sub *finem*. Qui locus de primis temporibus, quibus fervebat persecutio, intelligendus est: cum aulicorum rapacitas in prædam irruebat, & tenues Sacerdotum redditus una cum Sanguine exorbebat, propterea Ecclesia Romana res immobiles vendebat. Sed si posteriora tempora respicias, certe Ecclesia Romana immobilia habuit.

Pecuniam ex illis venditionibus conflatam Ecclesia Romana non sibi tantum reservabat, sed aliis quoque Ecclesiis impertiebatur; prout eas noverat gravis premi. Ita apud Eusebium *lib.* 4. *cap.* 23. legimus epistolam Dionysii, in qua commendat Ecclesiæ Romanæ charitatem, quæ cæteris largissime succurrere solita erat, & pecunias in solatia pauperum toto orbe languentium erogare, Nicolaus le Maistre in *illustratione sacri patrimonii*, *lib.* 1. *cap.* 13.

Alienatio autem est dominii, vel Juris translatio, aut desitio. Nam alienatio non solum est, cum dominium transferitur, ut in venditione, donatione, mutui datione; sed etiam cum dominium amittitur, sine translatione, ut cum quis rem pro derelicto habet, cujus dominium amittit, licet ab alio non acquiratur, ut ex Sabianorum sententia receptum est in *l. pro derelicto*, *l. falsus creditor*, *§. qui alienum*, *ff. de furtis*. In-

su-

Digitized by Google

ſuper alienatio præter dominium, reſpicit etiam Juris cujuſcumque translationem, aut deſitionem; nam de deſitione patet ex *l. alienationis*, *ff. de verb. ſignif.* ubi, qui ſervitutem non utendo amittit, dicitur alienare: de translatione habetur in *l. ſancimus*, *C. de rebus alienis*, ubi ſive lex alienationem inhibeat, ſive teſtator, ſive pactio contrahentium; intelligitur prohibita etiam uſusfructus datio, hypotheca, pignoris nexus, ſervitutis impoſitio, & emphyteuſis, de quibus nos late diximus ad *l.* 1. *C. de bonis maternis.*

Res ergo Eccleſiaſticæ alienari inconſulto S. Pontifice non poſſunt, ut in *Extrav. ambitioſæ*, & in *Bulla Pauli V.* apud Quarantam *v. alienatio*, nimirum. Prælatus una cum capitulo, vel alio cœtu Eccleſiaſtico legitime congregato, perſpecta neceſſitate, vel utilitate alienationis, ex majori parte de alienanda re conſentiat: de qua re deinde inſtrumentum fiat cum ſingulorum ſubſcriptione. Tum ſupplicatur S. Pontifici, juſtis enarratis cauſis, qui alienandi poteſtatem concedit. Ob quam rem Ordinariis locorum, aliisve in dignitate conſtitutis committere ſolet, ut juris ordine ſervato de cauſa cognoſcant, & licentiam tandem concedant.

Verum ſi Commiſſarii legitimam formam negligant, ſunt excommunicati, exceptis Epiſcopis, qui per annum intelliguntur ſuſpenſi ab officio; in quo ſi intra annum adminiſtrent, contrahunt irregularitatem, a qua ſolus S. Pontifex diſpenſare poteſt; præterea intelliguntur excommunicati quotquot decretum ſine forma legitima judicii procurarunt, & extorſerunt: quæ excommunicatio eſt etiam S. Pontifici ſervata ex Bulla Pauli IV. incipiente, *cum in omnibus.* Vide Afflict. *dec.* 316. Rotam *diverſorum deciſ.* 65. *par.* 2. & *deciſ.* 672. *par.* 3. Menochium 2. *præſumpt.* 72.

Digitized by Google

Sunt etiam aliæ pœnæ. I. nullitas alienationis. II. excommunicatio contra eos, qui alienationem recipiunt, & contra ipsos alienantes, quæ tamen excommunicatio non est reservata. III. Superiores alienantes sunt ipso Jure interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & post sex menses sunt suspensi a regimine: beneficiati verò intelliguntur privati statim beneficio, cujus bona male alienarunt. Tandem Prælatus graviter peccat, maxime Episcopus, & Abbas, qui jurant, se res Ecclesiæ inconsulto Summo Pontifice non distracturos. Cæterum pœna interdictionis ab ingressu Ecclesiæ non videtur usu recepta, ut notant Canonistæ in *d. Extrav. ambitiosæ*. Vide Quarantam in *Summa Bullarum, d. 5. alienatio*, Navar. *cons.* 18. *hoc tit.* & Riccium in *Praxi de alienatione rerum Ecclesiæ*.

Quinque ex justis causis receptum est, posse res Ecclesiæ sine istis solemnibus distrahi. I. si ante rei traditionem Prælatus protestetur, se impetraturum Sedis Apostolicæ consensum; quæ tamen protestatio post traditionem facta non relevat, ut contraria facto, Quaranta *loc. cit.*

II. Si alienatio fieret ex causa pietatis, pro alendis pauperibus, aut redimendis captivis, Canonistæ in *can. sacrorum*, & *can. aurum* 12. *qu.* 2.

III. Si alienentur terrulæ, seu res, quæ decem solidos non excedant, vel juxta arbitrium prudentis viri, *can. terrulas* 12. *qu.* 2.

IV. Si Princeps indigeat prædio Ecclesiæ pro Regia amplianda, aut castro excitando, similive causa, licite ei prædium a Prælato conceditur, facta permutatione rei saltem æqualis, *cap.* 1. *de rerum permutatione*.

V. Cum prædium alteri legitime in emphyteusim, vel feudum datum, devolvitur ad Ecclesiam, potest

Digitized by Google

test iterum dari sub iisdem conditionibus, ut apud prædictum Quarantam, Gramm. *dec.* 69. Affl. *dec.* 105. Franch. *dec.* 295.

Porro hic duo notanda sunt. I. In rebus Ecclesiæ alienandis semper est servandus ordo, ut prius distrahantur res mobiles minus necessariæ, postea aliæ, tum res soli, tandem Jura, & actiones, uti observatur in alienandis rebus minorum, quorum Jure utitur Ecclesia, *argumento ex l. a D. Pio, §. in venditione, ff. de re judicata.* II. Si quis bona sua Ecclesiæ concedat sub ea conditione, ut Ecclesia libere possit ea distrahere, etiam injussu S. Pontificis, talis conditio ut de Jure impossibilis reprobatur, & concessio valebit, etiamsi per contractum fiat, Canonistæ cum Covar. in *cap. tua, num. 6. de testamentis*, Capycius *dec. i. 113.* Quod tamen non esset in minore, qui eo casu posset res ita sibi datas sine decreto Judicis alienare Doctores in *l. 1. & l. 3. C. quando decreto opus non est.* Capycius *loc. cit.*

De Peculio Clericorum, Relictis, & Successionibus eorum.

TIT. XXVIII. ET ULT.

CLerici ex privilegio Justiniani, res quocumque modo ad ipsorum dominium devolutas sub potestate sua habent, ad instar castrensis peculii, ut & donare eas possint, & de his testari, tametsi sub potestate parentum sint. Ita tamen, ut horum filii, aut his non existentibus, parentes eorum legitimam portionem ferant. Ita Justin *Nov.* 123. ubi cum dicat *Quocumque modo*, videtur idipsum intelligere et

Digitized by Google

de iis, quæ filiofamilias Clerico ex legatis, hæreditatibus, vel donationibus obvenere, ut scilicet omnia ad instar castrensium habeantur, non etiam ut adventitia.

Id tamen negat Balsamon ad *Nomoc. Photii*, *tit.* 1. *c.* 31. & illud, *Quocumque modo*, intelligendum ait de iis omnibus, quæ ipsi occasione Clericatus accesserе: *Nam*, addit; *a præsenti lege leges de peculio non everturtur.*

Etsi ea, quæ Prælatus nomine proprio ex rebus sui patrimonii acquirit, sibi, ut cui voluerit, non etiam Ecclesiæ acquirat, tamen secus est, si res empta, ex. gr. sit ex bonis, quæ ab Ecclesia obvenerunt, quo casu Ecclesiæ omnino quæsivisse diceretur, Baldus *conf.* 80. & 298. *lib.* 1. Quod si ambigatur ex quibusnam bonis rem emerit, idem Bald. ita distinguit, ut censeatur ex pecunia patrimoniali quæsivisse, si res emptas hæres Prælati possideat: si vero Ecclesia, ex ejusdem Ecclesiæ bonis empta præsumatur; nam in dubio in possessorio statur pro possessore: quod si res penes ipsum Prælatum sit, favorabilior est Ecclesiæ causa, & ex ipsius bonis dicitur comparata, ut latius in *d. conf.* 298. habetur.

Verum si Prælatus tempore promotionis nihil in bonis habebat, veluti si Monachus in Episcopum assumatur, tum sive hæres possideat, sive non semper res ut de peculio Ecclesiæ quæsita habetur: quæ tamen præsumptio est Juris tantum, non etiam de Jure, cum possit hæres probare rem aliunde Episcopo, quam è bonis Ecclesiæ, obvenisse. Vide Redoanum *de spoliis*, *qu.* 9.

Earum rerum, quæ Prælatus ratione Ecclesiæ acquirit, partem tenetur pro suis necessitatibus erogare, partem vero Ecclesiæ, & pauperibus dare, hoc est,

Digitized by Google

est, si quid ei a suis necessitatibus supereſt, *can. ult. 16. qu. 1. Quidquid habent Clerici, pauperum est.* Ubi duo notanda sunt. I. partem superfluam deberi pauperibus non solum lege charitatis, sed etiam lege Justitiæ, prorsus ut si Clericus eam sibi usurpet, restituere teneatur: II. partem sibi dicatam obligari Clericum vinculo charitatis, non etiam lege Justitiæ in honestos usus impendere, itaut si secus faciat, non obligetur ad restitutionem. Utrumque post D. Th. docet Sotus *de justitia, lib. 10. qu. 4. art. 3.* Covar. in *c. cum in officiis, n. 3. de testam.* Zabar. in *Clem. gratiæ, de rescriptis n. 12.* Toletus in *summa lib. 5. c. 4. n. 26.* Azor. 2. *moral. lib. 7. c. 8.* & Sarmiento in libello de hac re edito. Non desunt tamen, qui contendunt ex lege etiam Justitiæ Clericum teneri impendere proventus Ecclesiasticos in usus honestos, itaut qui secus fecerit, tantundem de suo restituere obligetur, late post alios Novar in *tract. de reditib. Ecclesiastic. par. 1. q. 4.* & in *Apologia*, cui adhæret Cæsar Costa 1. *ambig. Juris* 40. Concilium Antiochenum *can. 24. Est enim justum, & apud Deum, & homines acceptum, ut Episcopus propria, quibus velit, relinquat. Quæ sunt autem Ecclesiæ, ipsi serventur.* Extat etiam de hac re *Canon Apostolorum.*

Notandum etiam, licere Prælato etiam diviti, de fructibus præbendæ vivere, tanquam de re sua propria, in qua dominium habeat, ut explicandum est Concilium Agathense in *can. Clerici 1. q. 2.* & docet D. Th. 2. 2. *q. 158. art. 7.* Molina 2. *de Justitia, disp. 142.* Quod si de suis bonis vitam tolleret, adhuc de parte præbendæ sibi definita libere disponit, *can. quicunque 12. qu. 3.* quod si non disponat, hæres ab intestato accipiet, Navar. *de spoliis, §. 1. num. 4.* Quod mox clarius patebit.

Digitized by Google

Cæterum, cum Prælatus moritur, Jure inſpecto, teſtamentum de rebus ab Eccleſia obventis conficere nequit: nihilominus moribus receptum eſt, ut pauperibus, piis locis, & famulis benemerentibus poſſit aliqua, juxta ſervitii meritum, conferre velut eleemoſinæ nomine, Abbas, & alii communiter in *cap. relatum* 2. & in *cap. ad hæc*, *de teſtamentis*: ita quoque legatum ſubſtinebitur, ſi quis, quantum de Eccleſiaſticis bonis legaverit, tantum de ſuis Eccleſiæ contulerit, *can. ſi quis qualibet* 12. *q.* 2. *can. ſi Epiſcopus* 12. *q.* 5. Cætera vero per ſpolium ad Sedem Apoſtolicam, vel Epiſcopum devolventur, ut latiſſime Novar. *de ſpoliis Cler.* 57. *per totum.*

Secus eſt de bonis patrimonialibus, in quibus Clericus liberam teſtandi poteſtatem habet: quod ſi ab inteſtato deceſſerit, agnati, & cognati vocantur, quibus deficientibus admittetur non fiſcus Principis, ſed Eccleſia, vel Epiſcopus; ita tamen, ut ſi Clericus fuerit Beneficiatus, tum in ipſius bona ſuccedat ea Eccleſia, vel Altare, cujus eſt beneficialis, excluſa Camera, vel Epiſcopo, *cap. excommunicamus*, §. *damnatis*, *de hæreticis*, Covar. 2. *var.* 9. Excipe bona in feudum, vel in emphyteuſim accepta, quæ ad dominos directos devolventur, Covar. *d. c.* 9. *n.* 11. Berous *conſ.* 114. *n.* 56. *vol.* 1. Excipe etiam in Clerico hæretico, cui in noſtro Regno fiſcus Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuccedit, ut Riccius hic notat. Hæc habuimus dicere, aut potius pro temporis anguſtia, indicare intento veluti digito, de rebus Eccleſiæ, earumque ſpeciebus, ad majorem D.O.M. honorem, & gloriam.

FINIS LIBRI II.

DO-

Digitized by Google

DOMINICI AULISII

J. C. CLARISSIMI,

Ad Librum III. Institutionum Canonicarum,

COMMENTARIA.

De Judiciis, atque illorum divisione.

TIT. I.

Sicut omne Jus Civile circa tria versatur, Personas, Res, atque Actiones, ita etiam facit Jus Canonicum; hoc tantum excepto, quod pro Actionibus substituit Judicia, quia subtilitates nimias Juris Civilis circa Actiones respuit, & satis habet, si Rei gestæ veritatem simplicem, juxta Canones, & SS. PP. præscripta cognoscat, *cap. 6. eod* & notat Lancellottus in §. *ult. supra de Eccles. Constitutionib.* Propterea, cum in primo libro actum de personis sit, secundo autem de Rebus, in quantum Ecclesiasticum statum respiciunt; illud in præsens superest, ut de ipsis Judiciis dicamus, & primo de Civilibus, seu Pecuniariis, quorum materia non solum ampla est, atque diffusa, verum etiam præstantissima, cum sit ve-

Digitized by Google

veluti finis Juriſprudentiæ. Ac præterea totus ordo Judiciorum, qui ubique gentium in Orbe Chriſtiano obſervatur, ſolo pœne Jure Canonico nititur, Cujac. in *Præfat. ad lib.* 4. *Decretalium.* Sit ergo.

De Subſtantia Judicii.

NOn una eſt Judicii definitio: vulgo tamen receptum eſt, ut ſit Actus legitimus trium perſonarum contendentium, Judicis, Actoris, & Rei, Gloſſ. in *cap. forum, de verbor. ſignif.* Quæ definitio reprobatur ex pluribus: I. quia Judex non contendit, ſed Actorem, & Reum contendentes audit, quo ipſis Jus dicere poſſit, *l. rem non novam, C. eod.* II. quia Judicium quandoque fit ſine vero Actore, veluti cum Judex ex officio per inquiſitionem Judicium exercet, ubi quamvis Fiſcus actoris vicem ſubſtineat, & denunciet, ut loquitur textus in *cap. qualiter* 2. *de accuſationib.* tamen verus actor non eſt, cum non inſcribat; & nequeat lege talionis teneri, aut adſtringi ad id, quod intereſt, ut infra ſuo loco trademus. III. quia iſthæc definitio nihil habet de ſententia, diffinitiva, in qua non contenditur, ſed contentio terminatur: & tamen ſententia potiſſima Judicii pars eſt, & a qua Judicium nomen habet; quippe in eo Jus dicitur, hoc eſt ſententia profertus, *l. Jus pluribus, ff. de juſtitia.* IV. quia Actus legitimi, certi, & definiti in noſtro Jure ſunt, inter quos Judicium non computatur; ſunt enim emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, adoptio, & datio tutoris, *l. actus legitimi ff. de reg. juris.*

Judicium itaque eſt legitima diſcuſſio, & definitio cauſæ coram Judice facta. Ita fere ex Lancellotto, & Abbate hic. Quæ definitio omnes Judicii partes

Digitized by Google

partes ſubſtantiales comprehendit; cum enim dicitur legitima cauſæ diſcuſſio, denotatur ipſa litis conteſtatio, ex qua Judicium orditur, cum iis omnibus, quæ poſt conteſtationem accidunt, ut ſunt exceptiones, probationes, ſequeſtrum, & his cognata. Cum verò additur, & definitio, innuitur ſententia diffinitiva, quæ a Judice Juriſdictionem habente prolata Judicium finit: atque ideo dicendum eſt, coram Judice, ut Judicium a diſcuſſione, & deciſione extrajudiciali ſejungatur, ut quæ fit ab arbitriis.

De Diviſione Judicii.

VAriæ traduntur Judiciorum diviſiones, de quibus agit Lancellottus hic in §. *ſumma.* I. Judicium alterum eſt Eccleſiaſticum, alterum Seculare. Prius eſt, quod a Judice Eccleſiaſtico, poſterius, quod a Seculari exercetur, *Clem. diſpendioſam, de Judiciis.* Nam ſicut duæ ſunt dignitates, quibus Orbis Chriſtianus regitur, hoc eſt Pontificalis auctoritas, & Regalis poteſtas, quarum prior comparatur Soli, poſterior Lunæ in *cap. ſolitæ*, §. *præterea, de majoritate*; ita rerum, & perſonarum Eccleſiæ cuſtos eſt Eccleſiaſticus Judex, Civilium vero Secularis.

Eccleſiaſticum Judicium dividitur etiam, ut alterum ſit ratione perſonæ, quæ in Jus vocatur, hoc eſt Rei: qui ubi Eccleſiaſticus eſt, coram Eccleſiaſtico Judice conveniendus eſt, etiam ſi res, de qua agitur, omnino pecuniaria, & Secularis ſit, *cap. ult. eod.* idque ex regula, quod actor ſequitur forum rei, *cap.* 5. & 8. *de foro competenti, l.* 2. C. *de Juriſdictione.* Quod adeo verum eſt, ut ſi quis ſciens prudens Clericum coram laico Judice ſive pro cauſa criminali, ſive civili vocaverit, Jure ſuo cadat, ſententia nulla ſit, & Judex po-

Digitized by Google

poteſtate ſubmoveatur, *auth. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & Cleric.* quin Auctor, & Judex ipſo facto excommunicati cenſentur, *cap. ſciens, de elect. in 6. cap. 2. de foro competenti.*

Alterum vero eſt Eccleſiaſticarum ratione rerum; nam quandoque fit, ut Reus ſit laicus, & nihilominus Judicium debeat eſſe Eccleſiaſticum, eo quod de re Eccleſiaſtica, ſeu Spirituali agatur. Ita eſt de Jure patronatus, cujus cognitio ad Eccleſiam pertinet, etiamſi inter laicos iis, & controverſia orta ſit, *cap. de Jure, de Jure patr. cap. 4. de judiciis.*

Hinc patet, Seculare Judicium è diverſo eſſe, cum neque res ad Eccleſiam pertinet, neque Reus in ordine Eccleſiaſtico recenſetur, DD. hic.

Addunt alii Judicium miſti fori, cum eadem rei notio ad utrumque Judicem ſpectare poteſt, inter quos locus prævention̄i datur. Sed hoc inepte faciunt, nam eo caſu, cum vel ſolus Eccleſiaſticus Judex, vel Secularis ſolus præcedat, nequit hoc Judicium miſti fori dici, quod ſane tunc eſſet, cum ad utrumque Judicem ſimul notio ſpectaret. Quare rectius ab aliis hæc dicuntur cauſæ, ſeu delicta miſti fori, & ad Judiciorum diviſionem non pertinent. Ita eſt de blasphemia non hæreticali, quæ ab Judice tam laico, quam Eccleſiaſtico plecti poteſt, itaut ille præferatur, qui alterum prævenerit, ut patet ex *cap. ſtatuimus, de maledicis*, junctâ *conſtitut. blaſphemantib.* Idipſum eſt de ſortilegio, cum hæreſim non ſapit, Clar. in §. *hæreſis*; ut etiam in natura violatoribus, qui excommunicari poſſunt *cap. Clerici de exceſſib. Prælator.* Hec, inquam, omnia delicta miſti fori ſunt non item Judicia.

Illud notandum, Bonac. *de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *puncto* 1. §. 1. Guttierez 1. *Canonicar. quæſt. cap.* 12.

Lay-

Digitized by Google

Laymanni *lib.4.Theol.Moralis tract.9.c.2.n.6.* putare Reum in delicto misti fori, semel punitum in uno, remanere puniendum in altero ex *c.felicis §.pro hoc de pœnis in 6.* Contra quos merito pugnant Christophorus de Angulano 3. *de legibus contr.* 32. *num.* 7. & P. Diana *de immun. Eccles. resol* 107. qui volunt, quem non esse bis pro eodem delicto puniendum, cui opinioni favet textus in *cap. non afferamas* 24. *q.* 1.

II. Judicium dividitur, ut unum sit ordinarium, alterum extraordinarium. Ordinarium Judicium licet varias habeat exceptiones, tamen hic a Lancellotto in §. *est & alia* dicitur, quod a Judice ordinario fit ordinarius Judex est, qui suo Jure, vel Superioris beneficio uuiversalem Jurisdictionem exercere potest, ut hic, & DD. in *l.5.ff. de Jurisdictione*, ut sunt Episcopus, Archiepiscopus, Legatus Sedis Apostolicæ, & apud nos Regii consiliarii, Judices M. C. Gubernatores Urbium sive Regis, sive Dynastarum. Extraordinarium vero, quod ab Judice delegato fit idest ab eo qui Jurisdictione utitur, tanquam ab alio sibi pro tempore, vel pro aliquibus tantum causis mandata, *l.1.cum seqq.§.qui mandata, ff. de offic. ejus.* Jus autem delegandi est Pontificis, vel Principis; vel alterius cujuscumque, qui vel a lege, vel a superiore Jurisditionem obtineat, ut notat Lancellot. *loc.cit.*

Quoniam vero magni interest scire, utrum quis ordinariam, an delegatam Jurisdictionem habeat, ut dicemus, ideo hæc in dubio regula traditur, ut si omnium causarum cognitio alicui concedatur, in dubio dicatur ordinarius Judex, *l.1.§.cum Urbem, C. de officio Prefecti Urbi, l.ult.C.ubi, & apud quem* Alex. *in l.solet; n.7.ff.de Jurisdictione.* Quod si unius vel plurimum causarum non verum omnium concedatur co-

Digitized by Google

cognitio, habebitur pro delegato, eodem Alexandro teſte. Ita ergo Vicarius foraneus (qui ſcilicet certo pago præfixus eſt) vel qui ad certas cauſas cognoſcendas cõſtituitur ab Epiſcopo delegatus erit. Vicarius vero generalis, qui ad omnes cauſas præpoſitus eſt, ordinarius dicetur Maranta *p.4.diſt.5. n.10.& 14.*

III. Judicium dividitur in Summarium, & Ordinarium §. *ruſus* Ordinarium, ſeu ſolemne eſt, in quo Juris ordine ſervato proceditur hoc eſt porrecto libello, lite conteſtata, publicatione facta & concluſione, cum aliis, de quibus in *l.ult.C.de litis conteſtatione*, & infra nos latius.

Summarium ita dicitur a ſumma. Eſt autem ſumma, quæ omnes rei partes breviter explicat, *l. in ſumma*, ubi Gloſſ. *ff de condict. indebiti*; propterea Judicium ſummarium vere illud eſt, in quo omnia & ſingula acta ſed ſummatim, hoc eſt breviter, comprehenduntur, ut accidit in actione ad exibendum *l.3.§.ſciendum, ff. ad exibendum*, ex quo textu docemur in eo Judicio libellum exigi, ut & deciſionem diffinitivam: exigitur etiam litis conteſtatio, *l.9. §. ſi quis rem ff. cit.tit.* Idipſum eſt in cauſa alimentorum, vel in integrum reſtitutionis, in quibus ex juſta ratione Judiciales termini reſtringuntur, *l. 2. de re judicata* Ita recte Bart. in *Extrav. ad reprimendum, verbo ſummarium*.

Verum apud Langellottum hic ſummarium Judicium eſt in quo de plano ſine ſtrepito, & figura Judiciali proceditur *Clem.2 de verbor.ſignif.* Dicitur de plano, nam cum in ordinario Judicio Judex ſedendo pro tribunali in ſella ſublimi ſententiam proferat, *cap. ult. de ſententia in 6.* tamen hic poteſt de plano hoc eſt ex equo litem diffinire, ut in citato Clemente habetur. Dicitur ſine figura Judicis, hoc eſt

Digitized by Google

hoc est ommissis iis, quæ sunt Juris positivi, non item quæ naturalis Juris sunt. Quare exceptiones, & defentiones admitti debent cum defentio Juris naturalis sit DD. in *Clem. pastoralis de re judicata*, & in *l. ut vim, ff. de justitia.* Verum è diverso potest libellus negligi, cum sit satis quævis petitio oretenus facta, quæ tamen actis continuo est inferenda: ita nec conclusio exposcitur, quæ etsi fiat, poterit tamen adhuc Judex, vel ex officio, vel colligatore instante, adversarium interrogare de iis quæ ad causam pertinent, ut in *d. Clem.* 2. latius habetur. Sic etiam omitti potest litis contestatio, cujus vicem implebit datio termini ad probandum, Bart. in *Extrav. ad reprimendum v.*, & *figura num.* 10. quod & in Regno nostro observatur Carav. ad *ritum* 279. *sub finem.* Tandem nec publicatio exigitur, qua & petita, & denegata, valide sententia profertur, & si ab ea possit appellari, Maranta *par.* 4. *dist.* 9. *n.* 22.

Exempla hujus summarii Judicii plura in Sacris Bibliis occurrunt. Tale est illud factum a Deo in foro delitiarum: tale etiam est, cum Salomon infaustis vivi matrem deprehendit, cui & restituit, *cap.* 2. *de præsuntionib. & lib.* 3. *Reg.* 3. Idipsum observatur in causis electionum usurarum, matrimonii, & similium *d.* §. *rurus.* Et hoc sane in usu est apud Turcas, Persas, Indas, cæteraque nationes omnes, quæ jure Romano non vivunt, & jactant in hac re vetus disticon Persicus, longe melior est brevis injustitia, quam longa justitia.

De iis, qui fori privilegio gaudent.

I. NOn solum Clericus, qui minores, vel majores ordines habet, a Jurisdictione Seculari eximitur, verum etiam qui primam tonsuram accipit

Digitized by Google

pit, etsi Covar 3. *pract. qu.* 31. & alii in contrarium nitantur. Ratio est, ex Canonistis, quia tonsura est verus ordo conferens characterem, ut *lib.* 1. dicitur. Ex Theologis verò, quia tonsura, etsi characterem non conferat, nec sit ordo, tamen est ad ordines proxima dispositio, per quam quis in limine status Ecclesiastici constitutus censetur, ut proximus ad accingendū pro accincto habeatur, Trident *sess.* 23. *cap.* 3. Unde est, quod in re favorabili nomine Clericorum veniant etiam qui primam tonsuram habent, *cam. Cleros dist.* 21. *cap. cum contingat de ætate*, & *qualitate* ubi Hostiens. *num* 6.

Verum ut Clerici in minoribus constituti, & tonsurati privilegio fori gaudeant, tria observare tenetur tōsuram deferre, & vestes Clericales, & Ecclesiæ alicui in Divinis de Episcopi mandato inservire, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua Scola, vel Universitate de licentia Episcopi: aut saltem beneficium Ecclesiasticum habere Trident. *d. sess.* 23. *cap.* 6. Quod intelligas de beneficio quocumque, & si fuerit, ut dicitur Fratantia, ut docet Riccius *resol.* 151. & 172. argumento eorum, quæ notant Canonistæ in *cap. ex insinuatione, de procuratoribus*, & *cap. cum a deo de rescriptis.* Quæ explicanda sunt.

Itaque cum *Trid. cit.* in Beneficiatis disjunctive loquatur ibi. *Nisi Beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, &c.* ideo communis sententia est Clericum beneficiatum, etsi ut Clericus non incedat tamen fori privilegio frui, ut decisum refert Dorus *lib.* 1. *dec.* 4. *v. Clericus.* Et quamvis beneficiatus sine habitu incedens ex Bulla Sixti V. statim beneficium amittat, quod tanquam vacuum ad S. Pontificem devolvitur; tamen hæc Bulla per Clem. VIII. revocata fuit Genuens. in *pra-*

xi

Digitized by Google

ti cap. 7. Diana *par.1.resol.28.* Marin.*1.resol 56.*

Quod verum est, etsi beneficium sit minimi redditus, imo satis est titulum possidere, etiam sine reditu, quia redditus non est de substantia beneficii. Riccius *par.4.dec.128.* Sub nomine beneficii venit etiam Capellania, si in perpetuum titulum conferatur, quam habens Clericus in minoribus, fori privilegio gaudet quamvis sine habitu, & tonsura incedat Barb.*alleg.12. num.* 10. Venit etiam Fratantia pro comitatis cadaveribus defunctorum Riccius *resol.* 151. & 172. argumentum eorum, quæ notant Canonistæ in *cap. ex insinuatione, de Procuratorib.* & *cap. cum ad eo, de rescriptis.*

Pensionarios vero non deferentes habitum & tonsuram, fori privilegio non gaudere, docent Genuens. *loc.cit.* & Bonacin. *disp.*10. *de legib. qu.2.punt.*1.§.4. *num.*11. Sed contrarium afferit Diana *par.1.tract. 2. resol.*30. & Rota apud Crescentium *dec.* 14. *de sententia, & re judic.* quod verius quia Pensionarius hodie pro beneficiato habetur, ut libro primo dictum est. Nihilominus ali distinguunt, itaut si pensio excedat aureos Camerales 60. ut in Bulla Sixti V. incipiente *Pastoralis*, tunc gaudeat: secus non Barb. *de alleg.* 12.*num.* 8. Riccius *d.par.4 dec.*154.

Sed si Clerici sint in minoribus, & beneficio careant, debent ut fori privilegio gaudeant, habitum simul, & tonsuram deferre, itaut si alterutro careant, eo privilegio priventur, Riccius *d.decis* 154. Bellectus in *disp.Clecic.par.1.tit.3.§.8.num.7.* qui referunt ita Sac. Congr. declarasse, propterea quod Concilium loquitur copulative, ibi *Clericalem habitum, & tonsuram*; cum è diverso in Beneficiato loquatur disjunctive per particulam aut. Unde recipi facile non potest in hoc textu particulam con-

Digitized by Google

junctivam resolvi in disjunctivam, ut voluit Marius Antonius Maceratentis Vicarius Generalis Cardinalis Borromæi 3. *var. resol.* 48. & Capiblanc. *de Bonib. prag.* 8. *cap.* 3 *num.* 28.

Itaque si quis habitum dimiserit, privilegium fori ammittit, etsi ab Episcopo admonitus non sit, ut habitum reassumat; quod verum est, cum continuò incedit sine habitu, itaut publice existimetur Laicus. Bonac. *de l. disp.* 10. *qu.* 2. *puncto* 1. §. 4. *n.* 15. Ricc. *d. dec.* 154. Verum qui dimisit habitum, iterum illum assumere potest, non obstante irregularitate, quæ superveniat, vel Episcopi prohibitione, Sacr. Congregatio apud Barbos. *de Jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 27. Præterea si Clericus capiatur sine habitu, quem tamen gestabat tempore delicti, aduch fori privilegio gaudere debet, ut eadem S. Congregatio declaravit, teste Macheratense *loc. cit.* & Sanchez *lib.* 7. *de matrim. disp.* 46. *num.* 10.

I. Clericus in minoribus cum habitu, & tonsura incedens si Ecclesiæ non deserviat, fori privilegium non habet, quia etiam hic Concilium Trid. conjunctive loquitur Menochius *tom.* 10. *cons.* 912. Ambrosinus *de immun. cap.* 17. *num.* 13. Quamvis autem Trid. videatur actu exigere, ut Clericus Ecclesiæ inserviat, cum delictum committit, ut fori privilegio gaudeat, nam ait *serviant vel ministrent*, tamen id non de præsenti physico, sed morali intellitur, itaut si Clericus ante mensem in servitium præstiterit, idem haduc privilegium habeat; sed id verum est, si non bis terve, sed pro majori saltem anni parte servierit, S. Congregatio apud Riccium *par.* 4. *decis.* 154. Gratianus *cap.* 440. Præterea servitium est ei Ecclesiæ præstandum, cui Episcopus jussit de Grassis *de effectib. Cleric. cap.* 1. *n.* 177. Barb. *d. al-*

Digitized by Google

d. alleg. 12. *n.* 14. idem tamen Barbosa 1. *de Jure Eccles.* 39. §. 2. *n.* 35. semel iterumq; a S. Congregatione declaratum refert, satis esse servitium cuicunque Ecclesiæ præstitum etiam sine mandato Episcopi.

II. Clericus conjugatus fori privilegium habet in causis criminalibus, non etiam in mere civilibus, ut probatur ex *cap. un. de Cleric. conjugatis in 6.* ubi S. Pontifex Clericis conjugatis immunitatem concedit, cum ex delicto conueniantur, sive criminaliter, sive civiliter, hoc est pecuniarie; tum subdit in cæteris causis Judicem secularem eum cognoscere posse: uti etiam, si delinquat sine habitu, & tonsura, quocirca in causis mere civlibus hi Clerici immunitatẽ non habent, & ut Gl. ibi ait, a tribunis exẽpti non sunt, Cov. 31. *pract.* Gutt 1. *pract.* 5. de Marin. *c.* 58.

Patet hinc, Clericũ non conjugatum fori privilegio uti, cum tonsuram, & habitum Clericalem defert; neque hoc satis, sed ulterius exigitur, ut unicam & virginem duxerit, ut ex Tridentino constat; quare si violatam, etiam a se ipso ante matrimonium duxerit, ob bigamiam dicto privilegio non gaudet, ut ex Glossa in *d. cap. un.* decisum refert Guid. Papa *q.* 138. Quid Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 6. præter allata, requirit, ut hi Clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio destinati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrent, nullo obstante privilegio, vel consuetudine in contrarium etiam immemorabili.

Sacra autem Congr. anno 1630. declaravit, Clericos conjugatos etiam in civilibus gaudere debere fori privilegio, ubi talis adesset consuetudo; quam in Regno nostro adesse multi testantur, ut Riccius *par.* 3. *dec.* 170. & *par.* 4. *dec.* 320. Duardus in *Bulla Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15. *qu.* 4. *conc.* 3. *n.* 12. Diana *par.* 1. *tra.* 2. *res.* 50. Squillante *de privat. Cleric. cap.* 7. *num.* 27.

Digitized by Google

Dubium tamen, est an uxor Clerici eodem fori privilegio utatur, ac vir? Multi negant ex eo, quod hoc privilegium fori inductum est ratione status Ecclesiastici: quare communicari nequit ei, qui status Ecclesiasticus non est, argumento ex textu in *l. in omnib. causis 69. ff. de reg. Juris.* In omnibus causis id observatur, ut ibi persone conditio locū facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque definiat. Ita Suarez 8. *de legib.* 11. *n.* 13. Sanchez, & Bobadilla apud Rovitum in *prag.* 1. *de Clericis conjug. n.* 2. ubi hoc in Regno receptum notat Bard. 1. *de Jure Ecclesiastico c.* 32. §. 2. *a n.* 62.

Objicitur ex *l.* 2. *C. de Episc. & Cleric.* ubi ab extraordinariis muneribus, & a perangariis eximuntur Clerici, & eorum substantiæ, itaut his privilegiis, & prærogativa gaudeant etiam conjugia Clericorum, filii, ac liberi, & eorum quoque ministeria. Sed respondetur, ex hoc privilegio, seu prærogativa, ut textus loquitur esse introductū, & propterea non posse ad esēmplū trahi §. *sed & quod Principis Instin. de Jure naturali.* Cū ergo textus loquitur de munere personali, vel reali nequit trahi ad lites, & delicta.

Objicies etiam Ratio, cur uxor foro viri sui utatur, est, quia vir caput uxoris est, sed hæc ratio in uxore etiam Clerici conjugati viget: ergo eadem legis dispositio locum debet habere. Sed respondeo virum haberi, ut caput uxoris non in omnibus, sed in iis dumtaxat, quæ uxori communicare potest. Ita non communicat Jura personalia inter quæ jus fori Ecclesiastici est: in quibus non habetur tanquam caput uxoris; licet verum sit ex hac ratione fori civilis communicationem, & participationem pendere. Sed si dicas, id factum, quia vir, & uxor sunt duo in carnē una, eodem modo respondeo, hæc non

Digitized by Google

non in omnibus locum habere, sed solum in aliquibus; nam falsum est, quod putat Novarius *dec.* 165. *num.* 3. & 6. virum, & uxorem pro uno teste haberi, quia in una carne sunt: id enim est contra textum in §. *pater de testamen. ordinariis*; alioqui etiã verum esset patrem, & filiũ familias pro unico teste habẽdos esse, quia & ipsi unam personam faciunt de Jure civili; quod est falsissimũ, ut ex *d.* § *pater* manifestũ est.

Objicies ex *l. fœminæ, ff. de Senatorib. ex l.* 2. *ad municipalem*, & ex *l.* 13. *C. de dignitatib. lib.* 12. in quibus uxor forum viri sortitur; ergo uxor Clerici privilegio fori gaudebit, præsertim cum a Modestino dicatur vir, & uxor socii divini, & humani Juris, *l.* 2 *ff. de ritu nuptiar.*

Sed facilis responsio est, scilicet uxorem sortiri forum viri, quoties nulla specialis ratio obstat, quæ quidem obstat in nostro casu, cum id vir habeat ratione ordinis Ecclesiastici, qui nullo prorsus modi in uxorem Clerici cadere potest ut diximus. Pauci vero sunt, qui recte Modestinum intelligunt, cum ait, inter conjuges participari divinum, atque humanum Jus; olim enim apud Romanos non solum erat Sacra publica totius Populis, sed etiam privata, & propria alicujus gentis, ut notat Festus *v. sacer*, hoc est, quæ anniversaria a gente aliqua certo in loco fierent. Sic sacra Hærculis erant propria Potitiæ, & Pinariæ gentis, ita Veneris Juliæ, Palladis Nautiæ, Solis Aureliæ. Ditis patris Valeriæ. Hinc T. Livius *lib.* 5. ait Fabiam, gentem in colle Quirinali Gbaino cinctu sacra fecisse statuta. Hec ergo sacra communio erat filius in potestate constitutis, qui propterea ab Imperatoribus dicuntur esse in sacris paternis, *l. filiæ C. de Collationibus*, *l.* 3. *C. de bonis maternis*, *cum concordantibus*. quandoque fiebat etiam

Digitized by Google

tiam participes hęredes: unde hęreditates cum ſacris, & ſine ſacris legimus apud Plantum, & Ciceronem. Eodem ergo modo particeps erat uxor: & hi ſocia divinæ domus dicitur in *cit. l. 1. ff. de ritu nuptiar.* Hec vero ſacra privata amplius in uſu non ſunt; proinde textus in *d. l.* 1. ad noſtros mores non pertinet, & nequit noſtro caſu adaptari.

III. Multi putant Eccleſiaſticorum famulos fori privilegio gaudere. Id non modo in famulis Epiſcopi locum habere volunt, ut Abbas, & alii in *cap.* 2. *de foro competĕti.* Fuſcus *v. forũ, & v. familiares*, Genuẽſis *c.* 9. *ad finem.* ſed etiam in famulis aliorum Clericorum Gloſſ. in *can. eos, diſt.* 32. *can. Eccleſiar.* 12. *q.* 2.

Contrariũ tamen verius videtur, ut ſcilicet Clerici famulus delinquens forum Judicis laici declinare non poſſit. Et ratione, quia forũ declinatur ſolum vel ratione cauſæ, & rei ut in iis, quæ ad Religionem pertinent, vel ratione perſonæ: & tunc Clerici tantum, & Religioſi, quoniam Deo dicati fori privilegio gaudent *c.* 2. *de foro competenti, cap. un. de Clericis conjug. in* 6. Del Bene *de immunit. to.* 1. *cap.* 4. *dub.* 1.

Certum eſt Eccleſiam, antequam ſervitutes Chriſtianorum ſublatę fuiſſent, habuiſſe ſervos, colonos adſcriptos, originarios, libertos. Nam qui prædia ſua Eccleſiæ tradebant, ſolebant etiam una cum agris ſervos agrorum, & colonos in Eccleſiæ familiam, ac patrimonium traſcribere. Aliunde vero advocati Eccleſiarum nonnunquam ſervos, & ancillas emebant. Vide late Nicolaum le Maiſtre in *Illuſtratione ſacri Patrimonii, lib.* 3. *cap.* 4.

Neque obſtat eſſe famulos. Nam in Jure tam civili, quam canonico in *can. Eccleſias* 12. *q.* 2. id ſolum invenitur ſancitum, ut ſervi, hoc eſt mancipia Eccleſiarum, & Clericorum a novis collectionibus, & ho-

Digitized by Google

hoſpitibus ſuſcipiendis, atque ab angariis ſordidiſque muneribus exempti, & immunes ſint. Ea ratione quia ſervi ſunt ſub dominio, & quidquid Dominis acquirunt: unde merito tam a muneribus perſonalibus, quam realibus immunes ſunt, ne in Dominorum damnum, & gravamen vergat. Quæ ratio ut patet non eſt famulis, In *l.* 2. *C. de Epiſcop. & Cleric.* etiam in miniſteria Clericorum ab oneribus realibus, & perſonalibus eximuntur. In *cap.* 1. *de pœnis in* 6. dicitur familiares Epiſcopi ab Epiſcopo cognoſcendos eſſe; ſed ſermo de injuria ipſis illata: notum verò eſt per familiares injuriam inferri Domino.

Hinc ergo multi ex Canoniſtis docent, familiares Clericorum privilegio fori Dominis conceſſi non uti, Innocentius in *cap. ſignificaſti, de officio delegandi*, Abbas, & alii apud Farinac. *qu.* 8. *num.* 46. Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus, eff.* 2. *num.* 127. Qui tamen aliud Juris eſſe volunt in familiaribus Epiſcoporum, & probat ex *cap. fin. de officio Archidiaconi.*

Quæ opinio ſatis probabilis eſt; tamen contrarium apud nos deciſum refert Sanfel. *deciſ.* 1. & tuetur Anſald de *Juriſd. par.* 2. *tit.* 11. ex rationibus jam dictis. Neque moventur ex *d. cap. fin.* cujus ſpecies ita ſe habet. Coram Delegatis Honorii III. egerat Archidiaconus Senonenſis, qui Jurisditionem propriam habebat, ut Abbas, & Monachi Monaſterii S. Petri Senonenſis (quod intra terminos, & jurisditionem Archidiaconatus erat ſitum) antiquam conſuedtuinē tenerent, ut eos omnes, qui ſub Epiſcopi Jurisditione eſſent, non convenirent: neque amplius illos qui erant de Senonenſi ballivia coram Officiali Epiſcopi Senonenſis convenirent: ſpiritualibus ipſius

Digitized by Google

Archiepiscopi, & hominum, & familiæ suæ causis exceptis. Ita enim consuetudo erat. In hac specie utraque Jurisdictio erat Ecclesiastica: & familia Episcopi ideo est excepta a Jurisdictione Archidiaconi, quia Jure non Archidiaconus Episcopi, sed hic illius est Judex *can. de persona* 11. *qu.* 1. Gl. in *cap. pastoralis* 11. Agitur præterea de Jure consuetudinario, quod non ubique viget, ut Jus commune, sed solum in eo loco, ubi introductum est. Itaque Gonzalez ibidem notat, hunc textum nihil ad rem facere, qui *num.* 6. notat de responsis Sac. Congregationis, quæ super hac re afferuntur a Diana, non costare; addique cum Episcopo Villoroel *par.* 1. *qu.* 2. *art.* 3. *ex n.* 38. non multum his fidendum, quoties non sunt extracta in forma autentica, juxta dispositionem Urbani VIII. qui de hoc cavit, ne apocrypha, & incerta evulgarentur ab auctoribus, vel nimis credulis, vel nimis sententiæ adhærentibus.

Idipsum confirmatur ex eo, quod Tridentinum a privilegio fori excludit etiam ipsos Clericos in minoribus constitutos, nisi beneficium obtineant, vel incedant in habitu, & tonsura, & Ecclesiæ de Episcopi mandato deserviant.

Verum tamen est, familiares Episcopi, uti Episcopi, hoc est qui ei in munere, & exercitio Jurisdictionis Episcopalis inserviunt, ut Actuarii, Scribæ, Fiscales, carcerum Custodes, & similes, consuetudine forum Judicis laici declinare posse; quod non est de mercenariis, & conductitiis, ut ex multis probat Thomas del Bene *cap.* 4. *dub.* 15. *num.* 27. & ita intelligendus est textus in *cap.* 1. *de pœnis in* 6.

Notandum hic filios Clericorum ante patris Clericatum legitime susceptos fori privilegio gaudere, vivo tamen patre, Graffis *de effectu* 1. *num.* 130. Decianus

Digitized by Google

cianus 4. *criminalium* 9. *num.* 49. & ita Sac. Congregationem censuisse refert Barb. 1. *de Jure Ecclesiastico* 39. §. 2. *num.* 62. *in fine* & colligitur ex *l. C. de Episcopis, & Clericis.*

IV. Clericus si post admissum delictum fiat laicus adhuc ab Judice Ecclesiastico puniendus est, Gram. *dec.* 10. *num.* 3. Giurba *dec.* 15. Ulp. in *l. cum quidam, ff. de Jurisdict.* docet, mutationem fori, post latam sententiam, vel post susceptam a Judice cognitionem, Judicis Jurisdictioni nihil obbesse. Quod verum puto, cum ante rejectum Clericatum fuit ab Ecclesiastico Judice citatus, itaut hæc citatio nequeat fieri post assumptum laicalem statum, ut aperte distinguit Ulp. *in l. si quis posteaquam, ff. de judiciis* ubi: *Si quis*, inquit *posteaquam in Jus vocatus est, miles, vel alterius fori esse cœperit, in ea causa Jus revocandi foram non habebit, quasi præventus.* Ergo ubi non adest prævention, hoc est citatio, reus priori Judici non subiacet.

Alii tamen volunt non esse plecti, nisi a Judice laico. Moventur ex Arrio Menandro in *l. qui cum uno, §. reus, de re militari*, ubi reus capitalis crimini, si fiat miles, non remittitur, sed a Judice militiæ judicandus non est.

Verum respondeo, ibi reum non fuisse præventum per citationem a priori Judice, cum solum fuerit coram eo reus postulatus, ut ibi dicitur. Novo enim Jure reus dicitur postulari, cum accusatur: quæ accusatio præcedit citationem, seu vocationem in Jus. Nos autem ultro concedimus, Clericum, si post solam accusationem coram Ecclesiastico, fiat laicus, non posse ab Ecclesiastico puniri, cum præventus non sit.

In contrarium alii contendunt, semper plecti debere

Digitized by Google

bere ab Ecclesiastico, quia ad dignoscendum, cui foro quis subjiciatur, tempus delicti, & status, in quo tunc delinquens erat, attendi debet, *l.1.ff.de pœnis*, *l.injuriarum, ff.de injuriis.*

Neque tamen hæc obstant; nam prædictæ leges non loquuntur de foro, sed de pœna; cum in illis solum dicatur, in pœnis infligendis non attendi tempus, quo quis punitur, sed tempus, quo deliquit: veluti si quis servus crimen commisit, & deinde cum damnatur, reperiatur factus liber, eam pœnam substinere debet, quam substineret, si tunc sententiam passus fuisset, cum deliquisset, ut in *d.l.1.ff.de pœnis.* Idem si quis privatum hominem injuria affecit, & sit deinde condemnandus, postquam læsus Magistratum iniit, injuriarum æstimatio non ad id tempus, quo judicatur sed ad id, quo facta est, referri debet, *d.l. injuriarum, ff.de injuriis.* Nos autem non quærimus de hoc, sed de foro, quo quis post status mutationem conveniendus sit. Quæ duo longe invicem distant, ut facile consideranti patet.

Hinc fit, Clericum relegatum a Judice Ecclesiastico, si fiat laicus, & relegationem violet, non posse ab Ecclesiastico, puniri, ut decisum refert De Franchis *dec.*395. quamvis contrarium dicat Genuens. *cap.* 8. *num.*3.

Fit etiam, ut qui patrato delicto habitum Clericalem assumpsit, tunc solum possit a laico Judice puniri, cum fuit per citationem præventus: quæ citatio satis est, nec exigitur præterea conjectio in carcerem, ut volunt Joan. Andr. in *cap.1.de obligatis ad ratiocinia.* Id tamen verum est, ut laicus ita ordinatus nequeat a laico pœna corporali puniri, sed solum pecuniarie, ut post alios docet Bellettus in *disp. Clericali, par.1. tit.3. §.4. n.3.* & Petrus Genedo in *collect. Juris*

Digitized by Google

vis Canonici, *par.* 1. *coll.* 3. *num.* 13.

Si Clericus, & Laicus simul delinquant, quidam docet, ambos a Judice Ecclesiastico esse cognoscendos, quia magis dignum trahit ad se minus dignum: *cap.* 4 *de Judiciis*. In foro tamen observatur, ut quisque a suo Judice puniatur, Covar. 1. *tract.* 3. Guttierez *lib.* 1. *q.* 6. Amendolia ad Franchis *dec.* 189. *num.* 7. Bonac. in *B.C. disp.* 1. *q.* 16. *punct.* 5.

Quoniam verò judicium ut plurimum ex tribus personis constat, propterea de Judice, & Reo nonnulla videamus, de Assessore suo loco.

De Judice.

I. ETsi ad Magistratus admitti possint, qui licet literarum imperiti sint, tamen negotiorum expertes sunt, ut primo est de Magistratu, qui assessorem habet, tunc enim ipse Judex solum de dolo tenetur: assessor vero de imprudentia, sive ignorantia, si ejus culpa Jus aliter dictum sit, quam oportuit, *l. hoc edicto*, *ff. quod quisque Juris*, & ibi Gl. *v. assessori*. II. In militaribus Magistratibus, ad quos queunt assumi, qui per usum quotidianum peritiam judicandi acquisiverit, & in his usus peritiæ comparatur *l. certi Juris*, *C. de Judiciis*. III. Judex a Principe delegatus, arg. ex *l. quidam*, *ff. de re judic.* Menoch. *de arbitr. Judicum*, *qu.* 23. Jo: Paulus Xamar *de officio Judicum*, & *Advocatorum par.* 1. *q.* 14. Tamen regulariter in Magistratibus, & Judicibus exigitur Juris scientia, quo suo muneri facere satis possit, *l. si Judex*, *ff. de variis cognitionib.* adeout Judex perperam Jus dicens, faciat litem suam, hoc est Parti, quam læsit, teneatur de suo damnum illatum, & litis expensas resarcire, DD. in *tit. de obligationib. quæ ex delicto nascuntur.*

Digitized by Google

tur. Imo talis Judex non debet absolvi, nisi Magistratu se abdicet, & renunciet, cum non possit munus retinere, cujus onera ferre non potest, D. Th. 2.2. *q.* 67. *art.* 1. Farin. in *praxi crim. par.* 3. *q.* 111. *art.* 16.

II. Nequit Judex munera accipere, nec etiam ea, quæ paucis diebus consumuntur, in quibus tamen est considerandæ qualitas dantis, quantitas rei, & tempus donationis, ut considerat Menoch. *casu* 342. & 517. Xamar *d. par.* 1. *q.* 20. *in fine.* Quod vero accipit Judex, ut sententiam injuste pro datore ferat, delicto jam commisso, non obligatur in conscientia ad restitutionem; licet Parti contrariæ teneatur resarcire damnum, Silv. *v. concussio, qu.* 3. & *v. Judex* 1. *qu.* 12. Cov. in *regula peccatum, par.* 2. §. 2. *n.* 7. Tolet. in *Summa, lib.* 5. *c.* 59. *num.* 6. In foro tamen externo est restituendum fisco, *l. multa, C. de modo multarum, l. Lucius, ff. de Jure fisci.*

III. Communiter opinio est, Judicem tam in civilibus, quam in criminalibus obligari sententiam ferre secundum allegata, & probata, itaut si noverit aliquem esse innocentem, sed tamen ex probationibus appareat esse reum, teneatur illum condemnare; quia Judices judicando repræsentant personam publicam, non privatam, hoc est seipsos; ergo debet judicare juxta ea, quæ ipsis constant, ut publicis personis ex actis Judicialibus, non etiam secundum ea, quæ sibi constant, ut privatis personis. Præterea, quia populus scandalum pateretur, si videret eum, quem scit reum apparere, absolvi. Neque obstat textus in *cap.* 3. *de reg. Juris* ubi dicitur, *Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur*; nam respondetur ex doctrina Gl. ibidem, veritatem triplicem esse. Prima est bonæ vitæ, quæ nunquam ob scandalum deserenda est. Secunda justitiæ, quæ ad Judicem perti-

Digitized by Google

tinet. Tertia disciplinæ, quæ est Prælatis in his duabus quandoque aliquid fit, aut permittitur, ne populus scandalum patiatur, D. Augustinus in *can. ut constitueretur, dist.* 50.

Est verum vitæ, doctrinæ, justitiæque;
Primum semper habeis duo propter scandalum linque.

Cum ergo veritas, de qua in nostro casu agitur, sit veritas Justitiæ, recte ne populus scandalum sentiat, derelinqui potest. Quod adeo verum est, ut non obligetur se Magistratu abdicare, quia leges charitatis non obligant sub tali, & tanta jactura; licet si commode possit, queat reo commoditatem præbere, ut fugiat, D. Th. 2.2. *qu.* 67. *art.* 2. Covar. 1. *var.* 1. *num.* 4. Sotus 5. *de Justitia, quæst.* 4. *tit.* 3. Toletus *lib.* 5. *cap.* 36. Valentia *tc.* 3. *disp.* 5. *q.* 11. quamvis contrarium sentiant Host. & Abbas in *cap. pastoralis, de offic. deleg.* Petr. Navarr. *de restit. cap.* 3. *num.* 161. Lessius 2. *de just. cap.* 29. *dub.* 10. *num.* 78. Gordon. *lib.* 4. *Moralium q.* 12. *cap.* 1.

IV. Magistratus pœnas a Jure statutas, nec intendere, nec minuere possunt; quare qui pœnam Juris auget, tenetur non secus ac si injuste puniisset, *l. lex Julia*, §. 1. *ff. ad l. Jul. repetund. l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* qui verò innocentes absolvunt, tam grande facinus committunt, quam Rei ipsi, & fiunt infames, *l. servos, in fine, C. de vi publ.*

At vero Judices ex causa possunt reis pœnas augere, vel minuere, hoc est, vel ex ætate Rei deliquentis, *l. auxilium*, §. *in delictis, ff. de minorib. can. tanta dist.* 88. vel ex circumstantiis delicti, ut si dolus adfuerit, vel ex rusticitate peccatum sit, *d. can. tanta*, & *l. absentem*, § *fin. ff. de pœnis.* Ita ob paupertatem pœna pecuniaria, aut minui, aut remitti potest, *l. illicitas*, §. *ult. ff. de officio præsidis*, Tiraqu. *de pœnis tem.*

Digitized by Google

temperandis, causa 32. Clarus in §. *finali quæstio* 60.

De Reo.

I. REus legitime a Judice interrogatus, sive causa civilis sit, sive criminalis, tenetur veritatem fateri, aliter mortaliter peccat, D. Th. 2.2. *qu.* 69. *art.* 1. Aliud tamen est, cum Judex legitime non interrogat, veluti est, cum interrogat de occulto crimine, seu non deducto, ut oportet, at publicam notitiam per famam contra reum, nec per semiplenam probationem; quando enim nihil horum pugnat contra reum, potest se probabiliter tueri: & esset contra Jus naturæ imponere illi obligationem aperiendi factum in suam pernicem, & fama sine justa causa læderetur, Gordonius *lib.* 4. *q.* 12. *cap.* 8. *n.* 1. Lessius 2. *de justitia, cap.* 4. *dub.* 3. *n.* 10.

Verum si reus mentiatur in re levi, peccatum probabiliter censeretur veniale; nam etiam furtum, licet simpliciter in suo genere peccatum mortale sit, tamen furari rem levem est veniale. Ita Sotus 5. *de Justitia, q.* 6. *art.* 1 Valentia *to.* 3. *disp.* 5. *q.* 13. *pun.* 1. Alii tamen omne mendacium, excepto jocoso, mortale peccatum putant, Cajet. 2 2. *q.* 69. *a.* 1. Sylv. *v. mendaciun.*

Quod si agatur de pœna capitis, tunc quidam putant non obligari Reum ad confessionem, si agatur de pœna temporali: at vero obligari, si de pœna spirituali agatur, veluti de excommunicatione, Sylv. & Angel. *v. confessio*, Panorm. in *cap. cum super, de confessis.* Contraria tamen opinio verior censetur, teneri semper ad veritatis confessionem, quia Judex legitime, & Juris ordine interrogat; præsertim, quia in hoc bonum publicum versatur. D. Th. *loc. cit.* Sotus *de*

se-

Digitized by Google

secreto, *num.* 2. *q.* 7. Navar. *cap.* 25. *num.* 53. Covar. *pract. qu* 23. Palud. & Gabriel apud Gord. *loc. cit.*

Ita e diverso si Reus ob tormentorum impotentiam falsum crimen sibi imponat, etiam mortaliter peccat. I. quia si illud alteri imponeret, peccaret mortaliter; ergo etiam si sibi imponit. II. quia licet de bonis, imo etiam de fama sua possit quis disponere, non tamen potest de vita; propterea potest restitutionem bonorum, vel famæ remittere, vitam tamen pretio vendere non potest, aut pecunia membrorum amputationem commutare, *l. liber homo*, *ff. ad l. aquiliam*, Felin. in *cap. 1. de test ib. cogendis* Archid. in *cap. ex parte*, *de sepultur.* Cajet. 2. 2. *q.* 73. *art.* 2.

II. Videamus de fuga Reorum a carcere. Et communior opinio ex Cajet. 2. 2. *qu*, 69. *art.* 4. *dub.* 3. Valentia *to.* 3. *disp.* 5. *q.* 13. *punct.* 4. *concl.* 3. Toleto *lib.* 5. *num.* 58. & Gordonio *lib.* 4. *q.* 12. *cap.* 9. *nu.* 2. distinquit; nam si quis sit damnatus ad carcerem in pœnam, inde aufugendo peccat; quia lex pœnalis justa, & moderata obligat in conscientia ad statutam pœnam ex justitia distribuitiva: unde Navar. 4. *de regular. n.* 65. docuit, damnatos ad triremes obligari ad sponte ibi permanendum: quod tamen non probatur a Fragoso *disp.* 12. *lib.* 5. *num.* 377.

Sed reus carcere ad custodiam conclusus, potest fugere, sicut etiam licite fugere potest; dum in carcerem trahitur, dummodo ministros nec verberet, nec vulneret; propterea quod ad custodiam non tenetur, licet teneatur ad pœnam: ita tamen, ut juste damnatus ad mortem, possit fugere, sed non teneatur: injuste verò damnatus, etiam teneatur. Quod verum est etsi custodi carceris damnum ex ea fuga immineat; nam fugiendo utitur Jure suo, & id damnum nonnisi per accidens subsequitur, nec est reo imputan-

Digitized by Google

tandum, Sanchez in *sum. lib. 6. cap. 8. num. 15.* Leſſius *dub. 50. n. 13.* Cajetanus citatus, aliique. Verum etiam eſt, quamvis per viam, qua ille evaſit, fugiant etiam alii; quia, & hæc cæterorum fuga eſt per accidens illi, qui ſibi tantum ſuo Jure utens, viam aperuit, Salonius *2. 2. qu. 69. art. 4.* quem ſequuntur Leſſius, & Gordonus.

Hinc fit, ut reus poſſit cuſtodes decipere, carceres effringere, ut fugiat, quia ubi licitus eſt finis, ſunt licita media ad finem, Fragoſius, Valentia, & *alii apud* Sayr. *in clavi regia lib. 12. c. 18. n. 22.* contra Covar. *1. var. 2.*

Quibus Caſibus privilegio fori non gaudeat.

I. CLericus in Minoribus Ordinibus conſtitutus fori privilegium amittit, cum annum abſq; tonſura, & habitu Clericali inceſſerit, ut compluries in S. C. deciſum refert Tapia in *conſtitut. Regni de perſonis n. 24.* Ratio eſt, quia Tridentinum in iſtis ad privilegium fori habitum, & tonſuram exigit, quin etiam Eccleſiæ ſervitium, *ſeſſ. 23. cap. 3.* Excipe, niſi fuerit beneficiatus, ut ibidem.

II. Clericus in ſacris ut laicus relicto habitu, & tonſura incedens, nequit a Judice laico cognoſci, etſi arma militaria geſtet, vel alia ſecularia negotia tractet; niſi tertio ab Epiſcopo monitus, declaretur incorrigibilis; tunc enim fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in illam, & a laico recte plectetur, *cap. in audientia*, & *cap. contingit 45. de ſententia excommunicat.*

III. Clericus in ſacris in crimine perduellionis de-

Digitized by Google

deprehensus, fori privilegio caret. Ita DD. ex *cap. perpendimus, cit. tit.* ubi Sacerdos, qui se filium Regis simulans seditione concitaret, occisus est: & occisores non coguntur ad obtinendam absolutionem Sedem Apostolicam adire, hoc est, non sunt excommunicati, ut Gloss. ibidem explicat: sed solum competentem pœnitentiam pro meritis personarum ab Episcopo accipiunt. Verum quia prædictus textus non loquitur de privilegio fori, sed tantum de privilegio canonis, & quia Clericus non potest vere dici rebellis respectu Principis Laici, cui non est subjectus, *Clem. pastoralis*, §. *rursus* ubi Gloss., *de re judic.* ideo ita delinquentem a Judice Ecclesiastico esse plectendum refert decisum de Franchis *dec.* 691. & determinatum per Clementem VIII. docet Genuensis in *praxi cap.* 72. cum quidam Monachus Regnum Neapolitanum Turcis tradere laborabat.

IV. Si Clerici in sacris habitum, & tonsuram dimittant, ut ita facilius delinquere possint, tum verò ad effugiendam debitam pro delictis ultionem habitum cum tonsura resumant: si in hac fraude sæpius fuerint deprehensi, fori immunitate non gaudent, ut ex originali Barbosa declarat textum in *cap. ex parte* 27. *de privileg.*

V. Clericus ob delictum exauctoratus, seu degradatus, recte a Judice laico, cui solet committi plectetur ut pro crimine hæresis, *cap. ad abolendam de hæreticis*; pro crimine assassinii, *cap.* 1. *de homicidio in* 6. pro crimine falsi in literis Apostolici, *cap. ad falsariorum, de crimine falsi.* Idipsum accidit in aliis criminibus enormibus, de quibus Covar. 2. *var.* 20. Fach. 9. *controv.* 29. Farinac. *de inquis. q.* 8.

Hæc de causis criminalibus dixisse, sit satis; nunc de foris civilibus nonnulla subjiciamus.

Digitized by Google

I. Clericus recte coram Judice laico reconvenitur, ut si forte Clericus Laicum convenerit pro causa civili; e.g. mutui, potest laicus coram eodem seculari Judice eundem Clericum reconvenire pro alio debito, puta ex causa emptionis. Ita communiter Abbas, & alii in *cap. ex literis, de mutuis petitionib.* Et ratio est, quia Justinianus in *l. cum Papinianus, C. de sententiis, & interlocutionib.* statuit, in judicio reconventionis actorem non posse excipere, quod Judex sibi competens non sit; cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere, & contra se Judicem in eodem negotio non dedignetur.

Sed hoc non placet Fabro 20. *conject.* 5. qui docet, Justiniani legem capi oportere, cum Judex incompetens potest, prorogata Jurisdictione, competens fieri, de qua prorogatione habetur in *l. 1. ff. de judiciis*, & in *l. 1. C. de Jurisdictione*; tunc enim actor agendo ex legis dispositione videtur in se Judicis Jurisdictionem prorogare, ut reconveniri queat. Ergo lex Justiniani locum in Clerico non habet, qui Jus prorogandi Jurisdictionem Judicis laici non habet, *cap. significasti, cap. si diligenti, de foro competenti.* Quamvis verò hæc Fabri opinio verior sit, tamen apud nos contrarium receptum est ex Ritu M. C. 67. ubi in civilibus, & non spiritualibus recte Clericus coram laico Judice reconvenitur, Franch. *dec.* 133. itaut Clericus reconventus nequeat actioni institutæ, vel Judicis officio implorato renunciare, quo judicium reconventionis effugiat, Affict. *dec.* 173. Ricc. *coll.* 112. ex vulgata regula, quod lite contestata, cogitur instante Reo judicio stare.

II. In Regno Clericus, qui turbat in possessione Laicum, vel expoliat, potest per Judicem secularem impediri ne turbet, vel cogi ut restituat; per mo-

dum

Digitized by Google

dum tamen extrajudicialem, ex tribus capitulis Regni, *ad regale fastigium finis præcepti charitas, & omnis prædicatio* Affl. *dec.* 2, & 24. Quæ capitula per quandam æconomiam introducta sunt adversus Ecclesiasticas personas, ne scilicet Laicos insultent, ut latius explicamus in *Institutionib. civilib. lib.* 4. *tit. de interdictis.*

III. Clericus hæres Laici potest a legatariis, & creditoribus defuncti coram Judice seculari conveniri, ex *l. hæres absens, ff. de judiciis*, ubi hæres pro defuncti debito conveniendus est in loco defuncti, hoc est in defuncti foro, ut recte Barbosa ibidem explicat. Ratio est, quia hæres adita hæreditate, per Juris fictionem non amplius seipsum, sed defuncti personam repræsentat, *auth. de Jurejur. a moriente præstito*, initio; quare hoc casu Clericus convenietur, non uti Clericus, sed tanquam laicus. Ita Gl. in *can. Clericum* 4. *q.* 1. & post alius Fernandus Vasquius *de succession. creat.* §. 22. *n.* 70. etsi nonnulli distinguant inter litem cœptam cum defuncto, & non cœptam, itaut illo casu conveniendus hæres Clericus sit coram Judice laico, isto autem coram Clerico, ut habet Covar. 8. *pract.* Gailius 1. *obs.* 37.

IV. Clericus suscipiens tutelam, vel curam Laici, sicut eam a manu Judicis laici sumit, finita administratione coram eodem Judice rationem reddere tenetur. Vide Marin. 2. *resol.* 177. qui varias in hac re opiniones refert. Pro cujus intelligentia, sciendum est, olim prohibitum fuisse laicis, ne Clericos, aliosque Dei Ministros tutores, vel curatores testamento suo constituerent. Quod in Concilio Episcoporum statutum refert D. Cyprianus *ep.* 66, ea ratione, quia altari, & sacrificiis deservire, & precibus, atque orationibus vacare debent. Quæ prohibitio, ut apparet, ideo ad

Digitized by Google

ipſos teſtatores erat converſa, quia cum erant clerici, & religioſi tutores, vel curatores relicti, cogebantur per Judices ſeculares adminiſtrationem ſuſcipere; quia hæc ſunt munera publica, a quibus nemo ſe niſi ex juſta cauſa excuſare debet, DD. in *tit. de excuſat. tutor. vel curator.* Hinc eſt, quod Concilium Calcedonenſe *can.* 3. eximit clericos ab omni onere ſeculari, excepta pupillorum tutela, ad quam, ait, per legem omnino compelli poſſunt, hoc eſt per legem civilem, quia id onus publicum declaravit. Neque enim tunc ulla extabat ſuper hac re lex canonica. Sed tamen, quia indecens videbatur, ut clerici, & religioſi per Judices laicos compellerentur, ad hæc onera ſubeunda; ideo Juſtinianus huic rei per duas leges providit. Prior eſt in *l. generaliter*, *C. de Epiſc. & Cler.* ubi eos ab omni onere tutelæ, dativæ, teſtamentariæ, & legitimæ exolvit, uti etiam ab omni curatione: quæ lex refertur a Gratiano in *can. generaliter* 8. *q.* 1. ubi perperam Leoni Auguſto adſcribitur, ut notat Jacobus Pamelius ad *citat. Cypriani epiſt.* Altera eſt in *auth. Presbyteros*, *C. cit. tit.* in qua venia Clericis conceditur ſuſcipiendi tutelam, vel curatelam, modo apud Judicem competentem in ſcriptis declarent intra quatuor menſes ſe ſponte talem adminiſtrationem ſuſcipere. Itaque Juſtinianus in hoc Jus antiquum correxit, ut ſicut olim coacti curam, vel tutelam Clerici accipiebant a Judice laico, ita in poſterum coram eodem nonniſi ſponte eam accepiſſent. Quod eſt admiſſum de Jure canonico *d. can generaliter.* Ergo deinde finita adminiſtratione tenentur Clerici coram eodem Judice laico rationem reddere. Quod probatur ex *cap. nimis*, *de Jurejur.* ubi Eccleſiaſticis, qui aliquid temporale e. g. feudum a Laico habent, compelli ad præſtandum illi juramentum fidelitatis poſſunt.

Er-

Digitized by Google

Ergo a pari Ecclesiasticus, qui a Judice laico tutelam, vel curam suscipit, potest coram eodem compelli ad rationem reddendam. Verum tamen contraria opinio pia est, & tutior, ut citatus Marinis notat, & eam tuetur Ambrosius *de immun. cap.* 20. *n.* 54. Duardus in *B. C. can.* 15. *q.* 11. *n.* 26. & ita in Collaterali Consilio decisum refert Rovit. *dec.* 20.

De exemptione Clericorum in Judiciis.

UBi Clericus in crimen Ecclesiasticum incidit, de hoc seorsum judicabat Episcopus. Nec Provinciæ Præses ad ejus cognitionem aditum habere poterat, qui tamen Præses cognitionem habebat, ubi crimen civile erat. Reo autem deprehenso Clerico, prius habitu spoliabatur ab Episcopo, tum a Præside puniebatur, Justin. *Novella* 83, *Ut Clerici apud proprios Episcopos*, anno Christi 539.

Hanc distinctionem substulit Heraclius Imperator anno Imperii sui 19. Christi 640. statuitque generatim, ut circa criminales quæstiones, Clericus apud eum Episcopum reus peragatur, sub quo constitutus est, & pro iis, quæ deliquisse videretur, pœna ei juxta Sacros Canones inferretur. Quod si Episcopus putaverit eum, qui judicatur, esse dignum acriori exequutione; tunc ejusmodi homo ab Episcopo nudatus eo, quem gerebat, habitu, ac Magistratibus civilibus traditus, statutas legibus civilibus pœnas ferebat. Extat hæc novella apud Theod. Balsamonem in *collectione Ecclesiasticar. constitutionum lib.* 3. & directa est Sergio Patriarchæ C.P.

Cum pecuniaria erat causa, voluit Justinianus ne Clerici interpellarentur, nisi apud suum quisque Episcopum, paucis quibusdam causis exceptis, quas

Digitized by Google

Præsides examinarent. Idque privilegium Justinianus Clericis indulsit, suggerente Menna Patriarcha C.P. ideſt, ut breviter ab auditorio Episcopi expediti, sacris possent Ministeriis vacare, Justin. *dicta Novella* 83.

Hæc tamen inquantum ad Urbem Regiam intelligere oportet de Clericis Diœcesum, quæ sub Patriarca Constantinopolitano erant, & in Urbe C.P. morarentur. Nam Clericus alterius Diœcesis ad Urbem Regiam profectus, illic de re pecuniaria lis oriebatur, ex lege Leonis Thracis, qui regnum iniit ante Justinianum, ideſt A. C. 457. apud Præfectum Prætoriorum Orientis convenitandus erat. Nam ita accipio, quæ habet Theodorus Lector *Hist. Eccl. Constituit etiam Leo, ut Clerici apud suum Præfectum Prætorio convenirentur.* Scilicet, dum causa pecuniaria erat, & cum Clericus alterius Diœcesis, in Urbe Regia commorans, illic conveniretur.

Interpretem Theodori dabo ipsum Heraclium Imperatorem, cujus fere verba sunt ad Sergium Patriarcham directa: *Si vero*, inquit, *quidam alterius Diœcesis sanctissimi Præsides, aut religiosi Clerici, aut vitæ solitariæ sectatores, ad hanc felicissimam Urbem nostram profecti, a quorum omnium civiliter conveniantur, sancimus, ut hi quoque siquidem ita velint, apud solam beatitudinem consimili modo respondeant, nec amplius in posterum (hoc enim in prisca legislatione corrigimus)* (hoc est in lege Leonis) *apud glorioſissimos sacris Orientalibus Prætoriis Præfectos inviti causas suas agant. Si vero, quemadmodum facere par est, ad tuæ beatitudinis audientiam minime confugerint: tunc secundum id, quod legibus olim statutum fuit,* (scilicet legibus Leonis) *apud glorioſissimos sacris Orientalibus Prætoriis Præfectos, aut apud quem alium nos jusserimus,*

Digitized by Google

mes, comparent, & adversus accusatores sese defendant.

An exemptio Clericorum a Jurisdictione Seculari sit de Jure humano, an potius divino.

HAec difficultas magni momenti est, & sursum, atque deorsum versare, non modo ab Jurisconsultis, sed etiam a Theologis, nam multi contendunt Clericos privilegio fori uti de jure humano. Innocentius in *cap. 2. de major. & obed.* Alciatus in *cap. cum non ab homine, de Judiciis*, & alii apud Peregrinum *de immunit. Eccles. in princ.* quod ex Theologis sequitur Medina *tit. de restitutione, q.* 15. E diverso alii in contrarium nituntur, id esse de Jure divino, ita Gl. in *can. Imperator, dist.* 99. & in *quamquam, de censibus in* 6. Abbas, Felinus, & *cap.* alii apud Paulum Comitolum 1. *resp.* 93. *& in Apologia de Ecclesiastica immunitate.*

Nobis tamen placet opinio Covar. 3. *pract.* 31. qui distinguit, ut si agatur de rebus spiritualibus Clerici de Jure divino sint a Laicorum jurisdictione immunes: si verò de rebus temporalibus de Jure humano sint exempti ex legibus maxime Constantini M. in C. *de Episcopis, & Clericis*. Hanc opinionem communionem, ac veriorem dicit Carlevalius *de Judiciis par.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 1. *num.* 297.

Probatur prima pars; quia Summus Pontifex de Jure divino ex Christi institutione est positus ad regimen spirituale Ecclesiæ, cum ei dedit potestatem pascendi oves suas solvendi, & ligandi deditque claves

Digitized by Google

ves Regni cælestis, & voluit ut aliquando conversus confirmaret Fratres suos. Ex quibus Pontifex factus est caput in spiritualibus totius orbis Christiani, & in specie Clericorum, qui sunt partes magis connexæ Ecclesiæ militantis. Ergo isti ex eodem Jure Divino facti sunt subditi in spiritualibus S. Pontificis, per quem regi, ac judicari debent. Nam ex quo Jure est potestas capitis ex eodem est subiectio subditorum, ut patet. Hinc est quod Christus dixit, Regnum suum non esse de hoc mundo.

Altera pars patet tum ex dictis, tum etiam, quia Clerici etiam in Sacris sæpe a Summo Pontifice permittuntur Judici laico, ut eosdem puniat; quod constat ex *cap. in audientia, cap. contingit 45. cap. perpendimus, de sententia excomm. cap. ex parte 27. de privilegiis, cap. ad abolendam, de hæreticis*, cum aliis jam supracitatis. Ergo exemptio fori Clericorum in temporalibus est Juris humani. Nam, ut cum Suarez, & reliquis Theologis docuimus in primo libro, lex Christi non solum a Summo Pontifice immutari non potest, verum nec etiam ab eo ob causam aliquam licet justam dispensari potest. Ratio est, quia minor non habet Jus dispensandi in lege majoris nisi ab eo speciale mandatum obtineat. Hac de causa in lege Hebraica nulla dispensatio permittebatur, quia Deus legislator nulli hanc potestatem tribuerat: quare summus Hebreorum Sacerdos non dicebatur dominus legis, sed custos, *Deuter. 4.* Ergo cum S. Pontifex nec immutare legem Christi, nec in ea dispensare possit, inde fit exemptionem Clericorum non esse de Jure Divino; nam si esset, utique nunquam idem S. Pontifex potuisset Clericos potestati seculari facere obnoxios, ut facit in dictis capitulis.

Digitized by Google

Objicies ex can. *si Imperator*, dist. 99. ubi Jo. Pontifex ait: *Clerici in divina institutione a S. Pontifice sunt judicandi*, quod etiam habetur in *cap. quanquam de constitut.* 6. Sed respondet Covar. ibi Jus divinum, usurpari pro canonico, argum. ex *cap. cum olim de divers. de priv.* quod in Divino fundatur: veluti Jus gentium, quia naturali ratione nititur, quandoque Jus naturale vocatur DD. in *Institutionib. de obligationib. quæ ex delicto nascuntur*.

Hinc patet, quid dicendum sit de Justiniano in *l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, ubi sancit Sacerdotem, qui in instrumento promiserit, se non usurum præscriptione, seu exceptione fori Ecclesiastici, teneri stare promisit, itaut possit dein coram Laico conveniri: ea ratione, quia quisque potest Juri suo renunciare. In quo textu explicando varie se torquent DD. quorum plurimi reprehendunt Justinianum, quod legem fecerit Ecclesiastico statui contrariam. Sed fortasse non malè distinguerctur, inter potestatem, & Justitiam, Justinianum scilicet potuisse id facere, cum fori privilegium quod Clerici in temporalibus habent, sit Juris humani, ut jam diximus: sed non juste fecisse, quia ratio qua Justinianus in dicta lege utitur, non convincit; nam regula, quæ ait quemque posse suo Juri renunciare, intelligitur cum Jus est personale, quod utique non accidit in Clericis, quorum exemptio inducta est in gratiâ totius Collegii Ecclesiastici. Hinc in *cap. si diligendi, de foro competenti* corrigitur lex Justiniani, & statuitur, ut ne Juramento quidem possit Clericus suo foro renunciare, quia, ut ait ibi S. Pontifex beneficium hoc non est personale (ut putabat Justinianus) sed potius toti Collegio Ecclesiastico publice indultum. Ex quibus verbis etiam con-

Digitized by Google

constat, Clericorum immunitatem in temporali non esse de Jure divino: aliter S. Pontifex non ita esset locutus, ut facile considerantibus patet.

Non negaverim tamen Justiniano sæpe libuisse Christianorum sanctiones pervertere, ut ait Procopius in *hist. arcana, pag.* 123. Sæpius tamen non tam pervertit, quam præscripsit: nam quidquid insigne in Ecclesiasticis canonibus erat, id sua auctoritate stabilitum, declaratum, ac pœnis vindicatum voluit. Hinc factum est, ut Orientales Episcopi ex legibus Justianæis sibi eas regulas concinnarent, quas Nomocanonem vocant. Nomocanonem enim scripsit Jo: Scolasticus, qui Eutychio C. P. Patriarchæ in exilium pulso suffectus est a Justiniano. Alium deinde concinnavit Photius Patriarcha etiam C. P. quem suis notis illustravit Theodorus Balsamon.

Sed tamen Clerici in Judicem non suum tunc consentire possunt, cum is Ecclesiasticus est, & consensus Episcopi Diœcesani accesserit: quod non est in laicis, qui sui Judicis forum declinare possunt, absque illius consensu, *cap. 1. cap. significasti, de foro compet. can. non liceat q.* 6. Sic nec Clerici possunt, sine Episcopi sui licentia, peregrinari, *can. non oportet, dist.* 5. Quod intelligendum, etiamsi ob aliquam honestam causam id facere velint, *cap. magnæ de voto cap. licet de regularib.* quare nec studiorum causa possunt hodie sine Episcopi consensu abesse, ut ex Bulla Pii IV. docet Riccius *resol.* 123. Ratio est, quia ut inter Episcopos sunt distributæ Diœceses, ita pariter distributi sunt subditi, nempe Clerici, itaut Episcopotum quisque suos certos subditos habet, qui ab eo dependet præ necessitate ordinis argumento ex *cap. cum Episcopus, de off. ordinar. in* 6. Ne ergo aliqua oriatur in hac distributione confu-

Digitized by Google

fusio, vel finis, sit decidendi foro coram extraneo Episcopo, sui Episcopi consensus exigitur.

De officio, & Potestate Judicis Delegati.

HIc titulus in glica concipitur, *de officio ejus, cui mandata est jurisdictio*; nondum enim vox Delegati in linguam latinam erat accepta, quam sequentia tempora induxerunt. Illud magis turbat, quod in Decretalibus per peram videtur dici *de officio, potestate Judicis delegati*; quia verbum *potestatis*, ad Judicem relatum significat imperium seu jus gladii, *l. potestatis*, ubi Alciat. *ff. de verb. signif.* quod imperium ad delegandum non pertinet, *l. 1. §. qui mandata, ff. eod.* Varie reperiunt Decius in hac *rubr. Decretalium*, & Bolognettus in hac *rubr. ffff.* & præterea Cesar Costa 2. *ambigiar.* 6. Illud verius mihi videtur in hoc titulum verbum *potestatis* significare quidem imperium, sed non plenum quod alioqui Jus gladii dicitur sed diminutum, inquantum modicam coercitionem denotat; quæ cum delegata Jurisdictione semper in Judicem datum tranxit ut mox dicemus.

Vel distinguendum est inter civile Jus, ex quo in delegatum non transit, nisi modica coercitio, & inter canonicum, ex quo potest Princeps delegare etiam imperii, & jus gladii. Quod etiam videtur apud nos receptum, cum M. C. V. tanquam ex delegatione Principis delinquentes ultimo supplicio afficit.

Jus delegandi non solum habet Princeps, aut S. Pontifex, sed alii etiam Ordinarii, ut Episcopi, Delegati, & similes; ita tamen, ut inter hos, & omnes Delegatos sint differentiæ. Prima differentia est quia

Dele-

Digitized by Google

Delegatus a Principe jus habeat subdelegandi, quod Jus illi a lege concessum intelligitur, *cap. quamvis, de offic. delegati*; quæ subdelegandi facultas non est in iis, qui delegantur ab inferioribus, *l. a Judice C. de Judiciis*. Verum in subdelegando tria custodienda sunt. I. ut subdeleget ex causa, ideſt ob infirmitatem, aliudve impedimentum, & non quia dolose velit se ab onere eximere *cap. si pro debilitate, cap. pastoralis, cit. tit.* II. nisi fuerit electa industria personæ, quo casu subdelegatio non permittitur, *cap. fin. eod. l. inter artifices, ff. de solutionibus.* III. ut subdelegando suas vices committat viis in Ecclesiastica dignitate constitutis, aut Canonicis Ecclesiasticarum Cathedralium, aut personatum habentibus, ut hodie Parochi sunt *cap. statutum, de rescript. in 6.* & hic in §. *sed nec.*

II. Differentia est, quis delegatus a Principe Jus coercendi acquirit: nam jurisdictio sine modica coercitione nullius est momenti, *d. cap. pastoralis*, & hic §. *plane*: hinc potest retinere renitentem subdelegatum compellere ad subdelegationem recipiendam, ut in *d. cap.* Potest suam sententiam exequi: potest etiam ordinario Judici, si ita expedit precipere, veluti ut reos in vinculis detentos sibi trasmittat, *cap. significasti de officio delegati*. Quæ in aliis delegatis locum non obtinet, §. *possunt*.

Ultima differentia est, quod delegatus Sedis Apostolicæ, & ab eodem subdelegatus, possunt curatorem impuberibus dare, vel iisdem curatoribus constituendi auctoritatem præstare, pro iis tantum causis, quæ coram ipsis aguntur, argumento ex *cap. præterea de officio delegandi*. Quod in aliis delegatis procedit, Gl. in §. *quin etiam, tit. seq. de procuratorib.* ibique Ant. Timotheus.

II.

Digitized by Google

II. Potest una causa pluribus delegari e.g. tribus quo casu duo absque tertio absente, nihil facere, aut statuere possunt, *cap. causam matrimonii, de officio delegati*: poterunt tamen sententiam ferre, si tertius adsit, neque repugnet, *l. ex tribus, ff. de re judicata, l. si in tres, cum seq. de receptis arbitriis.* Si vero delegatio facta sit cum clausula. Quod si omnes interesse nequiverint, vel noluerint, reliqui exequantur: eo casu duo tantum recte procedent, tertio prius requisitio, & constitutio, & constito de ejus impedimento, vel dissensu, *cap. pendentia, de officio delegati, cap. sciscitatur de rescriptis.*

III. Delegata Jurisdictio erit quæsita, cum qualitercunque inchoatum est negotium puta per citationem etiamsi lis aduc contestata non sit; *cap. licet, cap. quamvis, de officio delegati, cap. si a subdelegata, tit. eod. in 6.* Quare si pluribus commissa lis fuerit, & ipsorum, e.g. unus citare fecerit, reliqui amplius intervenire nequeunt, nisi eo casu, quo Judex citans nequeat, vel nolit in posterum procedere, ut notat Lancellottus §. *porro.*

IV. Delegatus justas exceptiones admittet, etsi id in mandato expressum non sit. Nisi forte causa committatur adjecta clausula, ut procedatur nullis exceptionibus admissis, quo casu non admittentur, nisi peremptoriæ, & necessariæ, ut solutionis, compensationis, & similium, quæ litem finiunt, DD. in *cap. ex parte, hoc tit. & cap. audita, de restitut. spoliat.*

V. Quamvis regula sit, quod delegatus nequeat excedere fines mandati, tamen delegatus obtinet Jurisdictionem etiam in eum, in quem facta est alienatio Judicii mutandi causa. Quod utroque Jure procedit, hac distinctione, quod de Jure civili satis est dolus ex parte alienantis, ut Judex possit cognoscere

contra

Digitized by Google

contra eum, in quem facta est alienatio, *tit. cum seqq. C. de alienatione judicii mutandi*; at verò de Jure canonico exigitur utriusque dolus, Abbas in *cap. 1. eit. tit.* ut notat Gloss. hic, *§. sed nisi.* Ita quoque, si delegatus, ob potentiam, vel malitiam ejus, contra quem agendum est, vel ob aliam justam causam, nequeat mandatum Apostolicum exequi in loco statuto, poterit exequi alio loco, *cap. statuimus, de officio delegati in 6.*

VI. Delegatio solvitur multis modis, revocatione jurisdictionis re integra: morte delegantis, vel delegati: impedimento delegati, tam de jure, quam de facto: executione sententiæ: insuper si delegatus se incompetentem pronunciet: fluxu temporis in mandato statuti: tandem recusatione, ut late Lancellottus hic a §. *sequitur, cum pluribus seqq.* & nos mox de procuratoribus dicemus. Hic solum notandum est, delegatum suspectum in totum removeri, uti etiam est de Judice ordinario, si Jus canonicum attendamus, *cap. 4. de foro competenti*, quo Jure nos in Regno utimur; etsi de Jure civili ordinarius suspectus non omnino removetur, sed datur adjunctus, qui simul cum eo de causa cognoscat, ut suspicio evanescat, *l. apertissimi, C. de judiciis.* Casus vero suspicionis explicamus *lib. 4. Inst. civilium*, ubi de exceptione non æqui Judicis agimus.

De Procuratoribus.

TIT. II.

ETsi non fuerit concessum judicia exercere, nisi per se ipsum, tamen postea utilitatis causa admissi sunt Procuratores, ex regula, quæ per alium facit,

Digitized by Google

cit, per se ipsum facere videtur. Justinianus in *tit. Inst. per quos agere possumus in princ.* Porro variæ sunt procuratorum species, qui pro vario munere varia etiam nomina sortiuntur. I. sunt Apocrisarii, qui in Imperatoris palatio Ecclesiastica negotia procurabant, constituti ad id vel a Patriarchis, vel a S. Pontifice, vel a majorum Ecclesiarum Episcopis. Quod a tempore Constantini M. usurpatum fuisse scribit Hincmarus in *ep. 14. ad Proceres Regni.* Habebant, & Monasteria suos Apocrisarios in Urbe Regia, qui eodem officio fungebantur, ut patet ex Jo: Moscho in *Limonario cap.* 88. Horum mentio fit in *auth. quomodo oporteat Episcopos, §. non autem aliter,* & in *cap. significasti, de elect.* & *can. convenientibus* 1. q. 7. Vide Pithœum in *Glossario ad Novellas Juliani.* II. sunt Syndici, qui Universitatis causas tuentur, & procurant: ita etiam quandoque vocantur Procuratores Monasteriorum, *l. 1. §. quibus, ff. quod cujusque Universitatis, l. ult. §. defensores, ff. de munerib. & honor.* III. tandem sunt proprie dicti Procuratores, qui a singulis Civilibus ad negotia administranda proponuntur. Et de his agendum jam est.

De Definitione, & Divisione Procuratorum.

PRocurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat, *l. 1. ff. de procuratorib. l. 3. §. negotia, ff. de negot. gestis, l. 2. §. quod ait, ff. de vi bonor. raptor.* Explicabitur definitio.

Dicitur aliena negotia, quia nullus in causa sua est procurator idoneus; & licet quandoque quis in rem propriam sit procurator, tamen eo etiam casu alie-

Digitized by Google

alienum negotium gerit, veluti cum venditor defendit emptorem in actione evictionis; venditor enim agit rem suam, sed gerit negotium emptoris, qui est conventus. DD. in *l. Plautius, ff. eod.* Idem est, si sim procurator ad proponendas actiones mihi cessas, *l. illam, C. de donationib.*

Dicitur mandato, ut procurator secernatur a negotiorum gestore, qui aliena negotia sine mandato universaliter gerit. Mandatum autem intellige, sive expressum, sive tacitum, & præsumptum, de quo late Christoph. Martius *exam.* 35. Hoc etiam mandati verbo separatur procurator a curatore, tutore, institutore, & similibus, qui licet aliena negotia gerant, tamen mandatum non recepiunt. Quoniam vero mandatum gratuito exequeretur, *§. ult. Inst. de mandato*; ideo, & procuratio, quæ ex mandato fit gratuito agi debet, Riccius hic. Si enim convenit de certa mercede, erit locatio operarum, & conductio: si de incerta, erit contractus innominatus, e. g. do ut facias.

Quamvis autem merces recipi nequeat, tamen hodie receptum est dari honorarium, hoc est, quod mandator gratuito remunerandi gratia procuratori solvit: quia gratitudo non vitiat actum gratuitum, *l. 6. ff. mandati.* Hoc tamen honorarium nonnullis vera merces videtur, ut consideranti patet.

Dicitur domini, quo nomine hic venit omnis, cujus interest negotium geri, hoc est, non solum proprietarius, sed etiam fructuarius, usuarius, pignoratus, & alii, qui & ipsi veri domini Jurium sunt: tamen vulgo quasi dominos appellant, ut etiam facit Lancellottus hic.

Procurator duplex est, unus ad judicia, alter ad negotia extra judicium explicanda, *§. porro.* Quorum cum multæ sint differentiæ, tum duæ præcipuæ sunt.

I. quod

Digitized by Google

I. quod ad judicia non admittitur, nisi qui major sit 25. annis, cum debeat ex mandato obligari: ad negotia verò extra judicium accipitur quis post 17. annum, *cap. qui generaliter, in fine, de procuratorib. in 6.* Etsi autem de Jure Regni nostri quis dicatur major post 18. annum, id tamen in Clericis locum non habet, *Afflict. in const. it. Regni, Minorum jura.*

II. Quia procurator ad negotia constituere potest libere alium procuratorem quemcumque vult, *cap. 1. §. 1. de procuratorib. in 6.* Judiciarius tamen alium statuere nequit, nisi post litem contestatam, cum jam est dominus litis. Sunt vero duo casus, in quibus ante litem constituere potest, scilicet si procurator sit in rem suam, vel a domino substituendi facultatem habuerit, quo casu ipse dominus substituere videtur, ut hic, §. *sed & illud.*

In præsens videndum est de procuratore Judiciario; nam de eo, qui datur ad negotia extrajudicialia, agitur *lib. 3. Institut. civil. tit. de mandato.* Sit ergo.

De iis, qui in Judicio Procuratores esse possunt.

I. NOn solum paterfamilias, verum etiam filius familias absque patris consensu procurator in Judicio constitui potest, *cap. juste, eod. l. filius fam. §. ipse, ff. eod.* quoniam procuratio hæc pro munere publico habetur, & in publico munere filiifamilias tanquam sui Juris habentur, *l. filius fam. ff. de his, qui sunt sui.* Quod intelligendum, modo legitimam ætatem 25. annorum compleverit.

Sed hic nonnulla notabimus de principali agente,

Digitized by Google

quoties in Judicium itur pro cauſis beneficialibus, aliiſque ſpiritualibus, ut matrimonii, nec non ab eiſdem dependentibus. Nam licet quis ſit pubes tantum, tamen in his cauſis poteſt per ſe in Judicium venire ſine conſenſu patris; quamvis alioqui filiusfamilias ſine conſenſu patris, per ſe in Judicio ſtare non poſſit, *l.ult.C.de bonis, quæ liber. l.6. C.de bonis maternis.* Etſi velit procuratorem conſtituere, non eſt prohibendus. Ita Lancellottus hic ex *cap. indemnitatib. de elect. in 6. cap. ex parte de reſtit. ſpoliatorum, cap. ult. de judiciis.* Sed ſi quis ſit pubertati proximus, in his cauſis nequit per ſe in Judicium venire, verum ab Epiſcopo, vel ejus Officiali procuratorem accipiet; proximus verò infantiæ, cum auctoritate eorumdem procuratorem conſtituet, hic §. *quod ſi quartum decimum.*

II. Non ſolum laicus, verum etiam Clericus procurator conſtitui poteſt §. *conſtitui.* Verum hic plura ex Lancellotto diſtinguenda ſunt. Epiſcopus enim, & univerſi Sacerdotes a procuratione arcentur, §. *Deo autem auth. de Sanctiſ. Epiſc.* ita tamen, ut ſi Sacerdos ab Eccleſia beneficium non habeat, quo vitam commode toleret, poſſit eo caſu pro alimentis ſibi quærendis procuratorem gerere, ut docent Hoſtienſ. & Abbas ex eo, quod Sacerdos ob inopiam opus rurale exercere poteſt, *cap. 1. de celebrat. miſſar.* Ita etiam ſculturam, & alia artificia mechanica facere, Canoniſtæ in *can. canonum 14. q. 4.* ergo multo decentius poterit poſtulare, & procuratorem gerere, quod dignius eſt, *l. advocati, C. de advoc.* Idipſum eſt de Clericis, qui, niſi beneficio Eccleſiaſtico ſubſtententur, ad procurationem admittuntur etiam coram laico pro ſecularibus negotiis: quoties tamen beneficium habent, poterunt id agere ſolum ob propriam cauſam,

vel

Digitized by Google

vel suorum, aut Ecclesiæ, aut miserabilium personarum: quibus casibus gratuito facient, Hostiens. & Abbas in *cap. 1. ne Clerici, vel Monachi.*

Sed vero Monachi nec pro Monasterio procurare possunt: itaut per alios lites exercere teneantur, *cap. un. de Syndico.* Ratio est, quia Monachi, cum solitariam vitam degere teneantur, a forensi strepitu submoveri debent. Id tamen Canonistæ in *d. cap. un.* intelligunt, quoties utilitas, vel necessitas Monasterii non urgent, quibus casibus cum Superioris licentia recte procurabat, §. *idem quoque.* Hinc est, ut vetitum fuerit religiosis, sive ad Jus civile, sive ad medicinam ediscendam, è Monasteriis egredi, *cap. 3. & ult. ne Clerici, vel Monachi, cap. 1. & 2. cit. tit. in 6. cap. super speculâ, de privilegiis, cap. ult. de Magistris.*

III. Excommunicati a procuratoris officio repellentur; nam cum sint traditi Satanæ, eorum convictus, & congressus est fugiendus. D. Paulus 1. ad *Corinth. 5. cap. intelleximus, de Judiciis, cap. excommunicamus, §. credentes, de hæreticis.* Ubi etiam si ipse principalis actor sit excommunicatus, nequit per se in Judicio stare, quod intellige, & si causa privilegiaria sit, ut si mulier pro dotium restitutione Judicium instituat, nisi periculum sit in mora, hoc est instans, & clare patens, Bart. in *l. si constante, ff. sol. matr.* ita quoque in causa alimentorum, modo necessaria non sint, ut idem Bart. aliique apud Ugolinum *de censuris tit. de excommunicatione, cap. 15. §. 7.* Immo nec per procuratorem in Judicium venire potest, ne quod una via tollitur, altera concedatur, §. *hi vero.*

Verum reus conventus, si fuerit excommunicatus, cogitur respondere, ne scilicet sua ipsius malitia illi prosit, ut dicitur in *cap. intelleximus, de judiciis*; ita

Digitized by Google

tamen, ut nequeat per se ipsum respondere, sed omnino debeat pro se procuratorem statuere, ut clare in dicto capitulo deciditur. Nec audienda est Glossa asserens reum excommunicatum, si nolit procuratorem statuere, posse per se respondere; quod palam est contra dictam constitutionem Alexandri III. Neque I. obstat, quod nemo invitus procuratorem constituere cogitur, *cap. querelam, de procuratoribus*; nam hæc regula in odium excommunicati restringitur. Neque II. obstat, quod reus de calunnia debet jurare: quia hoc juramentum non ita personale est, ut per procuratorem speciale mandatum habentem impleri non possit, *cap. ult. de juram. calumn. in 6.* Sed verò reus conventus, nequit per reconventionem aliam actionem instituere, quia eo casu pro actore habetur, *cap. decernimus, de sententiam excomm. in 6.*

Porro si Rectores Universitatis sint excommunicatione innodati, neque possunt pro ipsa Universitate procuratorem statuere. Itaque opus est, ut ii ex Rectorum numero, qui forte excommunicati non sunt, procuratorem constituant, & in literis mandati non exprimantur excommunicatorum nomina, *cap. ult. hoc tit.* ubi Hostiens. & Abb.

De Causis, ubi Procurator non admittitur.

IN Causis criminalibus Procurator constitui prohibetur non minus ab accusatore, quam a reo, qui ipsi per se debent Judicio stare, *cap. veniens, de accusatorib. cap. tuæ, hoc tit. l. pen. §. fin. ff. de pub. judiciis.* Ne licet alteruter eorum debitam sibi pœnam effugiat; nam actor, nisi objectum crimen probet, talionis

Digitized by Google

nis pœnâ tenetur: reus si vinci contingat, condemnationem subire debet: quapropter etiam sæpe custodiæ traditur. Præterea in criminibus actoris, & rei præsentia exigitur, ut Judex ex vultu, constantia, aut non trepidatione possit de veritate objecti criminis cognoscere: ob quam etiam causam testes coram Judice debent examinari, §. *illud quoque*, *infra de procuratorib.* Unde Ovidius:

Heu! quam difficile est crimen non prodere vultu.

Cujus regulæ quinque exceptiones numerat hic Lancell., §. *sed & illud.*

I. Viri illustres, & qui super eis sunt, ex privilegio Zenonis, cum injuriarum agunt criminaliter, vel criminaliter ab aliis conveniuntur, procuratores recte constituunt, *can. absens*, §. *nisi*, 3. *qu.* 9. *l. fin. C. de injuriis.*

II. Ad excusandam Rei contumaciam: quare si quis citatus in Jus non veniat, ne tanquam contumax condemnetur, potest per procuratorem se excusare, *d. cap. veniens*, *can. reos* 23. *qu.* 5. *cap. cum dilecti*, *de dolo*, & *contumacia.* Excommunicationum causa apud nos tria sunt, absentia, valetudo, captivitas. *Ritu* 269. ubi Caravita *num.* 13. addit idem esse, si quis in vinculis habeatur, ex textu in *l.* 2. §. *simili ff. si quis*, *cautionib.*

III. Si contra accusatorem sit excipiendum, veluti, quod sit excommunicatus, *cap. super his de accusatoribus.*

IV. Si de levi crimine agatur, *l. levia*, *ff. de accusatorib.* hoc est, si pœna irroganda relegationem minime excedat, argumento ex *text. in* 1. *ff. an per aliam causa appellationis.* Quod in Regno est correctum per *Rit.* 369. Tandem si de delicto civiliter agatur, *d. cap. super his*, *cap. tuæ*, *hoc tit.* Unde tutor in crimine

Digitized by Google

ingrati, potest procuratorem constituere, si solum agatur ad restituendam rem donatam, vel ad damnum resarciendum, *l. non solum, §. fin. ff. hoc tit. l. sed hæ personæ, §. 1. ff. eod.*

His verò exceptionibus adhuc alia posset addi, ut scilicet actor post conclusionem causæ, cum jam de rei delicto constat, queat procuratorem statuere, *l. quamvis indubitati, C. ad l. Jul. de adulter.* Ant. Corsettus in *Singul. v. Procurator.*

De Mandato generali, & speciali.

PRocurator verus is tantum videtur, qui speciale mandatum habet, *l. 1. §. quoties*, ubi Gloss. *ff. de vi, & vi arm.* Cum plurimæ sint causæ, in quibus speciale mandatum exigitur, nos tamen hic seligemus eas, quæ in textu nostro recensentur.

Itaque cum Jusjurandum defertur, vel delatum refertur, speciale mandatum exigitur, nec satis est generali agendi, excipiendi, litem contestandi, cæterosque actus Judiciarios exercendi: eo quod Jusjurandum istud vim rei judicatæ obtinet, ut patet ex Justiniano in *tit. de act. §. item si quis.* Idem dictum esto de Juramento calumniæ, *cap. ult. de Jur. cal. in 6.*

Sic etiam, cum defectus opponendi sunt contra electum, eligendumve, aut contra eum, cui provisum est, vel providendum: quibus casibus speciale mandatum exigitur, ita tamen, ut opus non sit in eo crimina, vel defectus in specie exprimi. Quod intellige, cum procurator excipit, vel opponit: nam si appellet, crimina in literis mandati omnino exprimi debent, *cap. procurator, de elect. in 6.* DD. in *elem. non potest, eod.*

Expoſcitur speciale mandatum in transactione, in pe-

Digitized by Google

petenda feudi investitura, in donatione, cessione jurium, & similibus, ubi quid procurator perdit, vel remittit; cum enim istæ causæ magni momenti sint, ad eas generale mandatum non se extendit, Canonistæ in *cap. qui ad agendum, tit. eod in 6.*

Præcipue vero in matrimonio contrahendo speciale mandatum exigitur sic, ut in eo certa etiam persona, cum qua contrahendum sit exprimi oporteat, *l. generali, ff. de ritu nuptiarum.* Ubi illud notandum est, quod licet in aliis causis, cum procurator mandati revocationem ignorat, recte adhuc, & utiliter mandatum exequatur, *cap. mandato, eod.* tamen secus sese res habet in matrimonio; nam revocato mandato per dominum, ex hac sola voluntatis mutatione matrimonium, quod deinceps a procuratore contrahetur, nullius est momenti, etsi revocatio mandati ignoretur; ut notat Lancellottus hic in §. *non sit tamen.*

Cæterum Syndicus Universitatis sine speciali mandato omnia, quæ speciale mandatum exigunt, facere potest; licet secus sit in Syndico Monasterii, aut Collegii, Cynus, Bald. in *l. per procuratorem*, C. *eod.* ubi etiam docent tutorem, & curatorem ex legis potestate, omnia sine speciali mandato recte exercere.

De causis, & modis, quibus mandatum expirat, agitur *lib. 3. Instit. civil. tit. de mandato.*

De Pactis, & Transactionibus.

TIT. III.

QUoniam sæpe homines ad evitandas impensas, & dubium litis eventum, solent controversiam,

Digitized by Google

per pacta, & transactiones determinare, vel eam coram arbitris proponere; ideo præsens subnectitur titulus cum sequenti, qui erit de Arbitris. Sit ergo.

De Pacti Definitione, & Divisione.

PActum est duorum, pluriumve in idem placitum & consensus, Ulpianus in *l.1.ff.de pactis.* Per quæ verba pactum distat a pollicitatione quæ est solius offerentis promissio, *l.3. ff.de pollicitationib.* Nam si in aliqua scriptura Titius Cajo absenti, & ignoranti centum promittit, sola pollicitatio est, quæ non obligat, nisi facta Deo, vel Reipublicæ sit; sed si Caji consensus accesserit, jam erit pactum. Cæterum per hæc ipsa verba pactum sejungitur a contractibus, qui præter placitum, & consensum, exigunt etiam legitimam Juris formam, ex qua nascatur obligatio, Theoph. 3. *Instit.tit. de obligationib.* quod secus est in pactis, quæ solo fidei robore nituntur, ut mox clarius patebit.

Pactum dividitur in nudum, & legitimum. Nudum est, cum adest conventio hominum, sed non legis approbatio; quare inde nulla nascitur obligatio, seu actio, sed tantum exceptio, *l.Jurisgent. §.sed cum, ff. hoc tit.* Quare si tibi decem ex mutuo debeam, & ipse pacto ea decem non petere promittas, adhuc mutuum manet, sed cum adversus me ages, actionem tuam elidam pacti exceptione, quasi dolo malo agas, petendo id, quod pactus es non petere, *l.si unus, §. pactus ne peteret, ff.eod.*

Legitimum pactum est, quod aliqua lege confirmatur, quo casu ex pacto actio nascitur, vel tollitur, *l.legitima, ff.cit.tit.* Itaque licet olim donatio per pactum facta non valeret, cum esset nudum; hodie tamen,

Digitized by Google

facti, quia confirmatum est ex lege Justiniani, ideo jam legitimum est, & actionem producit, *l. si quis argentum, C. de donationib.* idipsum est de pactis dotalibus, quæ & ipsa a Jure communi approbantur, *l. 1. C. de dotis promissione, & toto tit. de pact. dotalib.* Hoc est de Jure civili: nam de Jure prætorio pacta omnia, quæ neque vi, neque dolo fiunt, omnia, inquam, vim habent, & prætoriam actionem producunt, ex illis verbis edicti, pacta servabo, *l. 1 ff. eod.* Ita ergo Pauliana, & Serviana, de constituta pecunia, prætoriæ actiones sunt ex pactis Jure civili nudis descendentes, ut patet ex *lib. 4. Instit. civil. tit. de act.* Idipsum est de Jure canonico, nempe ut pacta nuda efficacem obligationem pariant, DD. in *cap. 1. & 2. de pactis*, & hic in *§. quidem*, juxta dictum Davidis, *Quæ procedent ex labiis meis, non faciam irrita.*

Vulgo pactum legitimum inepte vocant vestitum. Sed ineptius facit Corasius *1. miscel. 1.* & Forcatulus *dial. 10.* cum ex eo negant pacta hæc vestita dari, quia nunquam in toto Jure hoc nomen legitur; nam etsi non legatur pactum vestitum, legitur tamen pactum legitimum: quod idem cum illo, licet appellatione differat. Quare de nomine non erat tantopere litigandum, cum de re constet.

Notandum tamen, quod pactum alias nudum, si in ipso contractu adhibeatur, jam contractus cohærentia intelligitur vestitum: & propterea pars quædam contractus existimatur, & est efficax ad agendum, *l. lecta, ff. de reb. ered.* Fab. *dec. 22. cr. 4. num. 7.*

Pacta hæc legitima vocantur etiam contractus, cum pariant obligationem, *l omnem ff. de judiciis*; quæ est propria natura contractus, quia Theophilo supracitato definitur: Est duorum, pluriumve in idem placitum, & consensus, ad constituendam obligationem,

Digitized by Google

nem, itaut alter alteri fiat obnoxius. Ex quo & illud conſtat, recitatam pacti definitionem ab Ulpiano traditam, ſolum aptari pacto nudo, quod licet exceptionem doli producat, tamen actionem, & obligationem non gignit.

De vi, quam habet Jusjurandum pacto additum.

DE Jure civili pactum a legibus improbatum Juramento non confirmatur, *l. Juriſg. § penult. eod. l. non dubium, C. de legib. Novella* 51. Cum enim legibus juſtum & æquum decernatur, ſi eas interpoſito Jurejurando violare liceret, jam fieret Jusjurandum vinculum iniquitatis. Sed hæc diſpoſitio per SS. Pontifices correcta eſt, qui eam vim Jurijurando ſine vi, & dolo facto tribuerunt, ut & contra auctoritatem legis publicæ interpoſitum valeat, *cap. quamvis pactum, tit. eod. in 6. cap. cum contingat, de Jurejur.* eo quod tale Jusjurandum violaretur in ſalutis æternæ diſpendium, cum non ſit de re turpi, neque in alterius damnum vergat: neque ſit contra Jus divinum, aut Eccleſiaſticum; nam Clericus pacto Eccleſiaſticæ immunitati renunciare non poteſt, nec etiam Jurato, *cap. ſi diligenti, de foro competenti.*

Chriſtophorus tamen Portius in *§. extraneis, Inſtitutionib. de hæred. qualitate*, voluit de Jure canonico nunquam ex Jurejurando actum Jure invalidum confirmari, ſed Jurantem ad Jusjurandi obſervantiam adſtringi. Quod probat ex *d. cap. quamvis pactum*, ubi nuncuam ait ipſe, habetur pactum Jurejurando validum fieri, ſed non debere paciſcentes contra proprium Jusjurandum venire. Hæc autem duo multum inter

ſe

Digitized by Google

se differunt; primo, quia licet Jurans non possit non stare pacto, hæres tamen ipsius contravenire potest; qui ex defuncti Juramento ad perjurium non obligatur, *cap. veritatis, de jurejur.* II. Si Jurans pro sua fide implenda solvat, solutum repetet, tanquam traditum sine causa, *cap. debitores, cit. tit.* III. quia petens a Jurejurando absolvi, pacto amplius stare non tenetur. A qua opinione non recedit Fernandus Vasquius *de succeſſ. creat. lib.* 3. §. 28. *n.* 4. licet in effectibus discrepet, Corasius in *l. frater a fratre, num.* 73. *ff. de condict. indebiti.*

Hæc opinio falsa est, ut aperte patet ex *d. cap. quamvis*, ubi dicitur pactum, adeo Jurejurando firmari, ut omnino servandum sit, licet contra Juris dispositionem interpositum. Idem habetur ex *d. cap. cum contingat*, illis verbis: *Mulieres ipsæ servare debent hujusmodi Juramenta.* Quare in *cap. etsi Christus, de Jurejur.* statuitur Jusjurandum semper obligare, quoties Justitiam, Judicium, & Veritatem comites habet. Quod adeo evidens est, ut Jas. in *auth. Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem*, licet prius adhæserit Portio; mox tamen *num.* 14. notat ex *d. cap. quamvis pactum*, Portii sententiam subverti. Sed pro majori declaratione nostri textus sit.

De Pacto a filia, dum nubit. Patri facto sub Jurejurando, ut dcte congrua accepta non succedat.

ETsi pactum istud de Jure cicivili nullius momenti sit tanquam contra Jus publicum interpositum, quod filiam ad patris hæreditatem ex testamento, & ab intestato vocat, *l. pactum quod dotali C. de*

Digitized by Google

C. *de pactis l. pactum quod dotali C. de collat.* tamen si Jusjurandum accesserit, filia tenebitur Jusjurando stare, ut statuit Bonifacius VIII. in *d. cap. quamvis pactum*.

Id autem intelligitur, cum filia dotem accepit. Quod si nullam dotem habuerit, nec pactum, nec Jusjurandum mullius momenti est; nam S. Pontifex eatenus juramentum approbat, quatenus sit cum causa, hoc est filia congruam dotem accepit: quare cum nullam accepit tanquam sine causa non obligat; est enim impia renunciatio, quæ filiam omnino a paternis bonis excludit Mastrill. *dec.* 286. Marin. 2. *resol.* 191. *n.* 16.

At vero si dos incogrua fuerit, tunc filia petita absolutione a Jurejurando, supplementum patet, ob enormem læsionem, quæ doli præsumptionem inducit *l.* 36 *ff. de verb. oblig.* adeo ut Juramentum, tanquam injustum, rescindetur, ex notatis a DD. in *d. cap. etsi Christus*. Ita post alios Fach. 8. *contr.* 73. & Covar. 2. *var.* 40. *num.* 5.

Illud est hic notandum, renunciationis duplex genus dari, una est, quæ dicitur extinctiva, sive abdicativa, altera translativa. Extinctiva dicitur, cum fit in beneficium ejus, qui fœmina renunciando de medio sublata est proxime successurus: ut si filia renuncies hæreditatem patris in beneficium fratruum: quo casu filia potius facit locum cæteris, quam tranferat sua Jura. Idem est si fiat in beneficium substituti, Maria 2. *resol.* 189. Translativa vero est, cum hæreditas devolvenda renunciatur extraneo, vel agnato, cui, dempto renunciante non aperitur locus ut suo Jure succedere possit, ut notat Rovit. *dec.* 85. ubi translativam dicit eam etiam esse renunciationem, quæ collata fuit in beneficium

unius

Digitized by Google

unius fratris, cæteris fratribus exclusis. Et cum renunciatio resolvitur in donationem, adeo ut renuncians se obliget, ut cum hæreditas sibi deferretur, eam adeat, & transferat, Faber in *C. def. 14. de pactis*, Cutellus *de donationib. contempl. matrimonii*, *tom. 1. tract. 1. discurs. 2. p. 6.*

De Transactione.

HÆc definitur, ut sit Jurium remissio in re dubia, ut quid recipiatur. E. G. Cajus petit a Titio domum tanquam suam: Titius è diverso eam Caji esse negat, sic ut res dubia sit. Eo casu, si Titius, ut vitet litis impensas, & dubium eventum, det Cajo decem, ut ille sibi Jus, quod in domum forte habet, remittat, dicetur facta transactio. Itaque I. exigitur, ut res de qua transigitur, dubia sit, itaut super ea lis moveri queat, vel mota jam sit; quia lis quandiu pendet rem dubiam facit; cum litis, & judiciorum incertus sit exitus, *l. quod debetur*, *ff. de peculio.* II. ut ex una parte fiat Jurium remissio, ex qua actio petit, & transit, unde transactionis nomen descendi. III. ut ex altera parte aliquid pro ea remissione Jurium detur, etsi modicum sit: nam si omnino gratuito fiat amplius transactio non est, sed dotatio.

Quoniam vero transactio litium finem pro publico bono respicit, ideo simul ac bona fide semel est facta amplius rescindi non potest, etiamsi ex instrumentis de novo repertis rei veritas constet, & enormis lesio *l. sub pretextu*, *C. de transactionibus*. Quod tamen verum est de transactionibus, quæ Juri contrariæ non sunt *§. fin.* Hinc ergo transactio de re sacra non tenet, ut si duo Clerici litigent de beneficio,

cap-

Digitized by Google

cappella, vel ſpirituali ſubiectione, & aliquo dato & accepto tranſigant tranſactio nulla eſt; nam id ſpeciem Simoniæ habet; ſecus vero eſt, ſi gratis, & amice litem inter ſe componat *cap. conſtitutus*, *cap. ſuper eo cap. præterea, de tranſactionibus*. Ita quoque tranſactio, quæ tendat ad matrimonium diſſolvendum Jure improbatur; nam quos Deus conjunxit, homo non ſeparat, *cap. ſin circa*.

Cæterum tranſactio etiam bona fide inita reſcinditur, ob enormiſſimam leſionem, nimirum ſi in triplo, vel quadruplo læſus quis ſit; quoniam iſta leſio comparatur dolo, cui omnes leges adverſantur. Ita Aloyſius Albitrius apud Andreolum *contr.* 288. contra merendam, qui contrarium tuetur *lib. 6. cap.* 21. Notandum tamen leſionem inſpici non reſpectu rei ſed reſpectu ad dubium litis eventum, pro qua tranſigitur; ut ſi tranſigens acceperit decem, cum experti homines pro Jure, ſeu actione illa darent 30. Marin. 2. *reſol.* 133. *a num.* 7. *ad* 11.

DE ARBITRIS.

TIT. IV.

De Diviſione, & Definitione Arbitrorum.

DUplex eſt arbitrorum genus teſte Proculo in *l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, *ff. pro ſocio*, quidquid repugnet Coraſ. 4. *miſcell.* 18. Alii enim ſunt, qui a diſcordantibus aſſumuntur, ut de Jure & de facto litem ſine ordine Judicario, ſed amice tractent, & componant. Et iſtorum deciſio, ſi fuerit iniqua, ad boni viri, ac Judicis arbitrium redigi debet, *d.* §. *arbitro-*

Digitized by Google

[illegible]*rum*, ubi Bart. *col.* 2. Bonus autem vir dicitur Judex, ad quem recurritur, *l. continuus*, §. *cum ita*, *ff. de verb. obligat.* Et de his in præsens non loquimur. Vulgo barbarè vocant arbitratores, & amicabiles compositores.

Alii sunt proprie arbitri, qui ex litigantium compromisso, seu consensu eliguntur, ut Juris ordine servato controversiam dirimant. Et horum arbitrio sive æquum sit, sive iniquum stare debent; sibi enim imputent, quod tales elegerint, si minus justa sententia sit, *d. §. arbitrorum*, & *l. diem proferre*, §. *stari*, *ff. de receptis arbitriis*; itaut ne quidem ad arbitrium boni viri redigi queat. Quod tamen correctum est in Regno ex *pragmat.* 2. *hoc tit.* ubi a cujuscumque arbitri sententia potest ad Judicem loci recurri, ut intra duos menses proximos causam expediat, Ma*renta p. 6. §. & quando appellatur*, *num.* 273. *cum seq.*

Itaque litigatores prius compromissum faciunt, id est scripturam, ubi tres, e. g. arbitros eligunt, qui intra tot dies controversiam decidant: quorum sententiæ se, suosque hæredes, ac successores statutos promittunt certa pœna contra eum statuta, qui repugnaverit. Additur etiam quandoque, ne appelletur; nam appellare non licet a sententia, si inter partes ita conventum sit, *l. 1. §. 1. ff. a quibus appellare non licet l. fin. C. appellat. tempor.* Reverter. *dec.* 504. Arbitri vero pro sententia obtinet trigesimam partem quantitatis, ad quam alteruter litigator damnatur. Hæc sententia vulgo dicitur laudum, latinè vero arbitrium.

Etsi autem arbitri non nisi sponte eligantur: tamen in Regno aliter est inter consanguineos & affines ad quartum usque gradum; nam si altera pars petat compromissum, altera cogitur idipsum vel-

Digitized by Google

velle; aliter in causa non proceditur, *pragmaticum litium*, *eod.* Quæ dispositio I. locum habet in clerico contra laicum petente compromissum: secus vero è contrario; quia clerici legibus laicorum non ligantur, nisi quatenus ipsis conducat, Novar. *ibid. num.* 9. Gramm. *dec.* 100.

II. Procedit etiam inter virum, & uxorem; licet enim inter se affines non sint; in re tamen favorabili veniunt nomine affinium *l.* 3. ubi Gloss. *C. de hæred. instit.*

De iis, qui Arbitri esse possunt.

OMnes, qui specialiter Jure prohibiti non sunt, ad tractanda arbitria admittuntur §. *ceteri* Quare de iis, qui Jure prohibentur, videamus.

I. De Jure civili Judex ordinarius nequit esse arbiter in suos subditos, *l. sed etsi*, §. 1. *ff. eod.* In Regno si quis Regius officialis ex dispositione Proregis in arbitrum eligatur trigesimam non consequitur, *pragmat. 3. de trigesimis.* Verum de Jure canonico non solum Judex delegatus, sed etiam ordinarius in arbitrum eligi potest, teste Lancellotto hic ex *cap. cum olim*, & *cap. innotuit*, *eod.* de utroque tamen Jure Judices queunt esse amicabiles compositores, Riccius *collect.* 1003. & 1080.

II. Arbitrorum munere arcentur servi *l. Pedius* §. 1 *ff. eod.* Ita & monachi, & regulares (qui servis similes sunt, ut ait Langellottus hic) quippe istos quies, & oratio decet, non causarum cognitio *can. monachi can. præsentium* 10. *qu.* 1. Idem est de fœminis *can. mulierum* 33. *q.* 5. *cap. dilecti*, *eod.*

III. Arcentur hæretici, apostatæ, schismatici infideles, atque ob proprium delictum excommunicati, ut est

Digitized by Google

ut est communis opinio, de qua Perusinus *lib. 4. de arbitr. cap. 6. & 9.*

Tandem laicus, si de causa spirituali agatur, arbiter esse nequit, *cap. 2. de Judiciis, cap. cum contingit, eod.* ubi Abbas putat, neque etiam veluti arbitratorem in ea recipi posse, cum spirituales causæ ad solos Ecclesiasticos pertineant a quibus etiam cognoscendæ, & conciliandæ sunt. Sed si laico, vel laicis adjugantur clericus recte simul arbitrari possunt: quod est, quando auctoritate Archiepiscopi, S. Pontificis, vel alterius Ecclesiastici Superioris compromittatur in laicum, & clericum simul de rebus spiritualibus, ut aperte habetur in *cap. per tuas eod.* ubi Glossa verbo *auctoritate*; nam alioqui laicus actuum spiritualium capax esse non potest, *cap. Messana, & cap. Sacrosanta, de electi* Sic ergo in hoc casu, quod laicus per se non haberet, consequitur per conjunctam personam: quod in Jure novo non est, *l. mulieri, ff. de conditionib. & demonstrationib. l. ult. ff. de lib. posth.* DD. in *l. utrum, ff. de assignat. libertor.* Etsi aliter Lancellottus hic §. *sed nec* videatur sentire, in solum laicum ex Apostolica auctoritate posse de re spirituali compromissum fieri: quod non est facile admittendum, cum nullo Jure probetur: immo contrarium ex citatis capitulis appareat, & constat ex supra disputatis, quia hæc spiritualium cognitio ad Ecclesiam de Jure divino pertinent.

De Causis, in quibus Arbitri non recipiuntur.

PLurimæ causæ sunt, quas per Judices majores, & qui Jurisdictionem habent, expedire omnino oportet. Ita sunt causæ liberales, ubi scilicet de libertate agitur, *l. 1. C. de pedaneis Judicibus cap. penult. eod.* Item causæ matrimo-

Digitized by Google

moniorum *cap. causa in fine, de in integrum restitutione*: causæ monacorum DD. in *l. non distinguemus, §. de liberali ff. eod.* causæ restitutionem in integrum, *d. cap. caus. in princ. l. fin. C. apud ubi, & ad quem.* Insuper causæ criminales *d. cap. causa, in fin. d. l. non distinguemus, §. Julianus.* Lancellottus addit causas filiationis *argum. ex l. abdicatio. C. de patria potestate*; ubi tamen nihil extat, quod ad hanc rem faciat.

De modis, quibus Arbitrium finitur.

EXpirat prolata sententia, nempe, cum de omnibus, de quibus compromissum fuit, arbiter pronunciat; nam si de quibusdam tantum sententiam tulerit, compromissum non expirat. Id autem facere potest, cum in compromisso adest clausula, ut arbitrer possit separatim plures causas diffinire, *l. quod tamen*, ubi Bart. *num. 1. ff eod.* Gl. in *cap. 5. eod. verbo, causis expressis*: aliter enim sententia super quibusdam prolata nulla est, Franch. *dec. 354. num. 4.* Ratio est, quia compromissum censetur individuum uti etiam arbitrium, sive laudum, quod pro parte recipi non potest, Franch. idem *dec. 173. num. 6.*

II. Expirat lapsu temporis compromisso comprehensi; nisi litigatores terminum prorogaverint *l. si cum dies, ff. eod.* ubi etiam habetur arbitros teneri stare prorogationi, si per eos steterit, quo minus sententia prolata sit: secus, non item.

III. Compromissa finiuntur, sive arbitriorum, sive litigantium morte; nisi compromissum factum sit cum clausula, ut heredes etiam ipsi stare obligentur, *§. fin.*

Queres an quando compromissum finitur, acta pro

co

Digitized by Google

eo tempore gesta etiam suam vim ammittant? Respondet Glossa distinguendo inter acta litis, ut contestatio satisdatio, & id genus alia: & ista una cum compromisso pereunt Innocent. & Abbas in *cap causam, quæ de testib.* Et inter acta causæ puta attestationes, Partium confessiones, & cętera, quæ ad merita causæ pertinent, & ista cum cōpromisso non expirant, quia per se vim habent, vel ob publicam formam, qna constant DD. *in l. pen. C. eod.* Canonistæ *in cap. fin. eod.* Ita quoque cum compromisso non perimuntur effectus ab eodem producti, veluti mala fides, ex qua usucapio, vel præscriptio interrumpitur, Bald. in *d. cap. causam* Abbas in *d. cap. fin. eod.*

De in Jus vocando.

TIT. V.

JAm de Judicii ordine videndum est, quod a citatione exordium capit: quare de ea primo loco agendum est. Etsi autem citatio, stricte sumpta, non eadem sit, atque in Jus vocatio: quandoquidem actor in Jus vocare dicitur: præco vero, sive nuncius citare; quocirca rectissime Brissonius *de verb. signifi.* ait citare esse per præconem vocare. Hodie tamen distinctio confusa est. Vide Vultejum 2. *discept.*

De Definitione Citationis, ejusdemque Divisione.

CItatio est vocatio rei per præconem coram Magistratu, qui Jurisdictioni præest, ut de Jure suo possit experiri. Hoc est, ut vel juste cedat actori, vel

Digitized by Google

juſte ſe defendat; ex quo fit, ut citatio de Jure naturali dicatur inventa, ne ſcilicet reus indicta cauſa, ſeu indefenſus, condemnetur *Clem. paſtoralis de re judicata.*

Hæc citatatio multiplex eſt. Una dicitur verbalis, cum Præco oretenus Jus Judicis Regum in Jus vocat, *l. pen. ff. de in integrum reſtitutione.* Verum præco de in referre tenetur, quod citaverit, cujus fidei ſtatur; niſi vir honeſtæ conditionis, & fide dignus Jurejurando affirmet, ſe non eſſe citatum: nam eo caſu ipſi potius ſtatur, quam præconi, Maranta *p. 6. de citatione*, Muſcatellus *p. 2. Gl. intimatio, num. 18.*

II. Eſt Edictalis, quæ fit a præcone per ſcripturam a Magiſtratu emiſſam. Hanc plautus libello fieri dicit, Juriſconſulti autem edicto, *l. Senatus*, §. *Divus*, *l. Arianus in fine ff. de Jure fiſci*. Quæ ſcriptura debet per præconem reo exiberi vel ſaltem affigi, ut accidit, quando debitores, vel delinquentes coram in Jus vocari non poſſunt, vel quia doloſe latitant: vel eo locorum morantur, quò nuncius non eſt tutum accedere: vel quoties creditores hereditatis ſunt incerti, qui edictis generalibus propoſitis citantur. Sic in venditionibus, quæ ad creditorum inſtantiam fiunt ſub haſta, hi, quorum intereſt, edicto citantur. Ita etiam per excommunicationem conſcii ad revelandum vocantur. Hoc autem edictum prius recitari oportet: de in valuis Curiæ, ſeu Eccleſiæ affigi.

III. Eſt Realis, quæ fit per capturam rei dupliçi de cauſa. I. in criminalibus, ubi, ne Judicis ſententia eludatur, incumbimus perſonæ. II. in civilibus ſi ſuſpicio ſit, ne debitor ſolum vertat, vel in tutum ſe recipiat, confugiendo ad Eccleſiam, cum bona in urbe non habeat Bart in *l. conſentaneum* §. *quomodo*, & *quando Judex*.

IV.

Digitized by Google

IV. Est per signa, ut per sonitum tubæ, cum in M.C. instrumenta liquidantur: per tympanum, cum milites vocantur in aciem: per nolam, cum cives ad comitia adesse jubentur.

De iis, quæ ad Citationem exiguntur.

I. ATtendendæ sunt personæ Judicis, & Rei. Opus itaque est, ut Judex Jurisdictionem habeat in eum, quem in Judicium vocat; alioqui reus, etsi teneatur coram Judice venire, ne majestatem judicantis spernere videatur, tamen opposita exceptione incompetentiæ, hoc est Judicis non sui, fori declinabit, *l. 3. cum l. si quis, ff. de Judiciis*. Post citationem jurisdictio Judicis in reum perpetua evadit itaut si deinde reus alterius jurisdictionis fiat, quasi præventus, Jus revocandi forum non habebit. Quod intellige tam de Judice ordinario, quam Delegato, *cap. proposuisti de foro cõpetenti, cap. ult. de officio delegati*. Nam ubi cœptum est Judicium, ibi finiatur oportet.

II. Attenditur locus, qui debet esse certus, citantis Jurisdictioni subiectus, honestus, & citato tutus; nam si quis vocetur in eum locum, ubi sine vitæ periculo degere nequit, non tenetur comparere: puta si locus sit intutus ob capitales inimicitias, etiam sua culpa contractas, Canonistæ in *cap. veniens de accusationibus, cap. de cætero, de sententia excomm.* Idipsum est si in loco, quo venire Jussus est, pestis sæviat, Abbas in *cap. cum dilecti, de dolo, & contumacia*, Bart. in *l. de ætate, §. nihil, ff. de interrogat. action.*

III. Tempus, nam diebus festivis a litibus, & jurgiis cessandum est, itaut sint, ut Plautus loquitur Alcedonia in foro Cic. 2. *ll. Feriis jurgia amouendo*. Ita-

Digitized by Google

que si quis citetur in die festivo, e.g. die solis, ut in Jus veniat, citatio nullius momenti est cum eo tempore recedendum sit a contentionibus, & soli Deo vacare Lancellottus §. *sed etsi.* Quod tamen de Jure Regni est correctum, ubi citatio valet, & reus prima die non festiva in judicium se sistet Carav. ad *Ritum* 17. & 253. Itaque diebus festis nullo modo judicia queunt exerceri, etsi de placito consensu litigantium fiant. Sed excire, si necessitas urgeat, hoc est periculum sit in mora, & res tempora peritura sit, *l.* 1. *cum duab. seqq. ff. de feriis.* Excipe etiam, si pietas suadeat, cum aliis causis, de quibus Abbas in *cap. fin. de feriis*, quæ his versibus concluduntur:

Hæc faciunt causas festis tractare diebus,
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura,
Terminus expirans, mora testis abesse volentis,
Cumque potestatis Patriæ Jus filius exit.

Idipsum est in feriis ob dies Caniculares, ob vindemias, Principis nuptias inditas, & in quovis justitio: ita tamen ut iu his feriis queant litigatores Juri suo cedere, & citationem admittere, *l. sed etsi*, §. *feriæ ff. ex quibus causis major.* DD. in *l. si feriatos*, *ff. de feriis cap. ult. de feriis*. Greci alios dies omnino feriatos habent, nisi si forte Imperator dispensando vel ob occurrentem necessitatem in illis etiam judicium exerceri velit: alios ex parte feriatos, a mane ad ipsum Ministerii tempus de quibus Manuelis Conneni *Nouell. apud Balsam. ad tit.* 7. *Nomoc. Photii cap.* 1. Illi nefasti, hi intercisi. Cultus Dominicæ ab Apostolis est institutus, ut refert D. August. *serm.* 25. *de tempore*, ut in quo Christus natus est, ut in *6. Synodo cap.* 8. & in eodem a mortuis resurrexit, quare in eo soli Deo vacandum *Synodus Nicena, can.* 20. Hic Constantinus M. hanc diem, quam solis vocat, festum esse

Digitized by Google

esse sanxit, & a Judicis recedi. *l.1.cap.C.Th.de feriis.* Eusebius in *vita lib.4.cap.18.& seqq.* ubi etiam notat eundem Imperatorem a Judiciis, & negotiis jussisse recedi feria sexta in memoriam passionis Christi, Sozomenus *lib.1.cap.8.* Quod postremum hodie in usu non est.

Per dies etiam feriatos abstinemus a suppliciis rerum *cap.1.de feriis.* Quod & leges civiles constituerunt, vel Seneca teste in 5. *controv.* qui diebus festis intercedentibus pœnam ex lege differi ait.

De Trina Citatione, & Peremptorio.

EA est legis mansuetudo, ut non modo semel reus in Judicium vocet, sed & non comparente, idipsum facit, iterum, & tertio. Idque facit, vel tertiis literis ad reum trasmissis, vel tertiis edictis loco publico affixis *l.consentaneum, C.quomodo, & quando Judicis sententia l.contumacia, §.1.ff.de judiciis.* Ceterum si reus nec etiam ita respondeat, actor peremptorium impetrabit, ubi reo comminatur Judex, se etiam eo indefenso cogniturum de causa, & super ea pronunciaturum, *l.peremptorio, ff.cit. tit.* Sic autem agetur ut non semper actor præsens vincat, sed etiam quandoque reus, si apparaverit, ipsum bonam causam habere *l.& post edictum, ff.cit.tit.*

Verum non semper citationes istæ successivæ, & diversis temporibus proponuntur: sed quandoque simul, quod appelatur. Unum pro omnibus: aliquando vero peremptorium datur post unam citationem, aliquando post alteram. Hoc autem in arbitrio Judicis est, qui pro condictione causæ, vel personæ, vel temporis ordinem edictorum, & compendium moderabitur *l. nonnunquam ff. de judiciis, cap.reprensibilis de*

Digitized by Google

pellationibus, cap. constitit, de officio delegati.

Quibus causis citatus in Jus non veniens excusetur.

CUm reus justam habeat excusationis causam,& citatus in Jus non venerit,excusatur: dummodo impedimento, cessante, cum primum potuerit, sui copiam faciat, *cap.cum dilecti de dolo*, & insuper Judicem de impedimento certum faciat, Abbas in *cap. querelam de procuratorib.* Afflict. *dec.* 29. ubi Ursillus. Justa autem causa est;si quis culpa adversarii detineatur *cap.ex literis, de in integrum restitutione*: ad majus Tribunal vocatus sit *l. contra pupillum* §.1.*ff.si quis cautionib.*vel quia in vinculis est, *l.succurritur*, §. *ex quibus causis majores*: vel quia Jussu Principis in legatione est *can.si Episcopus, dist.*8.

De Dolo, & Contumacia, & in Possessionem Missione.

TIT. VI.

REus legitime citatus, nec legitime impeditus, si in Jus non veniat, dicitur contumax, utpote qui Superioris Jurisdictionem spreviſſe censetur *l.* 2. *ff.si quis in Jus vocatus*: eoque variis pœnis coerceri queat, ut excommunicatione, communi flagello non obedientium Ecclesiæ Ecclesiasticisque præceptis: item mittendo actorem in possessionem rerum debitoris. Præsumptionem adversus seipsum inducit reus, qui judicium, & veritatis inquisitionem fugit, *cap.* nul-

Digitized by Google

nullus, de præſumptionib. §. ſi vero, novella 53. ubi dicitur: *Qui fugit, ſui ipſius accuſator eſt.* Unde vox illa Seneca: *Fatetur facinus, qui Judicium fugit.* Quæ tamen pœnæ non omnes irrogantur adverſus eundem; ſed optio Judicis eſt, ut unam ſeligat, quæ magis timenda videtur; ad aliam proceſſurus, ſi contumax ita ſit meritus, *cap. ult. ut lite non conteſtata*, cum regula ſit, ut unum delictum una etiam pœna coerceatur DD. in *l. qui fidem, ff. de pactis, l. ubi pactum, C. de tranſactionib. cum concordantib.* Ubi illud obſervandum eſt, excommunicationem irrogari, cum nimia videtur ſuperbia, & contumacia rei, velut in ſubſidium, ex regula Trident *ſeſſ.* 25. *de refor. cap.* 3. *dict. cap. ult.*

Frequens pœna in contumacem eſt miſſio in poſſeſſionem, quæ fit per primum, & ſecundum decretum, ex *l. Fulcinius, ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, & l. ſi infinita, §. Julianus, ff. de damno infecto.* In Regno per *pragmat. relationem*, poſt rei contumaciam, in actoris arbitrio eſt, an velit petere terminum ad probationes deducendas, quo lis finem habeat: an potius ex primo, & ſecundo decreto, velit in rerum poſſeſſionem mitti.

Ex primo decreto actor non conſequitur veram rerum poſſeſſionem, quas pignoris, & cuſtodiæ cauſa dicitur detinere; itaut ſi actio ſit realis, totius rei detentio impertitur actori, *cap. contingit, eod. l. ſi quis emptionis, §. ſed ſi quis, ff. de præſcriptionib.* 30. *annorum.* Secus eſt in actione perſonali, ubi in ea rerum parte actori detentio conceditur, quam ratio debiti exigit, ſic, ut prius incipiatur a mobilibus, quibus non ſufficientibus, venitur ad res ſoli, DD. in *l. a Divo Pio, ff. de re judic.* & in *d. cap. quoniam frequenter.* Sed in Regno primum decretum in actione perſonali deten-

Digitized by Google

tentionem tribuit; in reali veram poſſeſſionem. *Conſt. reivindicatio.*

Si a die primi decreti reus per tres menſes in contumacia perſiſtat, licet Judici ſecundum decretum facere, quo vera actori poſſeſſio concedatur, ex *dict. pragmat. relationem*: ſed vera de Jure canonico nonniſi poſt annum, poteſt ad ſecundum decretum tranſiri, ut hic in §. *illud quoque.*

Itaque, ne actor per ſecundum decretum veram rerum poſſeſſionem adipiſcatur, debet reus intra prædictum annum coram Judice ordinario comparere, ac præſtare cautionem de parendo Juri; ſic enim Judex ad ſecundum decretum non deveniet. Cæterum ſi copia Judicis non adſit, licitum ſit reo hanc cautionem præſtare coram viris publicis, & honeſtis, puta tabellione, & teſtibus: nam eo caſu etſi Judex hanc cautionis præſtationem ignorans, ad ſecundum decretum poſt annum deveniat, adhuc tamen ex eo vera in actorem poſſeſſio non transferetur, quam reus auctoritate Apoſtolica etiam poſt annum recuperabit, ut notatur hic ex *d. cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis*, *can. poteſt.* 16. *q.* 3. *cap. paſtoralis*, §. *præterea*, *de officio delegati*, *cum concordantib.*

Hæc locum habent in cauſis temporalibus: nam in ſpiritualibus, veluti in dignitate, vel beneficio Eccleſiaſtico, ſecus eſt; eo quod poſt contumaciam rei, actor in poſſeſſionem mittendus non eſt; cum omnino Judex debeat, diligenter examinato negotio per probationes, legitime cauſam determinare, abſentiam contumacis divina replente præſentia. Et hoc fit ne ad Eccleſia vitioſis pateat ingreſſus, *cap.* 1. *de eo, qui mitti ur in poſſeſſionem in* 6. Hoſtienſis in *cap. majoribus*, *de præbendis*, & *cap. pen. de verb. ſignif.* Itaque ſi Epiſcopus ob fidei, vel morum cauſam a concilio ci-

ta-

Digitized by Google

catus, copiam sui non faciat, licet ob contumaciam queat excommunicari, tamen nonnisi causa legitima discussa deponitur, *c. de Quod vult Deo, de Judic.*

Si quis litem contestatam deserit, quod dicitur eremodicium, plectitur damno litis, *l. contumacia, ff. de re judicata.* Aliquando ipse actor est contumax, qui inchoavit. Et in eo indistincte, sive post litis contestationem, sive ante desistat, servatur quod est in *Novella* 112. & in *d. c. ult.* ut postquam fuerit tribus legitimis edictis evocatus, si Judici non obtemperaverit, habeat adhuc annum, intra quem contumaciam suam emendare possit, redditis ante omnia reo sumptibus, quos fecit in Judicio: post annum verò, ut auditis rei allegationibus, & receptis testibus a reo productis, Judex actore absente, possit procedere ad sententiam diffinitivam. Quippe major, & fœdior est contumacia actoris, qui controversiam movit, quam contumacia rei, quem non ita dedecet Judicium fugere, vel subterfugere, Cujacius in *d. cap. ult. in fine.* Sed si neque reus venerit, contumaciæ invicem compensantur, *l. si duo, ff. de dolo, l. si ambo, ff. de compensationibus.* Est & alia pœna, ut actor semel contumax ad aliam citationem non admittatur, nisi idoneam cautionem per pignora, vel fidejussores dederit, in posterum comparendi, *§. idem quoque.*

De Libelli conceptione, & oblatione.

TIT. VII.

UBi reus in Judicium venit, actor libellum Judici offeret, quo ipsi actoris mens, & Jus innotescat: qui libellus dein a Judice offertur reo, ut notat Abbas in *cap. 1. eod.* Est autem libellus brevis scriptura, clara actoris intentionem continens, & con-

Digitized by Google

contra adversarium necessario concludens, ut hic definitur. Erit verò clarus, si contineat nomen ejus, coram quo actor comparet, & nomen actoris, & rei, & quid petat, & qua de causa, seu quo Jure.

Quoniam verò libellus est fundamentum causæ, diligenter ab actore considerari oportet factum, seu res inter Partes gesta, eaque curiosè exponi; nam minima facti immutatione immutatur Jus, & qui vincere debebat, causa cadit, & contra. Pariter exacta inspicienda est natura, & qualitas actoris, & Juris, ex quo quis aliquid sibi dari, vel fieri petit. Nam si una actio pro alia proponatur, reus absolvitur ab observatione Judicii, *l. properandum, C. de Judiciis*: veluti si contra tertium rei possessorem, pro rei vindicatione, proponamus actionem personalem. Et hoc formula cadere dicitur a Latinis, teste Budæo in *l. 2. ff. de orig. Juris*; nam formula est libellus.

Duæ sunt libellorum species. Prior Conventionalis, quo in civilibus disceptationibus utimur, dum vel rem nostram petimus in actione reali, vel sane rem nobis debitam in actione personali. In eo, si agat in rem, perspicue designata re, quam petit, *cap. 2. eod. l. 6. ff. de rei vind.* vel si agat in personam, expressa causa obligationis, causa debiti, *cap. 3. eod. l. an ead. §. actiones, ff. de except. rei Judicatæ.* Hæc nisi fiat, non ob eam rearguitur, vel culpatur libellus, *l. 3. C. de annuis exceptionibus, cap. 1. §. secus de sententia, & re Judic.* Potest tamen reus conventus ab actore petere, ut sibi perspicuè rem designet, vel causam debiti exprimat; itaut, Judice reum ita excipientem non audiente, possit is appellare, ut ex dictis capitulis notat Cujacius ibidem. Posterior est accusatorius, quo quis alium apud Judicem criminis reum defert, *l. libellorum, ff. de accusationib.* ubi Bart. Regula est, ut in

Ju-

Digitized by Google

Judicio, sive civili, sive criminali, nemo sine scripto, & libelli oblatione recipiatur, *can. legum 2. q. 1. can. accusatorum 2. q. 8.* Sunt tamen casus, in quibus hæc oblatio minime est necessaria, ut in causis, ubi de plano, & sine strepitu, & figura Judicii procedendum est, de quibus jam supra egimus. Item cum proceditur via executiva vigore instrumenti, vel pro exigendis pensionibus domorum Neapoli: item in causis depositi, vel cum revocantur attentata lite pendente, vel quoties agitur actione in factum, e.g. cum maritus pro rebus sibi ab uxore furto sublatis agit non actione furti, sed rerum amotarum, quæ actio in factum dicitur; eo quod in honorem matrimonii turpis actio inter conjuges denegatur, *l. 2. ff. rerum amotarum.* Tandem non exigitur libellus, si causæ modici momenti sint, *auth. nisi breviores, C. de sententiis ex breviculo recitandis.* Vide Riccium hic.

De Exceptionibus, & Replicationibus.

TIT. VIII.

POstquam libellus reo est ostensus, Jus iste habet proponendi adversus actorem exceptiones, quibus se tueatur, contra quas tamen actor replicare potest, ideo recte hic titulus adnectitur. Sit ergo.

De Exceptionis definitione.

EXceptio est actionis exclusio, *l. 1. ff. eod.* Quanquam Pauli definitionem quidam ex eo capite damnant, quod compluries per exceptiones, quæ dicuntur facti, non excluditur actio, hoc est Jus aliquid actoris, sed nuda ejusdem intentio: quoties scilicet quis

Digitized by Google

quis actione jam perempta, veluti per solutionem debiti, tamen de facto agit, non de Jure. Quocirca Lancellottus hic exceptionem plenius definivisse videtur dicendo, Exceptio est actionis, vel intentionis exclusio.

Sed respondetur, quod etsi actio stricte sumpta exigat Jus aliquid verum, & existens, quod ope exceptionis excludi queat; tamen usuvenit quandoque ex intentione agentis, ut Jus, quod non adest, sed jam forte adfuit, inesse Judicetur: ideo ad hoc præsumptum, & putatum Jus excludendum opus est exceptione, ne aliter Judex, si nihil contra opponeretur, reum innocentem condemnet. Propterea omnis exceptio recte dicitur, quod sit actionis exclusio, scilicet sive veræ, sive præsumptæ.

De divisione Exceptionis.

PRæcipua exceptionum divisio est, ut aliæ sint dilatoriæ, aliæ peremptoriæ, *l.* 2. §. *fin. l.* 3. *ff. eod.* Dilatoriæ sunt, quæ rem, & Judicium differunt, ut hic in principio. Nam ex his aliæ sunt dilatoriæ rei, seu solutionis, ut quæ opponi solent adversus eum, qui agunt ante tempus pactionis, hoc est ante tempus pacto comprehensum: ut si qui promisit ante quinquennium non petere, ante quinquennium petat, exceptione dilatoria submovebitur, Abbas in *cap. exceptione, vers. secundæ, tit. eod.* Idem est, si quis petat ante diem, vel conditionem contractui adjectam. Aliæ verò sunt dilatoriæ Judicii, ut illæ quæ speciali nomine fori declinatoriæ dicuntur: ut si quis forte coram Judice non suo citatus, petat litem, causamque ad Judicem suum remitti; quippe is non effugiet Judicium, quod a suo Judice finem accipiet.

Pe-

Digitized by Google

Peremptoriæ exceptiones ſunt, quæ actionem, cui opponuntur in perpetuum tollunt. Et hæ quoque in duplici genere ſunt. Nam quædam ſunt ſimpliciter peremptoriæ, quæ ſcilicet non impediunt litis ingreſſum, & conteſtationem; nam etſi ante conteſtationem opponantur, licitum eſt tamen Judicii litem conteſtari, & deinde probationes admittere, quibus exceptiones iſtæ probentur. Hujuſmodi eſt exceptio pacti conventi de non petendo, quæ licet peremptoria ſit, tamen litis conteſtationem non impedit, Bart. in *l. ſi tibi*, §. *pactus ne peteret*, *ff. de pactis*. Idem eſt de exceptionibus ſolutionis, compenſationis, & reliquæ id genus, de quibus Canoniſtæ in *cap. 2. de litis conteſtatione, in 6.* Quædam ſunt peremptoriæ litis finitæ, quæ litis ingreſſum remorantur, cujuſmodi eſt exceptio tranſactionis, quæ ad hoc inventa eſt, ut lis finiatur; item Jusjurandi, rei Judicatæ: cum abſurdum ſit de rebus iisdem novum, atque novum Judicium fieri, & forenſia Jurgia in infinitum protrahi, ut hic §. *harum*.

Sunt præterea exceptiones quædam anomalæ, hoc eſt, irregulares, quæ neque dilatoriis, neque peremptoriis facile accenſeri poſſunt, ut notat Lancellottus in §. *ſunt & aliæ*. Ita ſunt, quæ adverſus productos, teſtes opponuntur, quod ſint infames, excommunicati, aut aliter criminoſi. Quandoquidem iſtæ differunt litis principalis curſum, ut eſt in dilatorii neque cauſam perimunt. Quidquid tamen ſit, ante ſententiam propons debent, ut notatur in noſtro textu. Pro cujus rei intelligentia, ſit.

De

Digitized by Google

De tempore proponendarum Exceptionum.

HOc tempus varium eſt. Nam primo exceptiones dilatoriæ, quæ in ſpecie declinatoriæ nuncupantur, opponendæ ſunt non modo ante litem conteſtatam, verum etiam ante omnem aliam dilatoriam exceptionem in ipſa citatione; nam ſi quis patiatur Judicium quoque modo coram non ſuo Judice incipere, amplius opponendo incompetentiam non audietur: videtur enim in illum Judicem conſenſiſſe, qui de incompetente factus eſt competens, *cap. paſtoralis, eod. cap. inter monaſterium, de re judic. l. apertiſſimi, & l. cum ſpecialis, C. de Judiciis, l. fin. C. de exceptionibus.* Itaque ſi quis ante declinatoriam, aliam opponat exceptionem, veluti quod actor ſit excommunicatus; jam declinatoriam amiſit, de communi Felinus in *d. cap. inter monaſterium*, Caſtrenſ. in *l. ſi convenerit, num. 3. ff. de Juriſdict. omnium Judicum.* Excipe, ſi declinatoria exceptio vim habeat peremptoriæ, quæ poſt litis conteſtationem non temere opponitur: unde clericus ſemper Judicem laicum ſibi eſſe incompetentem objicere poteſt, *cap. ſi diligenti, de foro competenti.*

II. In exceptionibus reliquis ſimpliciter dilatariis regula eſt, ut ante litis conteſtationem debeant opponi, & probari, cum ea reſpiciant, quæ ad Judicium pertinent, *l. fin. C. de exceptionib. l. filius fam. ff. de procuratorib.* Quæ regula plures exceptiones patitur. 1. ſi exceptio poſt litem conteſtatam emergat, veluti ſi in ipſo litis curſu Judex fiat litigatori ſuſpectus; nam quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, *l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de ventre inſpic.* Quod intellige, quando nova hæc exceptionis cauſa non ſuperve-

Digitized by Google

veniat facto ipsius opponentis, Maranta *p.6.memb.9. num. 9.* II. si quis declinatoriam exceptionem antelitem contestatam ignoret, nam post contestatam litem opponere non prohibetur, Gaill. 1. *obs. num.* 11 quod est etiamsi dubitando quis exceptionem antecedenter cognoverit; nam dubitans æquiparatur ignoranti. Id autem verum est, si opponens Jurejurando fidem faciat, se nescisse: quippe hoc casu Juramentum est legitima probatio, ut notat Gl. hic, §. *sed lite, v. jurejurando.* III. si exceptio sit hujusmodi, quæ retroactum processum nullum reddat, ut exceptio falsi procuratoris, falsi tutoris, excommunicationis, quæ vim peremptoriarum habent, Felin. in *cap. cum Joann. de fide instrumentorum*, Gloss. & DD. in *l.* 1 §. *ult. ff. de feriis.*

III. Peremptoriæ, quia non agunt de Judicio constituendo, sed de jam constituto finiendo, ideo in quavis Judicii parte, ante tamen sententiam recte opponuntur, *l.* 4. & 8. *C. de exceptionib. l.* 2. *C. sententiam rescindi non posse.* Sunt tamen quædam exceptiones, quæ etiam post sententiam recipiuntur: ut exceptio falsi instrumenti, *cap. licet, de probationib.* item ea, quæ datur donatori, ut non teneatur, nisi deducto ære alieno, *l. Nesennius*, §. *ult. ff. de re judic. l. qui id, quod, ff. de donationib.* Idem est de exceptione Macedoniani, & Vellejani, *l. tamen, ff. ad Maced. l. Mulier, l. antiquæ, C. ad Vellejan.* ea quæ datur militi, si ea miles propter Juris ignorantiam usus non fuerit, *l.* 1. *C. de juris, & facti ignor.* Idipsum est de exceptione rei Judicatæ, inventarii, solutionis compensationis, & similium, de quibus DD. in *l. peremptorias, C. eod.* & in *l. peremptoria, C. sententiam rescindi non posse.*

Digitized by Google

De Exceptione Excommunicationis.

EXcommunicationis exceptio quandoque vim habet peremptoriæ, & eius, cui opponitur, omnino perimit, ut si quis electus sit excommunicatus, vel ab excommunicatis electus, Gloss. 2. in *Clem.* 1. *eod.* Quandoque vim habet dilatoriæ, cum scilicet Judicium remoratur; hæc autem etsi dilatoria sit, illud tamen speciale habet, quod etiam post litem contestatam, quin etiam post sententiam valde opponitur, ne scilicet reus cum excommunicato versari compellatur in periculum animæ suæ, §. *his adnumeranda.*

Cæterum ex innocentiana constitutioe in *cap. pia, eod. in 6.* ad hanc exceptionem recte opponendam, tria exiguntur. I. ut in specie exprimatur excommunicationis causa, veluti ob publicam Clerici percussionem. II. ut opponatur nomen sive proprium, sive appellativum Judicis, qui excommunicationem fecit. III. ut intra dies 8. post oppositionem probetur, quod nisi fiat, Judex ulterius progredi potest.

Sed hic notandum est. I reum, qui dolo excommunicationem opponere distulit, audiri quidem, cum eam tandem opponit, sed expensas legitimas actori reficere compelli. Secus verò si distulerit ex justa causa, veluti quia in promtu probationes non habebat, Abbas in *cap. exceptionum, eod.* per textum in *can. plerumque* 2. *q.* 7.

II. Ut hæc procedant in excommunicatione majori publica, sive ob Clerici percussionem, sive ob denunciationem factam a Judice delegato, vel ordinario; hæc enim non modo a Sacramentorum perceptione, sed etiam a fidelium communione separat. Itaque ali-

Digitized by Google

aliter se res habet in excommunicatione minori, quæ solum passivam Sacramentorum communionem tollit, *cap.* 1 *eod. in 6.*

III. Exceptionem hanc in prima tantum instantia locum habere; quod si actor succumbens appellet, prætextu excommunicationis a prosequutione appellationis removeri non potest, ut hic in §. *hæc tamen.* Quod si objicias ex textu in *cap. per tuas, de sententia excommunicationis*, ubi excommunicatus appellans non auditur; tunc respondetur id non procedere, cum quis appellat ab ipsa sententia excommunicationis, quam dicit injustam; nos verò hic loqui de alio quovis gravamine, ut recte ait Abbas in *cap. significaverunt, & cap. fin. eod.*

IV. Reum excommunicatum non posse exceptione excommunicationis uti contra actorem, qui, & ipse hoc vinculo innodatus sit; nam, ut dicitur, nil Judæus Judæo, nil Catelina Cethego. Quod est in exceptionibus reliquis, nec enim perjuris, nec plura beneficia possidens idem crimen alteri recte objiciet. quod restringe, cum reus non excipit suo nomine, sed vel nomine Ecclesiæ, tanquam Syndicus, vel nomine pupilli & minoris, tanquam tutor, & curator; nam eo casu si has exceptiones opponat, audiendus est, §. *cavebit, cum seq.*

De Replicationibus.

SIcuti reo adversus actorem datur exceptio, ita actori pro tuitione sui Juris conceditur replicatio, quæ est quasi exceptionis exceptio; de qua re vide latius in *Institutionib. Cæsareis lib. 4. tit. de replicationibus.*

Digitized by Google

De Mutuis Petitionibus.

MUtua petitio eſt, quam vulgo reconventionem dicimus ut ſi quis conventus coram Titio Judice ex cauſa mutui, reconveniat cum cauſa reconveniat actorem ex cauſa venditi: quod ante litem conteſtatam fieri oportet, cum cauſa reconventionis ab eodem Judice cognoſcatur ſimul cum cauſa conventionis, itaut termini utrique cauſæ ſint communes; & quaſi nova acta fiant, quæ etiam poterunt diſtincta fieri: & tandem unica ſententia, vel duplici utrumque Judicium diffinietur: ſemper tamen primo Judiciũ conventionis præmittetur, *auth. reconventione*. Ex quibus patet reconventionem eſſe vere novam actionem ad novum Judicium per nova acta conſtituendum: prorſus ut ſi actor reconventus non reſpondeat non ſolum fiat contumax, ſed etiam non poſſit petere ut in cauſa conventionis procedatur, eo quod ad lites celeriter terminandas, Juſtinianus utrãque cauſam ſimul expediri voluit, Faber 20. *conject.* 5.

Hinc fit, Judicem, qui alioqui erat actori incopetens in cauſa reconventionis, competentem eidem fieri: cujus enim quis in agendo obſervatur arbitrium, eundem habere contra ſe Judicem dedignari non debet *can.* 1. §. *cujus* 3. *q.* 6. *l. cum Papinianus*, C. *de ſententiis*. Unde ex recõventione poteſt quis etiam in clercios Jurisditionem habere ut dictum eſt in *tit. de Judiciis*. Id vero procedit, tam ſi Judex ſit ordinarius, quam delegatus, *cap.* 1. *eod. cap. prudentiam, de officio delegati*: non tamen coram arbitris, qui compromiſſi fines excedere non poſſunt. Vide Abb. poſt ſpecul. in *cap. cum dilectus, de arbitris*, & in *cap.* 1. *eod.*

Ex

Digitized by Google

Ex ſupradicta regula excipe I. ſi reus coram Judice laico conventus actorem ſuper cauſa ſpirituali velit convenire, veluti Juspatronatus, *cap.quando, de Judiciis*, aut decimarum, *cap.tua* 1. & 2. *de decimis*, aut matrimonii, *cap.*1. *de conſanguin.* ſemper enim cauſa ſpiritualis coram Eccleſiaſtico proponatur, & examinetur oportet.

II. Si reus excommunicatione fuerit innodatus; quamvis enim hic poſſit ſe ipſum defendere opponendo exceptiones, non tamen poteſt offendere reconveniendo actorem, ut hic in §. *idem Juris*, Canoniſtæ in *cap.*1. *de reſcript. in* 6.

III. In cauſis criminalibus, cum accuſatus debeat prius ſeipſum a nota accuſationis purgare, mox vero actorem reaccuſare, *l. his, qui reus, ff. de publ. Judic. l.* 1. & *l. neganda C. qui accuſare non poſſunt.* Quæ tamen doctrina locum non habet, quoties reaccuſatoris delictum eſt dependens ab accuſatoris delicto, ut notat Bart. in *d.l. is qui reus*; veluti ſi de adulterio accuſatus, actorē de lenocinio in eodē adulterio præſtito reaccuſet *l.*2. §. *extraneus ff. ad l. ult. de adulter.*

IV. In ſpolio reconventio locū non habet. Ideo ſit.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

TIT. X.

Quis dicatur Spoliator.

ACtio Spolii in jure civili dicitur interdictum. Unde vi. Si quis ergo per vim de poſſeſſione ſive rei, ſive Juris dejectus eſt, dicitur ſpoliatus, & delictum ipſum, ſpolium. Id vero ex oſum eſt legi-

Digitized by Google

bus, cum nemo sibi ipsi Jus dicere possit, spreta Magistratus Jurisdictione: quod spolium committi potest non solum a privatis personis, sed etiam ab Judice, qui aut incompetens de facto reum damnet: aut competens sed Juris ordine non servato aut nulliter prolata sententia, *cap. cum ad sedem, cap. conquerente, de restit. spol. l. meminerint, C. unde vi, l. ult. C. si per vim.*

Is quoque spoliasse intelligitur, qui licet ipse non spoliaverit, tamen alteri mandavit, ut spoliet, aut spolium suo patratum nomine ratum habuit, cum ratihabitio æquiparetur mandato, Accurs. in *l. 1. §. sed & cum quis, ff. de vi, & vi armata*, Ripa in *l. naturaliter, §. nihil, ff. de acq. poss.* Ita etiam, qui rem spolio occupatam sciens prudens donando, emendo, aut alia de causa recipiat: nam etsi vere spoliator non sit, tamen pro spoliatore habebitur, *cap. sæpe, eod.* Quod quidem verum est de Jure canonico, nam de Jure civili, cum a te dejectus sum, si quis eandem rem possidere cœperit, non possum cum alio, quâ tecum interdicto experiri, seu de spolio agere, *l. cum a te, ff. de vi, & vi armata.* Nimirum quia interdictum Unde vi est scriptum in personam hoc modo, Unde tu illum vi dejecisti. Datur tamen in hæredem prædonis. *l. 1. §. ult. l. 2. ff. cit. tit.* quia hæres succedit in omne vitium defuncti, quod non est de successore singulari, *l. cum hæres, ff. de diversis, & temporal. præscription. l penult. C. de acq. poss.* Et ex his legibus deduxit D. Ambrosius, quod ait. Facto auctoris damnari successionem hæredis, *can. ult. 1. q. 1.*

De

Digitized by Google

De pœnis Spoliatoris.

HÆ plures computantur. I. ſpoliatus, ſive dejectus agens interdicto unde vi, præ omnibus in poſſeſſione reſtituendus, nulla contra ipſum exceptione obſtante, Fach. 8. *contr.* 10. ſic, ut non ſit ſatis pignora dare; vel fidejuſſores, cum omnino res ipſa debeat reſtitui, *cap. cum aliquibus, de ſententia excomm. can. Epiſcopi* §. 1. 3. *q.* 1. Quare ſi res ablata non extet, ejus æſtimatio præſtanda eſt, quam ſuo Jurejurando dejectus palam faciet. Sed ſi hic in immenſum juraverit, tunc partes Judicis erunt Juramentum ad modum redigere, attento eo, quod veriſimilius eſt.

II. Spolians reſtituit non modo fructus, quos percepit, ſed & quos vetus fundi poſſeſſor percipere potuiſſet, *cap. gravis, eodem*, ubi Abbas, Bart. in *l. ſi quis ad ſe fundum*, C. *ad l. Jul. de vi publ.*

III. Contra ſpoliatum non habet locum reconventio. Puta, ſi quis de beneficii poſſeſſione per vim dejectum queratur, & reus ſpolians eundem non canonice inſtitutum dicat; tunc prius ſpoliatus reſtituendus eſt, & mox de canonica inſtitutione cognoſcetur. *cap. 1. eod. cap. final. de ordin. cognit.*

IV. In ſpoliantis odium conſtitutum eſt, ut ſi ſpoliatus petitorium Judicium de proprietate moverit, nullam de illata ſibi violentia mentionem faciens, tamen ante cauſæ concluſionem, poterit de poſſeſſorio, tanquam ſpoliatus agere, petitorio interim ſuſpenſo. Sed ſi jam in cauſa concluſum ſit, tunc novæ lites litibus inculcentur, petitorium omnino expediendum eſt; niſi tamen aliter Judici videatur, veluti ſi ſpolium ex clariſſimis indiciis pateat, vel etiam ſi ſpoliato caſu, vel dolo adverſarii, dominium proban-

Digitized by Google

bandi facultas ſubtracta ſit ; his quippe caſibus poteſt Judex etiam poſt concluſionem in cauſa petitorii, ſpoliato poteſtatem concedere, ut de poſſeſſione agat, ut hic in §. *ult*,

Quibus caſibus Spoliatus ante omnia non eſt reſtituendus.

PRimus eſt, quando contra agentem de ſpolio reus de alio ſpolio excipientem opponit, quo caſu paria delicta mutua compenſatione tolluntur, *cap. ult. de ordin. cognit.*

II. Si ſpoliatus Judici conſentiat, ut tam ſuper propietate, quam ſuper ſpolio ſimul procedat, *cap.* 1. *eod.* Unde cautio datur ſpoliato, ut proteſtetur ſe non conſentire, ut ſpolians ſuum dominium probet, Veronenſ. *caut.* 82.

III. Cum ſpoliatus prius inſtituto Judicio petitorio, ſuccubuit. non debet deinde præ omnibus reſtitui, cum reſtitutionis poſtulationem inſtituit, DD. in *l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff. de acq. poſſ.*

IV. Si contra agentem de ſpolio excipiamus eum minime poſſediſſe, tamdiu ſubſtinenda erit reſtitutio, donec de exceptione cognoſcatur ; nam ſi quis beneficio ſpoliatum ſe dicat, & contra eum, quod ſit laicus opponatur, erit differenda reſtitutio, non obſtante colorata poſſeſſione, ut contra Aretinum eſt communis opinio, Ripa in *d. l. naturaliter*, §. *nihil commune*, Lapus *alleg.* 24.

V. Si ſpoliator ex juſta cauſa, abſque dolo, vel contumacia ſit abſens, nequit interim Judex reſtitutionem ſpolii decernere, *cap. olim eod. cap. cauſam, qui filii ſint legitimi.*

VI.

Digitized by Google

VI. Si contra ſpoliatum obſtet Juris præſumtio, quæ cum ſpoliatore faciat, ut ſi quis contra Parochiam agat pro reſtitutione decimarum, quas tamen intra Parochiæ limites poſſediſſe ait, iſte nequaquam reſtituendus eſt, niſi prius palam faciat ſe eorum poſſeſſionem legitime aſſecutum fuiſſe, nam juris præſumtio eſt eas decimas ad ipſam Parochiam pertinere, Abbas, & alii ex *cap. ult. tit. eod. in 6.*

VII. Si ſpoliatus ſit hæreticus, ei reſtitutio non fit, *can. quo Jure, diſt.* 8. & 13. *q.* 1. *per totum.*

VIII. Idem eſt, ſi ex reſtitutione animæ periculum immineat, ut ſi viro petente uxoris reſtitutionem, hæc de conſanguinitate in gradu prohibito exciperet, itaut per reſtitutionem de illicito concubitu timeri poſſit, *cap. literas, eod.* Hoc etiam procedit, ſi gravis ſcandali timore adſit, Butrius in *cap. ex parte, eod.* Felin. in *cap. nihil, de præſcriptionib.*

De Litis conteſtatione.

TIT. XI.

UBi reus certum habet nolle actori cedere, ſed in judicio cum eo contendere, tunc negando ea, quæ actor dixit, litem conteſtatur, ut ex forenſi praxi notat Riccius hic. Quæ negatio non modo fieri poteſt ab ipſo reo, verum etiam a procuratore, tutore, aliiſque ſimilibus perſonis, *cap. cum ad ſedem, tit. præcedenti.* Speculi *§ ſequitur, hoc tit.* Apud nos lis conteſtata dicitur, cum Judex utrique parti terminum ad probanda ſibi incumbentia tribuit, *pragm.* 1. *de ord. Judic.*

Effectus litis conteſtatę plures ſunt; veluti ut Judex, qui alioqui erat reo incompetens, fiat competens;

ex quo

Digitized by Google

ex quo sequitur, ut lite contestatâ, dilatoriis exceptionibus amplius locus non sit; maxime vero ei, quæ fori declinatoria dicitur, *capiatur inter Monasterium, de sententiis*, ut supra notatum est. Item actio, quæ temporanea erat perpetuetur: quare licet actiones prætoriæ anno concludantur; lite tamen contestata, etiam post annum durant, ut in *Institutionibus civilib. tit. de perpet. & tempor. action.* Sic etiam usurpatur usucapio, atque præscriptio, hoc est, interrumpitur, cum inde reus in capionem impedit, *cap. ult. de præscriptionib.* Ita qui in mora non est, per litis contestationem in mora constituitur, & usuræ deberi incipient, *l. lite contestata, ff. de judiciis, l. litigator, C. de fructibus, & litium expensis, l. 2. cum seqq. C. de usur. & fructib. legator.*

Cæterum etsi lite non contestata, testes recipi non possint a Judice; id tamen restringitur, si testium obitus immineat, vel diuturna absentia, sic, ut periculum sit in mora, tunc etiam lite non contestata, testes examinari possunt, citato adversario ad videndum ipsorum juramenta, *cap. quoniam frequenter, ut lite contestata*, Mascard. *concl.* 1366. *nu.* 3. Staiban. *Jun. cent.* 2. *resol.* 132. Sed si adversarius non sit contumax, & sine dolo sit absens, tunc satis erit, si ipse intra annum conveniatur, vel examen, jam factum intra annum ei denuncietur, qui annus a principio est utilis, licet in decursu evadat continuus, Abbas, & alii in *d. cap. quoniam frequenter.*

De Juramento calumniæ.

TIT. XII.

OB publicam utilitatem, ne veritas per sycophantas opprimeretur, statutum est, ut post litem con-

Digitized by Google

conteſtatam poſſit unus collitigator ab altero petere, ut juret ſe non calumnioſe in Judicio verſari, *cap. dudum 2. de elect. cap. fin. eod.* adeout ſi quis delatum ſibi Jusjurandum præſtare recuſaverit, actor quidem ab inſtituta cadet actione, & reus pro confeſſo erit habendus, *d. cap. fin.* Sed ſi tacite, hoc eſt nullo petente, hoc Juramentum omittatur, non propterea Judicialis proceſſus ſit nullus, §. *fin.* Neque hic amplius immorandum eſt, cum hujuſmodi Jurisjurandi hodie in Tribunalibus nullus uſus ſit, ut notat Maranta in *praxi v. Juretur*: poſſe tamen in uſum revocari docet Menochius *de arbitr. caſu* 20. Vivius *deciſ.* 109. Urfillus *ad Aſtlict. dec.* 265. *n.* 32. Gaill. 1. *obſervat.* 85.

Ut lite pendente nihil innovetur.

TIT. XIII.

CUm lis pendet, nihil circa rem, quæ in Judicium deducta eſt, innovari poteſt uſque ad ejuſdem litis diffinitionem, aliter tanquam attentatum revocandum erit, quidquid interim fiet. Dicitur autem lis pendere ex quo tempore citatio legitima facta eſt, ut patet ex *Clem. 2. eod.* ita tamen, ut citatio hæc ad partem adverſam pervenerit, & ſit in ſpecie expreſſa res, & cauſa litis motæ, Canoniſtæ in *d. Clem. 2.* & *Clem. non poteſt, de procuratorib.*

Itaque lite pendente non poteſt quis a Judice, vel ab adverſario privari poſſeſſione Juris, vel ſervitutis, quam obtinet, Bertrandus *conſ.* 51. Excipe tamen, cum fructus poſſeſſor diſſipat, quo caſu etiam lite pendente ſub ſequeſtrum mitti poſſunt, *cap. ult. de ſequeſtratione poſſeſſionis*, Ita nec cogendus eſt ſolvere debitum, vel cenſum; imo nec inſtrumentum via Ritus liqui-

Digitized by Google

liquidari potest. Freccia *de liquid. instrum. p. 9. q. 1.* Ita quoque res in Judicium deducta, dicitur jam litigiosa, sic, ut nec alienari, nec obligari possit. De qua re vide Lancellottum *de attent. par. ult. tit. de pœnis attentatorum.*

Cæterum quandoque Judici integrum non est attentatum revocare: veluti si lite pendente inter conjuges de validitate matrimonii, vir de facto aliam uxorem ducat, posterius hoc matrimonium, tanquam attentatum, revocari non potest, sed prioris causæ exitus expectari debet, ex qua hujus posterioris decisio pendet, *cap. de his, eod. cum in Apostolica, de sponsalib.* Et tamen qui temere ita contraxit, justa & competenti pœnitentia afficiendus est, & posterioris uxoris commercio interdicitur, Canonistæ in *d. cap. cum in Apostolica.* Idipsum extenditur in causis electionis, quæ se tanquam spirituale matrimonium habent, ex notatis in *cap. cum veniissent, de restitutione in integrum.*

DE PROBATIONIBUS.

TIT. XIV.

De Probationis definitione, & partitione.

CUm variæ sint probationis definitiones, tum ea præcipue ad rem nostram facit, quæ traditur ab Azone ad hunc titulum, ut si rei dubiæ per argumenta ostensio. Cum dicitur rei dubiæ id capiamus oportet, sive res de se dubia sit, sive ex adversarii inficiatione: nam etiam notorium, cum negatur, evadit res dubia, & probatione indiget, *cap. ult. eod.*

Cæ-

Digitized by Google

Cæterum ſub nomine argumentorum intelligitur quidquid tale eſt, ut inde res vera ſit, an falſa, argui, & demonſtrari poſſit illud tamen in hac definitione videtur deſiderari, nempe Judicis mentio, coram quo niſi probationes fiant, nullum ferme in cauſis momentum habent: quapropter ita rectius ad præſentem materiam probatio definiretur, ut ſit rei dubiæ per argumenta coram legitimo Judice facta oſtenſio.

Ut plurimum autem probationis onus incumbit actori, qui affirmat, non etiam reo, qui negat, cum regula ſit, ut is probet, qui affirmat, *l.2.ff. de probationib. can. fin. 6.q.5.* Verum ſi reus excipiendo, aliquid ponat, & affirmet, veluti debeo tibi centum, ſed pactum de non petendo feciſti, tum reus docere debet, vere pactum hoc interpoſitum fuiſſe, & vice actoris fungetur, *l.19.ff.de probationib.*

Diviſio probationis eſt, ut fiet per octo capita. I Confeſſione Collitigatoris. II. Per Teſtes. III. Per Scipturas. IV. Jurisjurandi Religione. V. Iſpectione Judicis, ſeu Acceſſu ſuper faciem loci. VI. Per notorium. VII. Suſpicione vehementi. Tandem fama, cum aliis præſumtionibus, ſeu adminiculis. De his omnibus ſuo ordine diſſeremus.

De Probatione per confeſſionem.

COllitigatoris confeſſio ita efficax eſt, ut confeſſus pro Judicato habeatur *l.un.C.de Confeſſis*; eo quod nulla eſt major probatio, quam proprii oris confeſſio *cap.1.cit.tit.* Hæc igitur fieri poteſt tam in cauſis civilibus, quam criminalibus, ſed diverſo modo.

In civilibus ita accidit. Reus, ſive Actor poſitiones quaſdam concinnat, in quibus brevis quædam facti narratio fit, hiſque exibitis, Judex adverſario præ-

Digitized by Google

præcipit, ut dicat eæ positiones sint ne veræ, an potios falsæ? Itaque si adversarius instante judice, respondeat eas esse veras, jam qui posuit ab onere probandi per alia argumenta revelatur. Sed si respondere recusat, pro confesso habetur; ita tamen, ut requiratur etiam citatio ad dicendam causam, quare pro confesso haberi non debeat Alex. *cons.* 212. *num.* 11. Guido Papa *cons.* 7. nisi vero prius ipsi commitatum fuerit, ut habeatur pro confesso nisi responderit, Alex. *loc. cit. num.* 1,

Verum tamen est & posse in hoc casu moram purgari, maxime re integra, Osach. *dec.* 5. & 81. Natta *cons.* 364. *num.* 20.

At si confessio per errorem facta sit, per iracundiam, vel nimiam festinationem potest confessio dummmodo in continenti fiat revocari, *cap. fin. de confessis* ubi Abbas, & *in cap. cum venerabilis, de exceptionibus.*

Illud quæres, an quis cogi possit edere scripturas, quas apud se habet, & quibus nos contra illum uti velimus? Et licet videatur responderi debere affirmative ex eo, quod sicuti factis positionibus possumus ab aliquo etiam invito extorquere confessionem contra se ipsum, ita possimus eundem adigere ad edendas scripturas, ex quibus aliquid damni pati queat, præsertim ne veritas in occulto sit, tamen contrarium verum est nempe cogi non posse, *l.* 1. *C. de ædēdo, l. nimis, C. de testibus, cap.* 1. *eodem*; nam non sunt desumenda arma de domo rei. Excipe, nisi hæ scriptutæ sint utrique litigatori communes, DD. in *d. l.* 1. & *d. cap.* 1.

In criminalibus confessio efficitur per tormenta, & quæstiones: modo post tormenta ratificetur, non quidem statim, sed post aliquod temporis intervallum

Digitized by Google

lum, ne tormentorum timore videatur extorta. DD. in *cap. 1. de confessis*, *in 6.* & in *l. 1.* & *7. ff. de quest.* Gomes. 3. *variarum tit. de iudiciis ad torturam*.

De probatione per testes.

UT I. testium despositio valida, & firma sit, opus est, ut ne veniant sua spõte, quo casu pro suspectis haberentur, sed accedant rogati, vel etiam citati, cum testes ad testificandum teneantur, hac propterea cogi possint, ut partes queant sua Jura probare, ut Jo: Baptista hic notat. Opus est etiam, ut ipsi se super omnibus, & singulis jurent se veritatem dicturos, nam testi non Jurato non creditur, cum in alterius præjudicium deponat; nisi forte ab adversa parte, Jusjurandum remmittatur *cap. tui de testib.* ubi Abbas perperam tradidit, Jusjurandum istud esse de essentia processus; quod si verum esset, utique S. Pontifex non dixisset posse remitti; quin etiam Juramentum non est necessarium, cum testificatio in alterius damnum non cedit, ut si deponeretur, quem esse baptizatum, vel Ecclesiam consecratam, *can. parvulis*, ubi Canonistæ, & *can. cum itaque*, *dist. 4. de consecr.* Idipsum est, si quis deponeret, tanquam peritus in arte, ut idem Abbas notat *cap. proposuisti*, *eod.* Opus est tandem, ut Pars adversa citetur ad videnda ipsa testium Juramenta: ut jam diximus ex *cap. quoniam frequenter ut lite contestata*.

II. Testes minimum duo esse debent, cum unus testis, etiamsi omni exceptione major, non admittatur, *l. Jurisdictioni*, *C. de testibus*, & de Jure divino in ore saltem duorum stet omne verbum. Excipe nisi

agatur

Digitized by Google

agatur de peccato impediendo, & alterius Jus non lædatur, quibus casibus satis est dictum unius, Abb. in *cap. super eod. de testib.* Canonistæ in *cap. veniens, cit. tit.* DD. in *l. admonendi, ff. de Jurejur.* Testis unicus de visu in criminibus facit Indicium ad torturam, DD. in *l. 3. C. ad l. Jul. Majest.* & traditur per Bart. in *l. admonendi, num. 37. ff de Jurejur.* At in civilibus semiplenam probationem inducit, Gloss. in *d. l. 3.* Marcianus *cons. 50. in princ. vol. 2.*

Hæc autem testium depositiones Judex per se recipiat oportet, ut advertat, quo vultu, qua constantia, quave animi trepidatione ipsi deponant, cum sæpe ex his indiciis rerum veritas eluceſcat, §. *illud quoque.* Sic etiam ita examinabit eos, ut reddant rationem sui dicti, hoc est de visu ne & scientia, an de auditu, & fama deponant, quo casu præsertim in criminalibus non plene probarent, Canonistæ in *cap. per tuas de testib.*

Sed si quis testium sit valetudinarius, senex post 70. annum, vel nobilis paupertate depressus, mulier honesta, vel hujusmodi, quæ ad Judicem venire non possint, tunc Judex idoneum eliget, e.g. Scribam, qui eorum attestationes recipiet, DD. in *cap. si quis de testibus, cap. quoniam frequenter, ut lite non contestata.*

III. Ad testimonium ferendum admittuntur omnes, qui non sint speciatim a Jure prohibiti, *l. 1. ff. de testibus.* Alii ergo prohibentur conditione status, ut servi, *can. ubi, §. item servi 4. q. 3. auth. si dicatur, C. de testib.* Alii natura, ut fœminæ, quæ non admittuntur, nisi urgente necessitate, ut si alii idonei testes desint, *can. quanquam 14. q. 2.* Alii vita, nam qui male vivit, fide caret, *cap. 1. de accusationib. cap. testimonium, de testib.* Quidam verò prohibentur Jure,

ut

Digitized by Google

ut infames, excommunicati, qui in ea causa fuit advocatus, vel procurator; item domestici, & omnes, quorum interest, de quibus late Bartolus in *tract. de testibus.* Illud notandum est, quod Christianorum testimonia contra Judæos, Paganos, Hæreticos, in omnibus causis recipiuntur, non è contrario istorum contra illos, §. *Christianorum.*

Quæritur, an Cives pro sua Civitate testimonium dicere possint? Et apud nos receptum est, ut distinguatur, quod si causa pertineat ad singulos, uti singulos, nequeant esse testes, quia testificarentur in causa sua, contra textum in *l. 9. C. de testib.* Ita essent silvæ pascuæ, seu cæduæ, in quibus Civium quilibet Jus lignandi, & pascendi haberet. Secus verò judicatur de causis, quæ spectant ad singulos, uti universos, veluti si fructibus silvæ uni alicui locatis, pensio inde percepta in commune civium commodum impenderetur, veluti pro reficiendis mœnibus, viis sternendis, aquis ad fontes ducendis; tunc enim Cives valide testimonium ferent, Afflict. *dec.* 400. Franchis *dec.* 301. Capicius *dec.* 152. Hinc patet, Monachos, & Clericos pro suo Monasterio, & Ecclesia rectè testificari posse, maxime aliis deficientibus, cum utilitas ad singulos uti universos pertinere videatur *cap. cum nuncius, cap. insuper, de testib.* ubi tamen Baldus ait, se obtinuisse, ut Monachi examinarentur pro vestiario relicto ipsorum Monasterio, etsi id videatur respicere singulos, uti singulos, ex eo quod dicta Jura canonica generatim, & absque ulla distinctione Monachos, & Clericos ad testificandum pro sua Ecclesia, & Monasterio admittant. Vide Decium *cons.* 62. & 442. Anna *sing.* 81. *cum seq.*

Digitized by Google

De Probatione per Scripturas.

SCripturæ aliæ ſunt publicæ, aliæ privatæ. Privatæ dicuntur, quæ neque manu publicæ perſonæ, hoc eſt tabellionis, ſcriptæ ſunt, neque autentico ſigillo, veluti Epiſcopi, ſeu Principis ſecularis, munitæ ſunt, ſed tantum privatim, & nulla ſolemnitate confectæ; & hæ regulariter ſolum contra ſcribentem probant, etſi ſcribens ipſas proferre cogi non poſſit, cum non ſint arma deſumenda de domo Rei, ut jam ſupra dictum eſt. Verum inter Mercatores rationum libri tam pro, quam contra fidem faciunt, & ipſi ad eorundem exhibitionem tenentur Felin., & alii in *cap. ex Chriſtianis, & cap. ult. de fide inſtrumentor.* Eſcobardus *de ratiociniis*, & Genua *de ſcriptura privata.*

Publicæ ſcripturæ è diverſo vim probandi obtinent ex auctoritate tabellionis, authoritate ſigilli, & teſtium ſubſcriptione: unde tantum probat inſtrumentum, quantum duo teſtes, *l. in exercendis, C. de fide inſtrumentorum, cap. cum Joann. cit tit.* Hæc autem inſtrumenta opus eſt, ne ſint expuncta, neque abolita, nec ulla ſui parte vitiata, quibus caſibus, tanquam de falſitate ſuſpecta, vim probandi non obtinerent. Excipe tamen ſi exceptor literam aliquam, imprudens omiſerit, quæ addi poteſt, *cap. ex parte, de fide inſtrum.* Excipe etiam, ſi inſtrumentum in loco non ſuſpecto raſum, aut interlitum ſit, Canoniſtæ in *cap. ſicut dilectus & cap. ex literis, cit. tit.*

Quod dictum eſt de originalibus, idipſum locum habet in exemplis quæ probandi auctoritatem obtinebunt; ſi ſolemniter trantſcripta ſint per publicam perſonam, quæ ſi non adſit, poterit inſtrumentum tranſ-

Digitized by Google

transcribi auctoritate Judicis per honestas personas, ut hic notat Glossa in §. *idem*, *argum. ex cap. quoniam contra, eod.* & in *cap. fin. de fide instrum.*

De Probatione per Jusjurandum.

SI cui probationes neque per testes, neque per scripturas suppetant, se alicui, e.g. mutuo centum dedisse, tunc si semiplene probaverit ex præsumptionibus, vel fama, poterit Reo Jusjurandum deferri sive a Judice, sive ab Actore, scilicet ex eo, quod negat ea centum mutuo accepisse, Jurejurando affirmet ita esse. Eo casu si Reus conventus jurare recuset, pro confesso habebitur; sed si in id juret, confestim actor causa cadet; & proinde non quæritur, an actori pecunia debeatur, necne, quia eam deberi satis Jurejurando probatum est: sed quæritur tantum, an juraverit, ut in *Institutionib. civilib. tit. de exceptionib. item si quis.*

Cæterum si hoc Jusjurandum deferatur a Judice, necessarium dicitur, eo quod delatum litigatoribus, nequit ab iisdem, nisi ex justis causis, recusari, veluti si plene jam probatum fuerit, aut sibi non plene cognitam rem ipsam asserant, DD. in *l. manifeste, ff. de Jurejur.* & in *cap. fin. eod.* Sed si Juramentum ab uno litigatore alteri deferatur, dicitur voluntarium; nam ab eo, cui defertur, licite recusari poterit, dummodo referat, §. *voluntarium*; quod tamen locum non habet in famosis actionibus, veluti furti, doli, ubi quoties Jusjurandum voluntarium delatum est reo, nequit is actori referre, cum non actor, sed ipse reus sibi sit conscius: ut etiam est in actione rerum amotarum, *l. Marcellus*, §. *fin. cum ll. seqq. ff. rerum amotarum.*

Digitized by Google

De Probatione per Judicis inspectionem.

NOnnunquam pro finiendis litibus Judex rem propriis oculis inspicit, ut veritatem cognoscat, ut accidit in actione finium regundorum, cum scilicet inter duos orta de confinibus prædiorum controversia est, *l. si irruptione, §. ad officium, ff. fin. regund.* qui ocularis aspectus firmum Judicium in Judicando operatur, & cuicumque probationi præfertur, Azo in *Summa. C. ad l. Aquil.* & admittitur, etiamsi excluſa sit omnis alia probatio, Alex. *conſ.* 145. *vol* 1. *conſ.* 75. *vol.* 2 Afflict. ad *Conſt. Rubr.* 21. *num.* 17. *lib.* 1. Idem est, cum Judex ex aspectu corporis ætatem colligit, Bart. in *l. de ætate, ff. de minorib.* in *l. tabularum*, §. *ſi dubitetur ff. quemadmodum teſtamenta.*

Aliquando verò Judex vicem ſuam aliis tribuit, veluti honestis, & prudentibus matronis, quæ inſpiciant utrum mulier viro ferendo ſit idonea, *cap. fraternitatis, de frig. & maleſ.* item, an ſit virgo, *cap. cauſam*, & *cap. propoſuiſti, eod.* Ita etiam, an ſit prægnans, ut in *tit. de ventre inſpic.*

De Probatione per præſumptiones.

PRæſumptionum plures ſpecies ſunt. Una dicitur Juris, & de Jure, cum ſcilicet Jus aliquid ita præſumit, ut non admittat probationem in contrarium, ut ſi quis accuſetur de adulterio, qui apparet omnibus Eunuchus, *cap. is, qui fidem, de ſponſalib. l. ult. C. arbitrium tutelæ, l. ult. ff. de re Judic.*

II. Est Juris tantum, quæ licet veriſimilis ſit, tamen admittit probationem in contrarium, *l. antiquæ*, §. 1, *C. ad Villej.*

Digitized by Google III. Est

III. Est præsumptio hominis violenta, & concludens, ut patet ex *cap. afferte mihi gladium, de præsumpt.*

IV. Est hominis probabilis, ut scilicet qui talis timeatur futurus, qualis est, ex regula, semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, nisi contrarium probetur, vel nisi ex lapsu temporis aliud rationabiliter judicandum sit, *cap. ex studiis, cit. tit.*

V. Est præsumptio hominis vana, seu levis, quæ nisi aliis concurrentibus non probat; veluti si delictum alicui imputetur, quod occisi sanguinis coram eo ebullit, vel quod cadaver ante ipsius fores repertum sit, Bocerus *de homicidio, lib. 1. cap. 3. num. 90.*

De Probatione per notorium, & famam.

NOtoria proprie sunt informationes facinoris, quæ ab apparitoribus transmittuntur ad Magistratum, seu Præsidem, Budeus, & Gothofr. in *l. ea quidem, ff. de accusationib.* Hic tamen Notorium dicitur, quod ita se exhibet hominum conspectui, ut nulla possit tergiversationem celari, veluti si aliquod delictum accidat præsentibus Civibus omnibus, vel saltem pro bona parte; ita tamen, ut jam super eo a Judice pronunciatum sit, citata parte, Mascard. *concl.* 1101. Itaque in notorio non opus est procedere Juris ordine servato, Oldrad. *cons.* 18. & 195. item nec conceditur appellatio, *cap. pervenit, cap. consuluit, de appellation.*

Hinc Notoria non indigent probatione, *cap. evidentia, de accusationibus, can. de manifesta* 29. *qu.* 1. quare sufficit allegari, DD. cum Andrea Valensi in *rub. Dec. & de probat.* §. 1.

Notorium differt a fama, quæ etsi vulgo in Urbe

Digitized by Google

de aliquo invaluerit, tamen non omnes, aut pro bona parte viderunt, ut est in notorio, sed alii ab aliis fando acceperunt. Propterea opus est, ut fama originem trahat a viris fide dignis, & quorum nihil interfit, *cap. primus, de electione, cap. præterea, de testibus*: insuper exigitur, ut aliis etiam adjuvetur præsumptionibus, & adminiculis, late Canonistæ in *cap. illud, de præsumptionibus*, & in *cap. super eo, de testib.*

Si post delictum commissum in aliquo loco, sit publica vox, & fama inter omnes, vel majorem partem eorum in illo loco, quod talis reus commisit illud delictum, & talis fama probetur per duos testes facit indicium ad torturam, ex *cap. illud, de præsumpt. & l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstion. l. 2. l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acq. hered. l. Labeo, ff. de suppellectili legata.* Late Salic. in *l. ea quidem, §. quia propter, C. de accusat.* Gomez. 3. *var.* 13. *num.* 10.

DE SENTENTIIS, ET RE JUDICATA.

TIT. XV.

De Sententiis.

SEntentia est declaratio Juridica a Judice facta, per quam unus ex litigatoribus absolvitur, & alter condemnatur; a qua definitione non large abit ea, quæ traditur a Lancellotto *hic in princ.* quod sit controversiæ propositæ a Judice rite facta definitio. Dicitur itaque declaratio, ut nomen ipsum sententiæ docet: continet enim id, quod in re controversa sentit Judex. Dicitur Juridica, cum in sententia non attendatur nuda Judicis voluntas, sed voluntas, & di-

Digitized by Google

dispositio legis, Abbas in *Rubr. hoc tit. ex can. Judicet 3. q. 7.* Hinc sententia palam injusta, ipso Jure nulla est, nec in rem Judicatam transit, *l. si expressim, ff. de appellationib.* Afflict. in *constitut. de dilationib. num.* 15. Dicitur a Judice facta, ab eo nimirum qui Jurisdictionem habet, & profertur ab eo in scriptis, & pro Tribunali sedente, ut hic §. *vocatis.* Dicitur tandem, per quam unus absolvitur, &c. nam si neutrum fiat, sententia est nulla, veluti etiam accidit, si prolata fuerit, sine certa quantitate, dummodo quantitas non sit detecta a Judice, vel a lege, *l. 1. cum seqq. C. de sententiis, quæ sine certa quantitate*, ubi Jas. Bart. & alii. Sic ergo hereditas, dos, legitima a patre debita habent quantitatem a lege assignatam.

Sententia in scriptis est proferenda, *l. fin. C. de sentent. & brevic. recitand.* quamvis enim Justinianus voluerit ab Episcopo in Clericum, cum causa pecuniaria est, sententiam ex non scripto pronunciari: ut scilicet causa breviter expedita, a Sacro Clericus non vacaret ministerio, *Novell. 83. in princ. Ut Clerici apud proprios Episcopos.* Hodie tamen ex Lateranensi Concilio etiam in Clericum sententia ex scripto ferenda est, *cap. quoniam contra, de probationibus.*

Sententia duplex est. Prior dicitur interlocutoria, quæ non terminat litem ipsam, seu quæstionem summam, sed tantummodo aliquid emergens, & incidens in causa, ut esset sententia super testibus examinandis, scripturis recipiendis, circa fructus, sequestrum, & similiter. Posterior nuncupatur diffinitiva, quæ legitime prolata totam quæstionem finit, *l. 1. ff. de re judicata*; & post ipsam finitur officium, & Jurisdictio Judicis, *cap. non solum de appellationib. in 6.*

Digitized by Google

Cum plures Judices in pari voto ſunt, tam pro reo, quam pro actore, obſervatur, ut ea ſententia obtineat, quæ pro reo fertur, *cap. fin. eod.* ubi tamen excipitur, ſi actor pro libertate agat, pro teſtamenti validitate, pro matrimonio, & demum pro dote; unde verſus apud Gloſſam in *cap. ex literis* 3. *probationibus.*

Stat teſtamentum, libertas, conjugium, dos,
Si ſunt æquales, qui producuntur utrinque.

Quod etiam procedit de Jure civili, *l. inter pares, ff. de re judic.* Sed apud nos non obſervatur, niſi in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ. Excipe tamen, niſi actoris cauſa ſit favorabilis, veluti libertatis, dotis, matrimonii, ut notat Lancellottus hic §. *ex facto.* Id intellige in Judicibus ordinariis: nam in delegatis, recurrendum eſt ad delegantem, qui ex bono, & æquo alteram ex ſententiis determinabit, *cap. ult. eod.* In Arbitris verò ſecus eſt, eo quod votum utrumque nullum erit, Gloſſ. hic.

In Antiocheno *can.* 14. ita habetur: Si quis Epiſcopus, de quibuſdam criminibus Judicetur, deinde contingat Epiſcopos Provinciæ de eo diffidere, illis quidem eum, de quo fertur ſententia, innocentem pronunciantibus, his verò reum: pro tota componenda controverſia, placuit Sanctæ Synodo, ut Epiſcopus Metropolitanus è vicina Provincia Judices alios convocet, qui controverſiam tollant, & quod cum Provinciæ Epiſcopis probatum fuerit, confirmet.

De Re Judicata.

UBi lata ſententia eſt, poteſt litigator, qui ſe læſum ſentit, intra decem dies ab eadem appellare vel

Digitized by Google

vel reclamare: quo tempore transacto, videtur litigator tacite saltem approbasse sententiam, quæ ea propter dicitur transire in rem Judicatam, & licet falsa, tamen pro vera habetur, sic ut mutet nigrum in album, *l. res judicata, ff. de reg. Juris, l. 1. §. ult. ff. de liber. agnosc.* Verum quandoque neque post dies decem sententia in rem Judicatam transit, cum scilicet animæ periculum immineat, ut matrimonio non legitime per sententiam dissoluto, cum deinde error sententiæ deprehenditur, conjuges iterum se jungere tenentur, *cap. lator de re judicata*, Canonistæ in *cap. inter Monasterium, eod.* Jas. *in l. admonendi, ff. de Iurejur.* Venusin. in *Speculo, in princ. 3. partis principalis Judicii.* In quibus tamen casibus post lapsos decem dies, sententia non revocatur per viam appellationis, sed solum per querelam, Abbas in *cap. consanguinei*, & *cap. ex parte, de restitutione spoliat.*

Verum res Judicata iis tantum præjudicium infert, contra quos fuit lata; nam regula est, ut res inter alios acta aliis non præjudicet, *cap. quamvis, eod.*

De Executione rei Judicatæ.

TIT. XVI.

POstquam sententia in rem judicatam transiit executioni mandanda est; quia parum est jura in Civitate, nisi sint Magistratus, per quos eadem exequantur, *l. 2. §. post. originem, ff. de orig. Juris.*

Et I. videamus, intra quod tempus executio facienda fit. In causa criminali sententiæ efecutio statim fit, *cap. præsenti de officio delegati, l. pen. C. de custodia eorum*, nisi forte a Principe irato sententia sit lata, quo casu Justi dies 30. reo damnato concedun-

tur

Digitized by Google

tur, ut interim Princeps linitus maturius deliberet. Ita Theodosius Imperator in *l.si vindicari*, *C.de pœnis*; quæ lex auctore D. Ambrosio ob stragem Thessalonicorum facta fuit, Sozomenus *7.hist.Eccl.*25. Vide Cujac. *5.obs.9.& 25.obs.32.* Idipsum est, si fœmina fuerit prægnans, ut in *can.cum apud 11.q.3.*

Sed si Judicium sit reale, statim etiam executio fit, *d.cap.quærenti*. Excipe si sententiæ nullitas statim probanda opponeretur, *Novell.reg.*206. nam si nullitas altiorem indaginem requirat, executio non differtur, nisi damnum irreparabile afferat, Bald.in *l.ab executione*, *C.quorum appellatione*, *num.* 7. Minadous *cons.* 20.*num.*5. Vide Menoch.*1.de arbitr.concl.*98.& Riccium hic.

Secus se res habet in actione personali, in quo nonnisi post quatuor mensium spatium sententia executioni demandatur; nisi quis debitum confessus sit, DD. in *l.si debitori*, *ff.de Judiciis*, & si contrarium videatur statutum in *l.certum*, *§.fin ff.de confessis*. Idem est, si reus esse suspectus de fuga, vel suspicio sit, ne fiat non solvendo, Abbas in *c.quoad consultationem*, *eod.* Ita quoque si litigatores sponte se post sententiam statim solvere se obligaverint, *§.licet.*

II. Videndum est a quo sit exequenda. Et quidem exequitur idem Judex, si sit ordinarius: sed si fuerit delegatus, cum iste post sententiam dicitur functus officio suo, *l.Judex*, *ff. de re judic.* ideo sententiæ executio ad ordinarium spectabit, Abb. in *cap. si quis contra Clericum*, *de foro competenti.*

Verum delegatus a S. Pontifice, vel a Principe plura singularia habet; nam potest mandare ordinario loci, ut suam sententiam exequatur; neque mirum, quia in causa sibi commissa delegatus major est omnibus post Principem, & Pontificem, *cap. studuisti*, & *cap.*

Digitized by Google

& *cap. fine, de officio delegati.* Immo si ordinarius nequeat, vel nolit exequi, ipse idem delegatus intra annum illam executioni demandare potest, *cap. significasti cit. tit.* qua de causa potest resistentes excommunicatione coercere, *d. cap. significasti.* & *cap. quæsitum*, sic etiam potest seculare brachium invocare, cum ipse nequeat ministros armatos secum habere, Abb. & Canonistæ in *citatis capitulis*.

III. Si sententiæ executio Judici committatur, & a victo objiciatur fraus, nempe in Judicio falsos fuisse testes, falsa instrumenta, tum super ea re non habet merus exequutor Jus cognoscendi, sed debet committenti deferre, *cap. de cætero, eod. l. sicut proponis, C. de executione rei judicatæ*. Sed si executio committatur cum aliqua cognitione, quo casu dicitur mistus executor, utique exceptiones graves, veluti nullitatis, admittere potest, *l. si non cognitio, l. si contra Jus, C. cit. tit.* Vide latius Riccium hic.

DE APPELLATIONIBUS.

TIT. XVII.

De Appellationis definitione.

ETsi variæ sint Appellationis significationes, tamen hic in specie accipitur, & est provocatio ad majorem Judicem ratione gravaminis illati, aut inferendi. Ita Lancellottus hic ex *can. placuit*, & *can. anteriorum 2. q. 6 l. 1. §. si quis. ff. eod. §. illo, auth. eod.* Alciatus ad hunc Decretalium titulum, & Cujacius ad eundem titulum Pandectarum. Ubi notandum quandoque etiam a gravamine inferendo appellari, ut ex *l. in multis*

Digitized by Google

multis, C. *eod.* Maranta *par.* 6. *rubr.* & *quando appellatur*, *num.* 4. quod intellige sub conditione si Judex in voto fuerit gravaminis inferendi, Decius in *cap. dilecto eod.* e. g. cum Judex comminatur se torturam irrogaturum, licet appellare; Carav. ad *Ritum* 259. *n.* 4.

Est remedium Juris, cujus auxilio is, cui sententia Judicis lata, aut ferenda non satisfacit, ex integro eandem causam agit apud majorem Judicem. Constat enim, non tantum a gravamine, vel injuria, quam quis patitur, sed etiam ab ea, quam prospicit, atque veretur, necdum sentit, & perfert, appellari posse, *cap.* 2. & 18. *de appellationibus*, *cap.* 6. *de dolo*, & *contumacia*. Idque primum constituit Concilium Mellevitanum in *can. si quis Judicem* 2. *q.* 6.

Hinc patet a Concilii legitime congregati sententia, ut quod superiorem Judicem non habet, appellari non posse. Et enm Cyrillus Hierosolymorum Episcopus a Synodo Seleuciensi depositus ad majus Judicium provocasset, ideſt, opinor, ad Constantium Imperatorem, contra Canones feciſſe dicitur a Socrate 2. *H. Eccl.* 40. qui tamen, cum addit, id solum ac omnium primum feciſſe Cyrillum, utique non meminit; Donatistas multo ante a Concilio Arelatensi damnatos, ad Imperatorem Constantinum provocasse, D. Augustin. *epist.* 162. Valesius *de schismate Donatistarum*, *cap.* 7. & 8. Etsi Optatus Melevitanus Episcopus in libris adversus Parmenianum a Concilii Romani sententia, appellationem interposuisse scribat. Illud constat, Constantinum de ea appellatione ita scripsisse ad Patres Concilii: *O rabida furoris audacia! sicut in causis Gentilium solet, appellationem interposuerunt.* Priscillianus Synodo Burdegalensi damnatus, ad Maximum Tyrannum provocavit, Jussu tamen ejus gladio est damnatus, Sulpicius *lib.* 2. *hist.* Prosper in *Chronico*.

Ve-

Digitized by Google

Verum quando Judex majorem non habet, tunc ad eundem appellatur, quod tamen in ſpecie reclamatio nuncupatur: ut apud nos uſu evenit in ſententiis S.C. quæ Principis nomine fiunt: quæ tamen reclamatio in quantum ad ſententiam ſuſpendendam, vim appellationis habet, *l.2.ff.de ſententiis Præfecti Prætorio*, Afflict. *dec.* 132.& 231. Ita quoque relatio ſententiam ſuſpendit, Afflict. idem *dec.* 28. & 47. Eſt autem relatio, cum Judex in cauſis dubiis, vel magni momenti, ſeu majoribus conſulit, *cap.majores, de baptiſmo.cap.*3. *cum ſeqq.eod.*

De Appellationis definitione.

JUre Canonico appellationum duæ ſunt ſpecies, Judicialis,& Extrajudicialis, etſi de Jure civili prior tantum illa ſit cognita, *cap.*5.& 12.*eodem.*

Extrajudicialis eſt, quæ proponitur pro gravamine illato, vel inferendo ante litis ingreſſum, ut ſæpe accidit in electionibus, poſtulationibus, proviſionibus, aliiſque actibus extra Judicium factis, vel faciendis, unde gravamen inferatur: ut ſi quis ſit ad dignitatem electus, quam ad nos ſpectare credimus. Ubi illud ſpeciale eſt, quod geſta appellatione extrajudiciali pendente, non ſunt nulla, tanquam attentata. Abbas in *cap.bonæ, eod.* Decius *notab. ult.hoc tit.num.*34. & *ſeq.* niſi vero quid geſtum ſit contra ipſam appellationem, quod utique attentatum diceretur, Francus *cap.*1.*ſub num.*4.*eod.*

Judicialis eſt, quæ poſt litis ingreſſum proponitur ab ipſius Judicii actibus. Et hæc iterum duplex eſt; nam alia fit a ſententia diffinitiva, vel ab ea, quæ vim diffinitivæ habet: alia ab interlocutoria. Harum omnium differentiæ mox patebunt.

De

Digitized by Google

De Temporibus appellationum.

APpellationum tempora tria facit Gregorius Tolosanus in *syntag. Juris, hoc tit.* Primum est decem dierum a die notificatæ sententiæ, intra quos appellatio ad Judicem superiorem fieri debet, *auth. sed hodie, C. eod.* Quod verum est, etiamsi sententia fuerit conditionalis; licet enim pendente conditione nihil possit ex Judicato agi, valida tamen sententia est, sic, ut ab ea ante conditionis eventum appellari oporteat, *l.* 1. §. *biduum*, ubi Gloss. *ff. quando appellandum sit.*

II. Est petendi apostolos. Sunt vero apostoli literæ dimissoriæ, quas Judex mittit ad superiorem, & in quibus testatur appellationi esse deferendum, & a sua Jurisdictione dimittere appellantem: quare appellans debet omnia acta ad Judicem superiorē deferre. *l. dimissoriæ ff. de verb. signif, l. Judici b. C. eod.* Hoc tempus est 30. dierum, qui computantur a die interpositæ appellationis secundum Hostiensem: sed Joan. Andreas eosdem numerat a die sententiæ denunciatæ, cum scilicet tempus ipsum appellationis incipit, *l.* 1. *C. de temporib. appellation.* Maranta *par.* 6. *eod. num.* 220. Quo tempore effluxo, gravatus censetur appellationi renunciasse, quæ eapropter dicetur deserta, *cap. ab eo, tit. eod. in* 6. Nisi tamen Judex inferior interpellatus, apostolos dare distulerit, ob quam causam arbitrarie mulctabitur, *l. Judicib. C. eod. Clem.* 2. §. *quod si Judex, eod.* Appellatione deserta Judex superior cessat, non secus ac si appellatum non esset, & proinde inferior Judex suam sententiam exequetur, Riccius *coll.* 666. Fach. 1. *contr.* 79.

In Regno gravatus debet infra 50. dies omnia ista peragere, nempe præsentare appellationem, processum

Digitized by Google

ſum, & apoſtolos Judici ſuperiori, ſive ad quem, & ab eo congruum reſponſum habere, *Conſt. appellationum tempora*, Caravita ad *Ritum* 260. Et currunt ab appellatione interpoſita, Maranta *loc. cit. art.* 2.

III. Tempus eſt fatalium, intra quæ gravatus coram Superiore proſequi gravamen debet, ne ſententia iterum dicatur deſerta. Primum fatale eſt unius anni, qui initur a diæ interpoſitæ appellationis in gravamine illato: vel a die ipſo gravaminis, ſi ab inferendo ſit appellatum. *Clem.* 3. *eod.* Quod ſi juſta impedimenti cauſa adfuerit, alter annus conceditur, qui ſecundum fatale dicitur, *can. ei qui* 2. *q.* 6. *cap. cum ſit*, *eod.* His annis dilapſis, tertium fatale non conceditur ad appellationem proſequendam niſi magna ſubſit cauſa, præſtito etiam Jurejurando, quo dicat bono ſe animo ita feciſſe, refectis inſuper impenſis, & damnis, Canon. in *cap. ex ratione*, *eod.* Theſ. *dec.* 244. Hæc fatalia, apud nos locum habere patet ex *prag.* 1. *eod.* & ex Franchis *dec.* 646.

De Differentiis appellationum.

I. APpellatio a ſententia diffinitiva ſtatim atque fit, ita ligat manus Judicis a quo, ut nequeat amplius, quidquam in cauſa innovare, aliter innovata omnia per Judicem ad quem revocabuntur, *cap. non ſolum eod. in* 6. *l.* 1. *ff. nihil innovari*, quibus in locis DD. & Canoniſtæ nonnullas hujus regulæ reſtrictiones tradunt. At in appellatione a ſententia interlocutoria ſecus eſt, quoties gravamen illatum poteſt reparari per appellationem a diffinitiva, quo caſu non ligatur manus Judicis inferioris, donec fuerit inhibitus per ſuperiorem, *d. cap. non ſolum*.

Verum ex nova conſtitutione Tridentini *ſeſſ.* 13. *cap.* 1.

Digitized by Google

cap.1.de reform. ſtatutum eſt, ab interlocutoria tunc tantum poſſe appellari, cum continet gravamen irreparabile, quod per diffinitivam ſententiam nequeat reſtaurari, vel non ſine difficultate reſtauraretur, vel in totum, vel ex aliqua parte. Item, quando interlocutoria vim habet diffinitivæ, ut accidit in cauſis præjudicialibus, injuſta conjectione in vincula, tortura, excommuuicatione, ſuſpentione, interdicto: vel tãdem ex decretis, quibus aut articulus injuſtus admittatur, vel denegetur copia actorum, ut ex Sacra Congregatione ad citatum Tridentinum, atque ex aliis docet Riccius *reſol.*403. *cum duabus ſeqq.*

II. Appellatio a diffinitiva ſtatim abſque eo, quod gravaminis cauſa exprimatur, etiam oretenus fieri poteſt ſolo verbo appello, *l.1.§.ult.l.2.& 6.§. ult. ff.eod.*Gl.in *eap.quoad conſultationem, v.non exprimens de ſententiis* Lancellottus in §. *multum intereſt cum ſeqq.* Quod eſt verum, modo ab actuario in ſcriptum redigatur, & Judex ſedem Tribunalis non reliquerit, aliter ſemper ſcriptum exigitur, quod actuario, abſque Judicis præſentia, offerri poteſt, Maranta *loc.cit. a num.*134. Excipe, niſi appelletur a correctione ab Epiſcopo facta, vel ab executione ſententiæ, vel cum appelletur in cauſa commiſſa cum clauſula, appellatione remota, vel ſi appelletur a tertio, cujus intereſt, in quibus caſibus injuſtitiæ cauſa exprimẽda eſt, Frãcus in *d.cap.1.eod.in 6.*& in *cap.Romana* per illũ textum. Cæterum in appellatione ab interlocutoria ſemper ſcriptura exigitur! addita gravaminis cauſa, coram ipſo Judice a quo, *cap.ut debitus eod.d.cap.1.eod.* Muſcatellus *par.1.gl.ſententia, a num.*50.

Quamvis verum ſit, appellationem ad proximum, & immediatum Superiorem fieri debere, hec licitam eſſe eam, quæ fit, omiſſo medio, ut loquuntur; huic tamen

Digitized by Google

men regulæ præstantia S.P.qui caput Ecclesiæ est, derogat, ad quem oppressi omnes appellando recurrere possunt, neglecto proprio Episcopo, vel etiam Metropolita, quos fortasse pro non æquis sibi Judicibus habeat. Quod constituit Zephyrinus in *can. ad Romanam* 2.*q.*6. Non dissimili Jure usi olim in Oriente sunt Episcopi Constantinopolitani ex *can.*9.& 17.Synodi Calchedonensis, ubi Clericus, qui controversiam habet cum Provinciæ Metropolitano, potest neglecto Exarcho Diœceseos, sedem Constantinopolitam petere. Quos canones Nilus de appellatione intelligit; verius tamen videtur loqui de Judicis optione. Vide Sirmondum in 2. *propemptici* 3.

Si omnes Judices unam consentientem adversus aliquem sententiam tulerint, huic omnis provocatio denegatur: sed Judicum firma sententia manet. In Antiocheno *can.*15.

Superior, ad quem appellatur, potest causam remittere, & delegare, alii non etiam eidem Judici, juxta morem Judiciorum, ut ad eum, a quo de Jure appellatum est, causa non recurrat, *l.eos C.de appellationib. cap.exhibita, cap.accepta, de Judiciis, cap.*2.*de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, can.placuit* 2. *quæst.*6. In Africa tempore D.Cypriani quidam Synodorum Judicio damnati Romam ad Cornelium sedentem anno 251. ejusque successorem Stephanum, ut sententia retracteretur, porrexerunt.

Sed de hac re questus est D.Cyprian.*epist.*55.& 68. statutum esse dicens, ut causa illic judicetur, ubi crimen est admissum.

Respondetur, hanc regulam ipsos Summos Pontifices statuisse, adjecta clausula, salvo Apostolicæ Sedis privilegio. Et recte; nam si S. Pontifex Jus pascendi, & curam habet ovium, ipse etiam providere de-

Digitized by Google

bet,& efficere,ne opprimantur: quod utique efficere, non potest, nisi auctoritate sit munitus eas recipiendi, quando ad eum confugiunt. Vide latius Joann. Rouſtel in *hist.Jurisd.Pontif.lib.4.cap.8.*

Item ait Socrates simpliciter, Cyrillum primum omnium a Concilii sententia appellasse, sed primum id fecisse contra Canones. Tempore enim Constantini M. sub quo Donatistæ a Concilio Arelatensi provocaverunt, non erat dum casus Canonistæ. Nam in Concilio Constantinopolitano sub Theodosio M. seniore statutum est in *can. 6.* a Concilio Diœceseos, quod scilicet a Patriarcha coadunatum est,non posse ad Imperatorem, vel Synodum Æcumenicam provocari.

Hinc factum deinde est,ne a sententia Patriarchæ, &si extra Synodum prolata, liceat provocare, Justinian.*Nov.123.cap.22.l.29. C.de Episc. aud.* Imp. Leo, & Constantinus in *Eclog. legum,tit.10.cap. 6.* Photius etiam in *Nomocanone,lib.9.cap.5.a Patriarcharum sententia non appellatur,* Justellus ad C. *Canonum Ecclesiæ Africanæ,can.18.*

De Restitutione in integrum.

TIT. ULTIM.

SOlet quandoque evenire,ut quidam excluſi ab appellatione ob transactos jam dies justos, possint tamen obtinere causam retractari, petendo in integrum restitutionem,ex qua executio sententiæ impeditur, nisi petatur post tres conformes sententias,quo casu ptæstita ab adversario cautione de restituendo, fit executio. Vide Guidonem Papam *dec.142.150.* Capycii *dec.53.*alioſque. Est etiam restitutio in integrum

Digitized by Google

grum Prioris ſtatus, vel Juris reintegratio, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minoribus*.

Hæc reſtitutio conceditur minoribus læſis, qui facile poſſint adverſarii dolo capi; & eorum exemplo impartitur etiam Eccleſiis, quæ tam in contractibus, quam Judiciis minoris Jure utitur, præſertim ſi ob negligentiam Procuratoris dicantur læſæ, *cap. 1. & 3. eod.* ubi Abbas, Bald. *conſ. 467. vol. 1.* Joann. Andr. ad *cap. 2. eod. tit in 6.* Gaudent etiam hoc Jure Civitates, *l. 4. C. ex quibus cauſis majores*.

Itaque Eccleſia non ſolum a ſententia reſtituitur, ſed etiam a contractu, vel confeſſione, vel probationis omiſſione, vel temporis fluxu, *d. cap. 1. & 2. eod. in 6.* Quod locum habet non modo adverſus privatas perſonas, ſed etiam contra aliam Eccleſiam, *cap. auditis, eod.* nam privilegia invicem deſtruuntur, *l. ſed & milites, ff. de excuſationib. tutorum*.

Verum hæc reſtitutio elapſo quadriennii ſpatio amplius peti non poteſt *l. fin. C. de tempore in integrum reſtit. petendæ, Clem. 1. eod.* Et currit ad die læſionis, cõpleta tamen minori ætate Bald. & DD. in *d. l. fin.* Quod verum eſt, modo minori, vel Eccleſiaſtico, aliiſque ſimilibus perſonis læſio innotuerit. Itaque tempus hoc a principio eſt utile, licet deinde fiat continuum, Girard. *ſing. 18.* Sic ergo elapſo hoc ſpatio Eccleſia non reſtituitur, niſi advocati prævaricatio probetur, qui colludens cum adverſario victore, reſtitutionem non petiit, vel alia juſta cauſa adducatur, veluti ſi frequentes Prælatorum mutationes paſſa ſit, & inde reſtitutio non potuerit proponi, quod arbitrio Judicis remittendum eſt, ut ex Peruſino docet hic Gloſſ. §. *ſed ſive*.

In una, eademque cauſa, reſtitutio non conceditur, niſi ſemel iterumque, *l. ſi poſt ſententiam, C. ſi ſæpe in-*

Digitized by Google

integr. l. ſed ſine §. reſtituitur, ff. de minorib. Idque apud nos dicitur primum, & ſecundum beneficium, quæ ſi Judex deneget, ubi de Jure competunt, locum habet appellatio, Bald. *d. l. ſi poſt*, Iſer. in *conſt. obſcuritatem.* Hæc beneficia cum conceduntur, non ſolum cedunt in utilitatem minoris, vel Eccleſiæ petentis, ſed etiam adverſarii: quare dicuntur communia; & licet in ipſis articulos facere, & proponere, qui ſint de directo contrarii prioribus, Afflict. *dec.* 89.

Demum in integrum reſtitutio poteſt peti coram Judice ordinario, vel etiam delegato, cum id ei ſpecialiter demandatum eſt, vel commiſſo ei negotio, hujuſmodi quæſtio incidenter contingat, ut hic notat Gloſſa. Atque hæc pro explanatione tertii Inſtitutionum Canonicarum libri dixiſſe ſit ſatis.

FINIS LIBRI III.

Digitized by Google

DO-

DOMINICI AULISII

J. C. CLARISSIMI,

Ad Librum IV. Institutionum Canonicarum,

COMMENTARII.

De Accusationibus, Denunciationibus, & Inquisitionibus.

TIT. I.



Udicia in duas omnino species dividuntur, cum alia sint civilia, alia criminalia; & quorum de illis hactenus visum est, illud supereſt, ut de istis agamus, & distant. I. Ingressu, quia Criminalia instituuntur per Accusationem, Denunciationem, & Inquisitionem, quorum nihil locum habet in Civilibus, ubi tantum sit libelli oblatio. II. Quod in civilibus actor solum petit quod sibi dari, vel fieri, ut privatæ personæ Jus resarciatur: secus atque in criminibus, ubi præter Jus læsum privatæ personæ, exigitur etiam, ut publicæ Justitiæ resarciatur, D. Th. 2. 2. *qu.* 66. Inde fit, ut III. distent exitu, quia in civi-

Digitized by Google

libus ſententia tendit ad declarandum debitum: in criminalibus ad declarandam pœnam, puniendo reum vel in anima per excommunicationem, vel in corpore, e. g. per mortem, vel tandem in ære, quod perſolvatur non accuſatori, ſed fiſco, vel Cameræ, ve Epiſcopo, Abbas de Judiis & alii in Gloſ. *l. 2. in princ. v. centum, ff. de ſepulchro violato*; nam ſi pœna pecuniaria deferretur actori, Judicium diceretur civile, Jaſ. in §. *actio, n. 14. Inſtitut. civilib. de actionibus*. His poſitis ſit.

De Accuſatione.

ACcuſatio, quæ vulgo querela dicitur, eſt delatio rei de crimine in libello ad vindictam, Hoſtienſ. & Azo *Summa tit. eod.* aliique apud Clarum *5. ſent. crimin. §. ult. q. 12.*

Dicitur Delatio rei, ubi notandum, quod olim de Jure Romano Reus præ omnibus in Jus ab actore vocabatur, qui non proferebat rei nomen, ſed tantum crimen, ut ex Plinii epiſtolis patet: tum poſtulabatur, utrum liceret, an non nomen deferre; & Judice aſſentiente, deferebatur nomen, ac deinde citabatur reus, quo comparente, accuſator coram Judice dicebat, Ajo te reum criminis: itaut reo annuente, vel tacente, tanquam confeſſus inter reos innumerabatur: ſed eo negante, Judex præ cauſæ meritis, vel demeritis, jubebat nomen ſcribi, vel non ſcribi inter reos, ſtatuto etiam tempore, intra quod Judicio ſe ſiſtere uterque deberet, ut notat Carolus Sigonius in *tract. de Judiciis Romanorum*. Quare diſtinguebatur inter reum delatum, poſtulatum, ac nominatum. Verum hodie mutata antiqua Judiciorum forma ex *l. libellorum ff. de accuſationibus*, idem eſt reus delatus, atque accuſatus, accuſare, & deferre, ut notat Gloſſ. in

Digitized by Google

in *l. mulier*, *ff. cit. tit.* & in *l. cum accusatorib. C. de his qui accusare*. Eapropter recte Accusatio definitur per delationem rei, ut hic fit ab Azone.

Dicitur in libello, eo quod accusatio in scriptis proponi debet, cum qualitatibus criminis, personarum, loci, & temporis, obligando se ad talionem, *can. qui crimen 2. qu. ult.* Quod tamen non est in omni crimine necessarium; nam in notoriis id non requiritur, sicuti nec accusatio, *cap evidentia, de accusationib.* ita nec in crimine levi, *l. levia ff. eod.*

Dicitur ad vindictam, nempe publicam; nam ex duplici capite delicta puniuntur. I. ut delictum sicut patratur cum voluptate, ita purgetur cum dolore: eo quod contraria contrariis purgantur. II. ad exemplum aliorum, ut scilicet alii territi delinquentis punitione, in posterum a delictis abstineant; quare Seneca in *in libris de ira* recte dicebat: *Nemo sapiens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur.*

Itaque duplex ex quocumque delicto offensa oritur, Partis, & Reipublicæ: Et ideo adhuc Parte remittente Judex poterit vindicare. Quare non dicitur, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur, *l. viro 40. ff. sol. matr.* intelligitur, inquantum, ad ipsas Partes, secus inquantum ad Rempublicam, quia crimina non remissione, sed innocentia purgantur, *l. is qui rem, ff. de publ. judic. l. 2. §. qui hoc dicit. l. si uxor, §. Judex, ff. ad l. Jul. de adult.* Inde ex crimine duplex oriri potest Judicium, Civile ad rem ipsam, sive estimationem consequendam, & Criminalem respiciens vindictam, *l. fin. ff de privatis delictis, l. fin. ff. de furtis, l. qui hoc nomine, ff. ad l. Corne l. de falsis, l. un. C. quando civilis actio, l. super his, de accusationib.* Asinius in *praxi in princ. cap. 5. & 6.*

Pœna itaque talionis est inventa ad coercendam calu-

Digitized by Google

calumniam, utſi accuſator objectum crimen non probaverit, obliget ſe ad ſubeundam eam pœnam, quam reus ſubſtinere debebat, *can.1.cum duob. ſeqq. 2.qu.3.* Concilium Conſtantinopolitanum *can. 6.* ubi tamen quis accuſat ad Synodum Diœceſeos ab Exarcho convocatum, & talio ibi, *par periculum* dicitur: ſtatutum eſt a Deo 19. *Deuteronomii ſub finem*, & obſervari in Regno Concincinæ tradit Boreus e Societate Jeſu. Vide Covarr. 2. *var.* 9. Alciatum 9. *parerg.* 8.

Verum quoniam ſæpe accidit, ut accuſatores retrahantur a criminis accuſatione ob talionis timorem, ideo ex generali conſuetudine Tribunalium, id amplius in uſu non eſt, ut teſtatur Gaudinus in *tract de maleficiis, rubr. de filiofam.* Carav. ad *Ritum* 109. *nu.* 3. *cum ſeq.* & ſolum accuſator, inſtante reo, cautionem præſtare tenetur de expenſis caſu, quo ſuccumbat, idem Carav. ad *Ritum* 194. & 200.

Cum in accuſatione delictum eſt probatum ſemiplene, veluti per unum teſtem, tunc poteſt Judex examinare reum, eumque interrogare, & procedere ad torturam, Megala in *prax. crim. can. cap.* 10. ubi vero reus confeſſus eſt, dicitur crimen plene probatum, & proceditur ad condemnationem. Quod ſi crimen plene ſit probatum per duos ſaltem teſtes majores, & fide dignos, non opus eſt, ut confeſſio exprimatur a reo per torturam: ſed tanquam convictus poteſt condemnari. Quo tamen caſu ſolet reus quæſtionibus ſubjici, ut exprimat ſocios criminis, & fautores. Idem *loc. cit.*

De Denunciatione.

DEnunciatio eſt quidem delatio criminis, ſed non ſolemnis, cum in ea tantum exigatur inſcriptio, ut

Digitized by Google

ut Lancellottus hic notat Canoniſtæ in *cap.novit. de Judiciis*. Et duplex eſt, extrajudicialis, quæ fit ad ſolam denunciati correctionem, *cap. ſuper his, eod.* & Judicialis, quæ non modo emendationem reſpicit, ſed etiam denunciati pœnam, ad vindictam publicam, Canoniſtæ in *d.cap.novit.* Vide Bonac. *tom.2.diſp.10.quæſt.2.punct.5.*

Judicialis item dividitur in publicam, & privatam. Publica eſt, cum Epiſcopus in Synodo Provinciali Miniſtrum, ſeu Officialem conſtituit, ut crimina, quæ in Diœceſi fiunt, perſcrutentur, eaque in ſequentis anni Synodo denunciet, ut queant emendari, & puniri, *5.cap.ſicut olim, eod.can.Epiſcopus 35.qu.6.* Privata eſt, cum quis ob alterius peccatum læſus, vetuti perjurium, vel violatam pacem, illum prius juxta Evangelii præceptum monet, ut a malo redeat ad virtutem, ac tandem, eo non deſiſtente, Prælato denunciat, *d.cap.noviter.*

Ad accuſandum non admittuntur omnes indiſtincte. Nam I. repelluntur infames, ſicut etiam filius, qui patrem accuſare nequit, *l.hi tamen, ff. de accuſationib.l.fin.C.qui accuſare non poſſ.* Sic etiam libertus accuſare patronum prohibetur, *cap.cum Petro de accuſat.* Verum ſi iſti accuſent, Judex licet eorum accuſationem non recipiat, tam procedit per viam inquiſitionis contra delinquentes, *l.non ſolum.§.neceſſitate, C.de bon.quæ lib.* Farinac. *de accuſ.qu.12.*

Ita neque Clericus ad accuſandum admittitur, niſi cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis, *cap.2. cap. poſtulaſti, de homic.can.Sacerdotum 2.q.1.*

Pariter inimicus ad accuſandum non admittitur, cum ſcilicet inimicitia capitalis eſt, *cap. cum oporteat.* ubi Barb. *hoc tit. l.ſi quis teſtium C. eod.* Maſ. card. *concl. 857.num.55.* & *ſeq.* Imo inimicus recon-

Digitized by Google ci-

ciliatus ab accusando repellitur, *can. accusator. 3. q. 5.* Rom. *sing.* 319. Clar. in *§. fin. qu.* 24. nisi forte causa inimicittæ extinta sit, & amicitia longo tempore confirmata. Gloss. in *cap.* 32. *de simonia v. inimicitias.* At Inimicus etiam præsumitur, qui cum inimico meo versatur, Menoch. 5. *de præsumpt. q.* 43.

Fœmina etiam accusare prohibetur, nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur, DD. in *l. qui accusare ff. de accusat. & in l. de crimine C. qui accusare non possunt.* Admittitur etiam in crimine sacrilegii, *l. si quis in hoc C. de Ep., & Cler. can. in primis 2. q. 1.*

Præterea accusatus de crimine, interim pendente accusatione alium accusare non potest *argum. ex cap. fin. de testib. can. super prudentia 12. q. 2. l. qui cum mater, §. 1. ff. de bonis libertor.* late Decianus in *tract. criminali l. 3. c. 23. par. 1. a num. 1.* Farinacius in *praxi, tit. de inquisit. q. 12. n. 37.* Statutum id est in Concilio Constantinopolitano, *can. 6. Similiter autem & qui accusati sunt, ne prius ad Episcopi aliorumve Clericorum accusationem admittantur, quam se obiectorum sibi criminum insontes ostenderint.*

Extrajudicialis multiplex est. Evangelica, quoties quis alterum privatim monet, ut a malo deflectat ad bonum: & hæc solet judicialem denunciationem præcedere, ut jam diximus, *can. si peccaverit 2. quæst. 1.*

Canonica seu Regularis est, cum quis excommunicationis metu, quid Ecclesiastico superiori revelat, uti est de impedimentis futuri matrimonii, ad quæ denuncianda quisque per publicationes Parochi citatur, *cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum.* Canonica etiam dicitur, quæ a Religiosis fit, ut vel Religiosus alter, sive Abbas ipse corrigatur, *cap. causa quæ, de statu Monachorum, cap. ult. de regularibus, cap. reprehensibilis de accusationib.* Ita quoque est

Digitized by Google

cum

cum Archipresbyteri, vel Archidiaconi Clericos ex officio monent, ut recte Ecclesiæ, & Divinis Ministeriis inserviant, Goffredus in *summa hujus tit.* Canonica etiam est, cum Confessarius sollicitans ad actus impudicos, tanquam de hæresi suspectus, denunciandus est Tribunali S.Officii, ex Bullis Pii V. & Pauli V.& Gregor.XV.Quod verum est etiam, si confessarius oculis, tactu, aut aliis signis pœnitentem ad libidinem invitet; id enim etiam sollicitare est, Bonac.*disp.5.de denunciat.punct.3.*

De Inquisitione.

HÆc est Judicialis inquisitio criminum, Canonistæ in *cap. qualiter & quando, & cap.inquisitioni, eod.*Et triplex est, Generalis Specialis,& Mista, Bonac. *to.1.tit.de onere denunciat.quæst.6.propos.* 1. Generalis est,cum Judex ex officio de delictis in genere inquirit, veluti si Præses, aut Episcopus, ut pacatam, & quietam Provinciam, seu Diœcesim habeat, generatim de latronibus, & sacrilegiis inquirit, *cap.1. de officio ordinarii, l.congruit,ff. de officio Præsidis.*

Specialis est, cum de particulari homine quæritur particulare delictum, ut si inquiratur, an Sejusneci Cajum tradiderit.

Mista ex utraque constat, & duplici modo fit. I. cum de persona in communi quæritur speciale crimen: ita est si ob repertum cadaver, inquiratur de occisore. II. cum de speciali persona quæruntur crimina in communi, veluti cum agitur de Titio ad dignitates promovendo inquiritur an flagitia aliqua commiserit,an è diverso sit homo annoxius,*cap.cum nobis, cap.per venerabilem, de elect. can.4.dist.28.*

Digitized by Google Sed

Sed hic plura notanda sunt. I. generalem inquisitionem fieri a Judice posse non solum sine accusatione, sed etiam sine præcedentibus; quo casu dicetur procedere ex officio nobili, seu independenti, ut Pacius vocat, Tiraqu. *de pœnis temperandis, cauſ. 52. num. 3.* Illud verum est, quod si facta generali inquisitione reperta fuerint indicia criminum contra certam personam, licitum fiet Judici a generali ad specialem discendere.

II. Hinc fieri, ut generalis inquisitio sæpe viam struat, seu, ut dicitur, sit præparatoria ad specialem: quocirca testes in generali recepti, quicunque sint operari nequeunt, ut inquisitus, tanquam convictus, queat condemnari: nam opus deinde est, ut in speciali detur inquisito exemplar depositionum testium, cum eorumdem nominibus, qui etiam citata parte repeti debent, concesso insuper termino ad defendendum: & ut verbo dicam, omnia quæcumque Judicii ordinarii sunt, serventur, Canonistæ cum Abbate in *d. cap. qualiter, & quando, de Judiciis*, Bartolus, & Alexander in *l. 2. §. ſi publico ff. ad l. Jul. de adulter.*

Secus est in speciali, in qua criminis diffamatio exigitur, vel indicia, aut semiplena probatio *cap. qualiter, & quando de Judiciis cap. inquisitiones, eod.* Unde Jo: 8. Dominus mulieri adulteræ dixit; *Ubi sunt, qui accusant?* Eaque respondente, *Nemo Domine*, Christus replicavit, *Neque ego te condennabo*, Bonac. *loc. cit* Afflict. in *constitut. hi, per inquisitionem, num. 3.*

Sed mista vestigia generalis sequitur, cum absque diffamatione fiat, præsertim ubi agitur de quovis ad prælaturam promovendo, *cap. cum nobis de elect.*

Hinc patet quod accusatione abolita, hoc est accusatore amplius non istante Judex potest ex officio in-

Digitized by Google

inquirere, Clarus in *praxi criminali §.ul.q.*3.Menoch. 100.*conſ.* Apud nosM.C.in accuſantis locum ſupponit Scribam, vel Actuarium Fiſcalem, qui de delicto informationes capiat nam licet accuſator ceſſet inquantum ad reſarciendum Jus privatæ perſonæ,non tamen ceſſat præſumptio, & indicium, inquantum ad reſarciendum Jus publicæ Juſtitiæ

De Duplici purgatione.

TIT. II.

SÆpe accidit,ut accuſatus,neq;Teſtibus, neq;propria confeſſione convictus,nequeat condemnari, quia tamen delicti nota adhuc reliqua eſt ex indiciis, aut conjecturis, & præſumptionibus, ideo ipſe debet ab ea nota ſe expurgare,ſuamque innocentiam palam oſtendere.Hinc purgatio definitur a Lancellotto hic: Eſt demonſtratio innocentiæ ſuper objecto crimine, ſed clarius, & plenius ita ab aliis definitur: Eſt innocentiæ oſtenſio propter crimen objectum, nec plene probatum, Canoniſtæ in *cap.*1.& 4. *de purgatione Canonica*, ex *l.is,qui accuſet, ff.de publ.Judiciis*, & *l. ult.ff.de acq.rer.dom,*

Hæc purgatio olim duplex erat, Vulgaris, & Canonica. Vulgaris fiebat, cum quis aliquo crimine notatus, duellum cum adverſario inibat, ſicut, qui inde evaſiſſet, pro innocente haberetur, *cap.*2. *de purgatione vulgari*. Quandoque fiebat innoxia pertractatione ferri candentis, *Can.Mennam* 2.*q.*5.Cujus purgationis ritum ita narrat Pachymeres in *Palæologo lib.*1. *cap.* 12. Qui ſe ad illam offerebat, triduo prius Jejunio,& oratione ſe expiabat: cuſtoditus interim,& manu velo obvoluta, cui ſigillum regium eſſet

Digitized by Google

esset impressum, ne quis eam unctionibus adversus ignis sensum, & vim muniret. Tum perductus in medium audacter arripiebat ferrum ignitum, idque nuda manu, & illud per tria conclavis spatia portabat. Quosdam integros, illesosque Niceæ evasisse, se teste, refert idem Pachymeres. Apud Cantacuzenum *lib.* 3. Mulier adulterii rea, sed pœnitens, sic se innocentem viro probavit. Cæterum antequam ferrum vi arriperent, orationem quandam solemnem proferebant, quam vide in formulis Marculfi. Vide etiam Cujac. ad *lib.* 1. *feud. tit.* 1. §. *si autem contra.* Sed cum per hanc purgationem videatur Deus tentari ad miracula facienda, quod plerumque non licet, ideo prohibita est legibus Canonicis in *tit. de purgatione vulgari*: immo etiam legibus Principium laicorum, ut est apud Petrum Pollinum ad *cit. Pachymerem.* In lege veteri adulteræ deprehendebantur potione aquæ amarissimæ. Hæc erat aqua Sancta ex labro Templi, quod dicebatur mare, urceo hausta, sparsa pulvere tabernaculi, & in qua deradebantur maledictiones a Sacerdote contra adulteras in scheda scriptæ. Hujus aquæ potu adulteræ Dei Jussu putrescebat femur, & tumens uterus disrumpebatur. *Num. 5. vers.* 14. Hujus exemplo videtur introducta purgatio ferri candentis, quæ tamen cum a Deo introducta non sit, merito reprobatur.

Purgatio Canonica est, cum reus crimine notatus Sacrosanct. Evangeliis tactis jurat, se esse innocentem quod etiã jurant alii ab ipso reo producti, qui eapropter compurgatores nuncupantur, quorum numerus arbitrio Judicis remittitur, Gl. in *c.* 1. & *c.* 10. *de purgatione Canonica.* Ita D. Gregorius purgationem indixit Leoni, Mennæ, & Maximo Episcopis, *can. habet, can. Mennam, cum seq.* 2. *qu.* 5. Ita Sixtus III. Pontifex injus-

te

Digitized by Google

ſte a Baſſo reprehenſus, ſe ipſum ſponte purgavit in Concilio per Valentinianum congregato, *can. mandaſtis 2. qu. 5.* Leo etiam III. coram Carolo M. ſponte objecta crimina Jurejurando diluit Anaſtaſius in Leone III. & de eo accipiendus eſt *text.* in *can. auditum 2. q. 5.* Id etiam ſervatur in laicis apud S. Officium inquiſitis, Clarus *ſent. crim. §. ult. qu. 63.* In Regno apud Judices ſeculares non obſervatur: ſi nam indicia non adſint ad torturam, reus citatur ſolum ad deponendum cum Juramento, in quo ſi nihil contra eum reperiatur abſolutus abit.

Verum quoniam inter purgationes vulgares recenſetur duellum, ideo de illo hic nonnulla afferre, abs re non erit. Sit ergo.

De Duello.

DUellum definitur, ut ſit ſingulare duorum certamen, ex condicto ſuſceptum. Communiter DD. exigit itaque ut ſingulare certamen ſit, ad diſcrimen belli publici, quod ſi juſtum fuerit, eſt legibus permiſſum: quocirca duellum græce dicitur Monomachia; cum ſit unius ſolius cum altero certamen. Sed ſi plures ex una parte, totidemque ex altera pugnent ex condicto, adhuc duellum erit, præſertim cum hoc etiam caſu ſinguli ſingulis congrediantur, Bonac. *de excommun. diſp. 2. qu. 6. punct. 1. ad finem.* Exigit adhuc, ut ſuſpiciatur ex condicto, hoc eſt, ſtatuto loco, & tempore ad excludendam rixam, in qua nunquam ſtricte adeſt temporis, & locus ſtatutum.

Duellum ſevere legibus præcipue Canonicis plectitur; nam excommunicationi ſubjiciuntur non modo duellantes ipſi, verum etiam patrini nuncii data opera ſpectantes, qui campum concedunt, ac tandem qui-

Digitized by Google

quicumque cooperantur, vel favent. Vide Trident. *sess.25. cap. 19.* Quæ pœnæ locum habent etiam in duellis minus solemnibus, ubi patrini non intercedunt, ex Gregorio XIII. in *Constitut. ad tollendum*, & Clemente VIII. in *Constitut. illius vices*.

Quæritur hic, an duellum quandoque sit licitum? Pro cujus rei intelligentia recolendum est, Archelaum Socratis Magistrum fuisse opinatum justum, & turpe non natura constare, sed lege, ut Laertius refert; id tamen rejicitur passim a DD. qui duplex malum distingunt. Unum lege, quod ideo est malum, quia prohibitum, veluti carnium esus in vigiliis Sanctorum; & hoc permittitur necessitate urgente. Quare David ob famen comedit panem propositionis laicis vetitum, nec tamen peccavit, Matthæi *cap.12. & seq.* Alterum est malum natura, de quo in *l. probrum, ff. de verbor. signif.* ubi adulterium, & furtum natura turpia esse dicuntur, uti est etiam intelligendum, cum furtum dicitur jure naturæ prohibitum, ita quoque mendacium, usura: & hoc malum nunquam permitti potest, nec etiam vitæ periculo urgente, *cap. super eo, de usuris.* Sic Martyres potius mori voluerunt, quam idolis sacrificium offerre. Cum ergo quæritur, utrum duellum quandoque sit licitum, idem est, ac si petas, utrum id sit natura, & intrinsece malum, an potius lege, & prohibitione.

Plurium opinio est duellum esse malum, quia prohibitum, ac propterea aliquando licite permitti, Toletus in *summa cap.6.* Navarr. in *summa, cap.11.* Major in *4. sent. dist.15. q.16.* Cajetan. *2.2. quæst.65. cum seq.* Sanchez, Valentia, Filiucius, & Rodriquez cum Benacina *loc. cit. propos. 2.* Emmanuel Sà in *Aphorism. Confessariorum*, *v. duellum*, Caramuel in *Theologia fun-*

Digitized by Google

fundam.tit.de homicidio. Horum rationem intelligemus, si antecedente notabimus, magnam esse difficultatem, cur bellum sit permissum, duellum non item; cum ex duello unius, alteriusve occisio tantum consequi possit: at verò ex bello nihil non mali nascatur, urbes devastantur, & agri, sacra, & profana omnia contaminantur, virginibus vis infertur, innocentes passim trucidantur, inter quos, & ipsi milites sunt. Sane hujus discriminis non alia ratio est, nisi quia ipsi reges, e.g. qui belligerant, communem Judicem superiorem non habent, a quo ipsorum lis cognosci, & decidi queat; quare ad arma, necessitate urgente, venire oportet. Ex quo fit, bellum justum Jure licitum reputari. Non ita est de duellantibus, quorum controversia a Judice, quem superiorem habent, facile diffiniri potest: ac propterea cum ipsi per se litem decidere per arma studeant, violant regimen politicum, ac sibi eam auctoritatem, quæ propria Judicis est usurpant. Hinc ergo duellum a legibus prohibetur, cum è diverso bellum permittatur, a quo majus malum imminet. Nec sane, ut omnia coneris, alia hujus discriminis ratio assignari potest.

Ex quibus plura colliguntur. I. duellum non esse malum per se, & ex sua natura, nam idem, & multo magis esset de bello: sed esse malum, quia inde regiminis politici ordo violatur, & quod est superioris, id sibi subjecti usurpant. Ex quo olim duellum permittebatur; cum scilicet superiores huic suo Juri sponte renunciabant, patientes populum subjectum per se suas lites armis determinare. Sic Jure Longobardorum duellum est permissum, *toto titulo qualiter quis defendere se debeat*, inter leges Longobardicas; sic etiam de Jure Regni nostri licitum erat, in certis præsertim casibus, *constitut. de pugnis sublatis*,

Digitized by Google

& *constitut. in quibus casibus pugnare sit permissum*, Idem est de Franchis, aliisque Europæ nationibus.

Sed petes, cur ergo hodie tam severe duellum prohibitum est; & superiores amplius huic suo Juri non renunciant? Respondeo, quia ex duello sæpe innocentis occisio consequitur, quæ sine extrema necessitate permitti non potest: quæ necessitas utique in duello non adest, sicuti verò adest in bello, ob rationem jam recitatam. Hinc illud est prohibitum, hoc verò permissum.

II. Colligitur, duellum posse ob extremam necessitatem permitti. Et Doctores plures casus assignant, I. Si duo Reges de Regno contendentes, velint lites suas hoc modo finire; cum enim bellum; nonnisi maxima humani generis calamitate fiat, quid justius excogitari potest, quam ut tanta noxa de medio sublata, hi potissimum soli armis decernant, ad quos ea res pertinet, victoremque res sequatur? expedit enim, ut unus moriatur, ne tota gens pereat. Ita est de Carolo I. Andegavensi, & Petro Tarraconensi, qui cum de Insula Sicilia bellum diu gessissent, Martini IV. Pontificis Romani auctoritate, Burdegalæ in Aquitanis duellum inire pacti sunt: Jureque jurando sanxere, uter victus esset, Insula decessurum, nec amplius de ea re controversiam facturum, itaut cum deinde Petrus statuta hora ad duellandum non venisset, ab ipso Martino excommunicatus dicatur. Ita hanc historiam narrant Villanus, Collenuccius, Alciatus, & alii; sed è contrario Martinum non in id consensisse, sed acriter contradixisse refert Favinus in historia Navarræ *lib.* 6. & Henricus Spondanus in *Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi* 1282. II. Idem est, si totius belli summa ad pugnam duorum, pluriumve militum redi-

ga-

Digitized by Google

gatur, quia expedit, ut pauci moriantur, ne tota gens pereat, Tolet. in *summa*, *cap.6. num.32.* III. Si agatur de tuendo exercitus honore, vel de enervandis hostium viribus, ut accidit inter Davidem, & Goliath, ut supraeitati DD. cum Bonac. *d.propos.2. num.17.* IV. cum quis, ut præsens mortis periculum effugiat, in duellum consentit; etsi deinde non teneatur in campum prodire, Navar. & Emmanuel Sà *locis citatis*.

Sed his non obstantibus alii in contrarium docent, duellum esse natura malum, & non posse ullo casu permitti, nisi cum est pars publici belli, quando stricte, & rigorose duellum non est; nam ratio totius transit etiam ad partem, *l.7.ff. de exc. rei judic.* atque ita est de Davide, qui cum Palæstinorum Gigante pugnavit. Ita sentit D. Th. 2.2. *q.* 97. Alexander de Ales *par.4. q.* 11. *memb.* 2. aliique apud Comitolum *6. responsorum moralium q.* 17. ut videtur probari ex Trident. *sess.* 25. *can* 19. ubi generatim prohibetur Duellum, nullo excepto casu, his verbis: *Detestabilis duellorum usus fabricante diabolo introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam pernicem lucretur.* Quæ sane verba omnes a duello deterrere deberent; præsertim cum inde pervertatur ordo politicus, & sæpe innocentis mors accidat, ut latius supracitati DD. notant.

De Simonia.

TIT. III.

JAm tempus est, ut de ipsis delictis videamus, quæ in duplici differentia sunt: quædam enim Divinæ Majestatis læsionem directe continent, ut hæresis, si-

Digitized by Google

monia: quædam verò etiam hominibus damnum inferunt, ut homicidium, usura, & similia, de quibus ordine est agendum, & prius de simonia, quæ ita dicitur a Simone Mago, qui cum Samariæ vidisset per impositionem manus Apostolorum dari Spiritum Sanctum, voluit hanc potestatem pecunia emere, ut in *Actis Apostolorum*, *cap.*8. Fuerunt autem, & alii, qui ante dona Dei pecunia commutarint, ut Balaam, & Giezi. Sicuti Constantinus Arii gregales ob similitudinem impietatis Porphyrianos nuncupari jussit, ita Theodosius particeps nefariæ sectæ Nestorii voluit appellari Simonianos, ut cujus Simonis Magi scelus sunt imitati, ejus vocabulum sortirentur, *l. damnato*, *C. de hæreticis*, quæ ita emendanda est ex Photio in *Nomocanone tit.* 12. *cap.* 3. Theodorus Balsamo in *Collect. Ecclesiarum Constitutionum*, in *lib.* 1. *Codicis Justinianæi*, *tit.*5. *l.*6. Qui verò pecunia sibi Ecclesiasticos ordines comparat, dicitur Simoniacus, occasione nominis desumpta ex *Can. Apostolorum* 30. ubi de ita peccante dicitur: *Et ab Ecclesia omnino abscindatur, ut Simon Magus a me Petro.*

De Definitione Simoniæ.

HÆc est, rei spiritualis, vel spirituali adnexæ cum aliquo temporali commutatio. Ita Abbas in *cap. nemo eod.* Explicatur definitio.

Dicitur commutatio, ut comprehendantur, species universæ contractus onerosi, cum possit simonia committi non solum emendo, & vendendo, sed quavis alia commutatione, ut infra patebit. Quare qui hoc delictum definiunt per voluntatem emendi, & vendendi, non possunt excusari, nisi dicamus eos gene-

Digitized by Google

generali venditionis appellatione usos, qua omnis contractus continetur, per quem dominium transfertur, *l. sicut, §. venditionis, ff. quibus modis pignus*, & latius a nobis explicatum est in *tract. de donationibus*.

Dicitur rei spiritualis, vel spirituali adnexæ, ut est de Jure patronatus, quod licet more spirituale non sit, tamen quia rei spirituali adnectitur, vendi non potest, *cap. de Jure, tit. de Jurep.* Idem est de pensionibus, veluti de ea, quæ datur Parocho, Concionatori, vel Clerico cum onere recitandi Officium, B. Virginis, quæ pro re temporali commutari non potest: secus verò est de pensionibus, quæ dantur laicis, vel clericis a S. Pontifice super fructibus beneficii, non titulo spirituali, sed ob servitium aliquod temporale, quæ propterea quæruntur tanquam res temporales, de communi Bonac. hic *disp. 1. qu. 4. §. 13. puncto 1. cum seq.*

Dicitur cum re temporali: nam in hoc consistit ratio Simoniæ, nempe ut res temporalis tradatur pro re sacra, & spirituali, quæ æstimationem non recipit, *l. 9. ad fin. ff. de ver. divis.* Cæterum res temporalis hic triplex est, linguæ, obsequii, & manus, *can. sunt nonnulli 1. qu. 1. can. Salvatorem 1. q. 3.* Linguæ, veluti si Episcopus conferat beneficium alteri ad hoc ut de eo laudetur, & commendetur apud S. Pontificem: quippe laus, & favor pretio æstimabilis est, & appellatur nummus, *d. can. sunt nonnulli.* Obsequii, ut negotium suum gerat, & promoveat, vel ut Episcopo serviat, *cap. cum esset, eod.* Tandem manus appellatione cætera temporalia comprehenduntur, sive mobilia sint, sive soli, *cap. tua nos, eod.*

Hæc simonia gravissimum delictum est, primo quia dona Dei, quæ gratis recipiuntur, turpissimum

Digitized by Google

est pecunia dare; & cum Dominus sit liberalis, servum esse avarum contra præceptum Christi: deinde, quia sacræ res pretio æstimarentur. Quin tolerabilior videtur Macedoniani hæresis: hic enim Spiritum Sanctum servum Dei Patris, & Filii faciebat: at simoniacus Spiritum Sanctum suum servum efficit, cum vendunt.

De divisione Simoniæ.

PRima dicitur simonia esse Mentalis, cum nullum interfuit factum, sed solum prava dantis, aut accipientis mens: & quia nulla externa actio intercessit, ideo solum Deum scrutatorem cordium habet ultorem, *cap. tua nos*, & *cap. ult. eod.*

II. Est Conventionalis, cum, præter mentem, intercedit placitum, & conventio commutandi rem spiritualem cum temporali. Quæ conventio fieri potest, vel solo consensu, vel etiam literis, & nunciis, ex traditis in *l.* 1. & *l. Jurisg. ff. de pactis.*

III. Est Realis, quæ super addit traditionem rei temporalis pro spirituali. Ubi Palaus *disp.* 3. *par.* 2. *hoc tit.* notat ad simoniam realem pro infligendis pœnis satis esse, si ex una tantum parte traditio fiat, licet ex altera sola intercedat promissio, veluti si pecunia tradatur Prælato, qui promittat se deinde beneficium, vel ordinem collaturum: atque ita Romæ servari ait. Sed verò Novar. *par.* 2. *qq. forensium* 99. decisum refert, ultro citroque traditionem exposci, cum delicta regulariter non puniantur, nisi fuerint perfecta, & consummata, *l.* 1. §. *ult. ff. quod quisque Juris.*

IV. Est Confidentialis, quæ committitur, cum beneficium Ecclesiasticum resignatur, confertur, vel

Digitized by Google

cum

cum quis ad illud eligitur, seu præsentatur eum specie, & fiducia, ut idem beneficium, ejusque fructus omnes, vel eorundem pars restituantur, vel reserventur ipsimet resignanti, conferenti, eligenti, vel presentanti, sive etiam alteri ipsius arbitrio, quod privatim est prohibitum ex Bullis Pii IV. & V. apud Navarrum *c.23.n.120.*

V. Dicitur simonia ficta, cum quis recipit pecuniam promittendo beneficium, quod tamen præstare nolit, frustrando dantem: quæ in foro punitur, tanquam vera, ut post Suarez docet Bonacina *q.2. propos.un.n.8.*

Ex quibus Capitibus contrahatur Simonia.

ET sane contrahitur, cum quid pro personis Ecclesiasticis deducendis in sedem, vel Sacerdotibus instituendis accipitur *cap. non satis, cum seq. eod.* quod intelligi, non solum de Episcopo, sed etiam de ipsius Ministro, & Tabellione, Notario, cui tamen salarium pro officio suo sit constitutum: aliter pro fingendis literis dimissoriis, aut testimonialibus drachmam unam, seu denarium accipere potest. Vide Trident. *sess.21. cap.1.* Sub hac tamen prohibitione non continentur candelæ, cum ex Concilio sublata tantum sit consuetudo recipiendi ab ordinariis forbices pectines, & mappas, ut ex Sac. Cardinalium Congregatione declaratum notat Bonac. *disp.1.q.4. §.4. propos.2.*

Ita neque pro Sacramentalibus quidpiam recipi potest; cum enim hæc inter sacra connumerentur, venialia esse nequeunt, *can. si quis obiicerit, 1.q.3.*

Digitized by Google

Sunt ſacramentaliæ ceremoniæ, & benedictiones ab Eccleſia inſtitutæ, ut nubentium benedictio, aquæ, vel olei: functiones ordinum, ut eſt exorciſmus, abſolutio ſacramentalis, collatio extremæ unctionis, & omnia denique, quæ ad miniſterium Eccleſiaſticum pertinent, citra ſimoniam vendi non poſſunt, *c. quod noſtram, eod.* Bonac. *q.* 4. §. *prop.* 1. *cum ſeq.*

Ita ſimonia etiam eſt, Eccleſiaſticam ſepulturam vendere, *cap. audimus, eod. cap. pen. de ſepultur. can. queſita eſt* 13. *q.* 2. quod intelligas de loco ad ſepulturam deſtinato, uti eſt cœmeterium: nam ſi locus adhuc ad id non fuerit deſtinatus, vendi poteſt. Ita Azorius, & Laiman apud *cit. Bonac.* §. 6. qui tamen advertit, cœmeterium, cappellas, calices, etſi vendi nequeant inquantum ad Eccleſiaſticam conſtitutionem, tamen ratione materiæ, quæ eſt pretio æſtimabilis, vendi non prohiberi, dummodo ad profanos uſus non convertantur. Quod etſi receptum ſit, palam tamen repugnat Paſchali Summo Pontifici in *can. ſi quis obiiecerit*, 1. *q.* 3. ubi, cum in Eccleſia diſtinxiſſet conſecrationem a materia, hæc addit: *Quiſquis homo alterum vendit, ſine quo nec alterum pervenit, neutrum in venditum derelinquat*. Quæ verba ſatis clara ſunt, quidquid in contrarium nitantur Suarez, Bonacina, aliique.

Rerum ſacrarum alienatio cum neceſſaria eſt, licite ſit. Et quidem Euſebius Hieroſolymorum Epiſcopus, & Acacius Amydæ Civitatis, res ſacras nullo auctore diſtraxerunt, alter tempore famis, alter pro redemptione Perſarum, etiam infidelium, *hiſtor. tripart. lib.* 5. *cap.* 37. *lib.* 11. *cap.* 16. Sic Caſſiodorus refert *variar. epiſt.* 20. *lib.* 12. Agapitum Papam vaſa ſacra ob neceſſitatem Reipublicæ pignori dediſſe, exemplo Ezechiæ Regis, qui de rebus ſacris tributum præſtitit

Digitized by Google

cit Regi Assyriorum, *Reg.4. cap.17.* At Fortunatus Episcopus Favensis auctoritatem sibi necessariam putavit Romani Episcopi, ut tuto sacra vasa distraheret, licet in redemptionem captivorum, Gregor. M.*ep.13.& 35.lib.6.*

Illud verum est, posse pro benedictione nubentium, pro exequiis, cæterisque spiritualibus operibus, quid recipi, non ut pretium rei spiritualis, sed titulo alimentorum, ut inde Sacerdotes vitam tolerare possint: nam qui altari servit, de altari vivere debet, *cap.ad Apostolicam eodem.*

Etiam simoniacus est, qui pecunias dederit, ut promoveatur in Æconomum, Defensorem, vel Mentionarium, Concilium Calched. *can.* 2.

Tandem simoniam committit, qui pro electione pecuniam largitur cum per eam perveniatur ad rem, seu officium sacrum, *1.q.6.in princ.* Quod verum est, etiamsi præmia data sint ignorante eo, qui eligi debet: qua in re factum alterius alteri obest, & licet non peccet ipse, vitiosa tamen electio est, *cap.nobis, eod.* ubi id extenditur, etiamsi uni tantum ex electoribus pecunia data, vel promissa sit. Quod Abbas mirabile dicit: nam alioqui interventus excommunicati admissi actum non vitiat, *cap.fin. de procuratorib.* Sed de hac re latius in *tit.de elect.*

Quibus casibus Simonia non committatur.

PRæter casus nuper enumeratos obiter, nempe cum venditur res sacra ratione materiæ, & cum quid accipitur titulo alimentorum, sunt alii nonnulli in quibus simonia non committitur.

Et primo, si agatur de injusta vexatione redimenda. Quod dupliciter accidere potest I. si quis Jus tantum

Digitized by Google

tum ad rem habeat, veluti si dignitate, & beneficio dignus sit, quo casu pecuniam citra simoniam dare nequit pro vexatione redimenda, *cap. dilectus*, *c. sicut*, & *cap. Matthæus*, *eod.* II. si Jus sit in re, seu quæsitum, & pecuniam licite præbebit, ut si Episcopus electus, & confirmatus impediatur injuste ab obtinenda consecratione: item si quis Clericus injuste prohiberetur a possessione collati beneficii, Canonistæ in *cap. nemo*, & *cap. aures*, *eod.* Azorius 3. *par. lib.* 12. *cap.* 15. D. Th. 2. 2. *q.* 100. *art.* 2.

II. Si agatur de permutandis beneficiis, cum tamen adest S. Pontificis auctoritas, si pensio intercedat, vel assensus Episcopi, si nulla imponatur pensio: & insuper adest beneficiorum æqualitas, *c. cum olim*, *cap. quæsitum de rerum permutatione*. Pro qua re notandum est, quod etsi Jure divino simonia solum sit, cum res spiritualis cum temporali permutatur; tamen de Jure humano Ecclesiastico etiam simonia dicitur, cum spiritualis res cum spirituali, hoc est beneficium cum beneficio commutatur. Illa simonia non est capax dispensationis Pontificiæ; hæc verò secus, Glos. in *cap.* 4. *vers. illicitæ*, *de pactis*, & in *can. Salvator*, 1. *q.* 3.

III. Si pecunia exigatur pro labore in rebus sacris peragendis. Labor autem hic dupliciter considerari potest. Uno modo, inquantum ipsa sacra actio labor est, ut concionatio celebratio missæ; & pro tali labore nihil recipi potest, nisi titulo alimentorum, ut jam supra diximus. Altero modo labor non est ipsa actio sacra, sed eam antecedit, comitatur, vel subsequitur, & pro eo recte pecunia exigitur: ut si Sacerdos pro celebranda missa ad istantiam alterius, longum inter ingredi debeat idem est cum Clerici pro defunctis sepelliendis, quod circuitus

Digitized by Google

tus faciendi sunt, majorem pecuniæ summam exigunt, Sotus 4. *sent. dist.* 25. *q.* 3. *art.* 3.

De pœnis, quibus Simoniaci coercentur.

ET primo de simonia reali. Si hæc intercessit in collatione ordinum, tum conferens, & recipiens ordinem, ut etiem mediator, sunt ipso facto excommunicati. Ad hæc ordinator suspensus intelligitur a conferendis in posterum ordinibus, etiam prima tonsura: privatur pontificalibus, & Ecclesiæ interdicitur: quod si secus fecerit, suspenditur ab administratione Ecclesiæ, & a percipiendis fructibus etiam beneficiorum. At vero ordinatus ab ordine simoniace recepto pari ratione est suspensus, & si in eo ministraverit, evadet irregularis. Quare uterque nempe dans, & accipiens ordines a solo S. Pontifice absolvi potest, etsi simonia fuerit occulta. Ita ex Bulla Sixti V. incipiente, *Sanctum*, & *Salvatore*, quæ expressim revocat omnem absolvendæ simoniæ potestatem antea concessæ, etiam cruciatæ.

Sed si realis simonia commmissa sit in beneficiis, tunc conferens, eligens, præsentans, istituens, confirmas, & mediator, sunt ipso facto excommunicati: insuper collatio est nulla, nec beneficiatus fructus, quos è beneficio precipit, suos facit, sed Ecclesiæ restituet, ut in *Extrav. cum detestabile*. Excipe in electione Summi Pontificis, quam si Cardinales pecunia corrupti fecerit, valet electio *cap. licet*, *de electione* DD. in *can. si quis pecuniam*, *dist.* 29.

II. Sit de simonia confidentiali. In hac illico excommunicatione innodatur, qui beneficium recipit in confidentia; etiam antequam beneficium ipsum, ejusve fructus restituat juxta placitum ejus, qui sub

Digitized by Google hac

hac confidentia beneficium resignavit, contulit ipsum elegit, seu presentavit: quia hoc simoniæ genus statim completur, ac confidentia contracta est, ut ex Bullis Pii IV. & V. patet, in quibus ipso Jure excommunicatus solum recipiens ita beneficium, non etiam conferens, eo quod plurimi olim erant faciles homines, qui ita beneficium recipiebant, quo aliis gratificarentur: hinc ubi majus erat periculum, majus etiam remedium fuit adhibitum, *cap. ubi periculum de elect. in 6.* Ulterius recipiens privatur beneficio collato, & censetur incapax in posterum ad alia beneficia obtinenda, sed post latam sententiam.

III. Simonia simpliciter conventionalis nullam determinatam pœnam habet, Felinus in *cap. Rodulphus, de rescriptis.*

DE HÆRETICIS, ET SCHISMATICIS, ET APOSTATIS.

TIT. IV.

De Hæreticis.

HÆresis definitur, ex Christianis intellectus error cum pertinacia contra aliquid fide revelatam veritatem, ut communiter DD. hic. Explicatur definitio.

Dicitur error intellectus; nam cum actus fidei sit assensus humani intellectus in aliquam fidei veritatem, quod *credere dicimus*; inde fit hæresim, quæ fidei adversatur, esse actum ejusdem intellectus, qui ab ea veritate recedat Canonistæ post Gl. in *tit. Decret. de S. Trin. in princ.* Atque eo modo hæresis est error, qui in intellectu propriam sedem habet.

Dicitur Christiani; etenim qui per Baptismum rena-

Digitized by Google

renatus non est quantumvis a fide recedat, non vocatur hæreticus, sed infidelis, *cap.3.eod.* quocirca Cathecumenus, qui Christiana religione imbuitur, ut mox baptizetur, si quem fidei articulum neget, neque hæreticus est, neque hæreticorum pœnis plectetur Cajet. ad 2. 2. *q.*10. *art.*5. Tolet. in *summa*, *lib.*4. *cap.*3. *num.*5. quidquid in contrarium Sotus nitatur.

Dicitur cum pertinacia: hoc respicit voluntatem, ut scilicet quis, etsi fiat fidei veritatem, tamen velit oppositum credere. Verum hic pertinacia non sumitur pro tempore donatione, cum quis etiam in uno instante, quo contra fidem sentire velit, hæreticus constituatur, Cajet. in *summa v. hæreticus*. Ita ad hæresim exigitur error, qui est intellectus, & pertinacia, quæ est voluntatis: & per hoc est peccatum & plectitur; nam omne peccatum est voluntarium. Hinc si absque pertinacia quis credat non erit hæreticus, ut cum D. Gregorius Nyssenus, & Tertullianus credidere animam haberi ex traduce, & Lactantius Angelos Dei, ex mulierum congressu filios genuisse, non ideo in numero hæreticorum habentur, quia in id non obstinassent, si scilicet aliud de fide esse.

Dicitur contra aliqua fidei revelatam veritatem; nam si quis omnino a fidē recedat, non amplius hæreticus est, sed apostata uti est de Juliano Rom. Imp. *can.non observatis* 26. *q.*7. Id autem verum est, tam si res, quæ negatur, ad fidem spectet, quam ad aliam quamcumque rem: quare qui ait, terram circa Solem centro Universi inherentem vectari, hæreticus est: nam terra in æternum stat: ita etiam, qui negaret canem Tobiæ caudam movisse, ut comuniter Theologi docent.

Hæreticorum pœnæ plures sunt, I. si quis suam hæ-

Digitized by Google

hæresim quoque modo prolaverit, puta prædicando, vel alteri suadendo, ipso facto est excommunicatus. Immo a Curia deprehensi, nisi abjurent, traduntur Judici seculari, ut pro modo, & ratione facinoris puniatur: quod si fuerit Ecclesiastici, antecedenter deponantur, & privantur omni officio, beneficio, & prerogativis, *cap. ad abolendum eod.* Verum tamē est, olim primis Ecclesiæ temporibus hæreticus divinæ ultioni fuisse remissos: sed deinde cœperunt ultimo supplicio plecti ex *l. Arriani*, *C. de hæreticis*, & *l. cum populus C. de summa Trinit.* adeoque cogi ad subeundum vivi comburium ex Joan. XV. *Si quis in me non manserit, tanquam palmes mittetur foras, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardeat.*

Certe D. Augustius fatetur antea se in hac fuisse sententia hæreticis a chatolicis vexandos non esse, sed omni mansuetudine potius invitantos. Postea tamen mutavit sententiam, re ipsa doctus, leges Principum adversus hæreticos latas ipsis hæreticis ad conversionem prodesse, Idque fassos esse ait ipsos Donatistas, qui postea ad Catholicam Ecclesiam rediissent, *ep.* 48. *ad Vincentium*, & *lib.* 1. *contra Gaudentium*, *cap.* 23. & notat Valesius *ad Socratem lib.* 7. *cap.* 4. Utique, verba illa Canticorum *cap.* 2. *Capite nobis vulpes parvas, qui demoliuntur vineas*, a Gulielmo Esthio de hereticis intelliguntur.

Itaque ad utitur auctoritate D. Augustini Jacobus Augustus Thuanus in *præfationem ad historiam*, cum ex eo docere nititur, neminem ad religionem Catholicam amplectendam esse congendum, nec posse, nisi inique in hæreticos lege agi. Pari fide D. Martini Turonensis preces Maximo Tiranno oblatas pro Priscianistis commemorat; nam sanctissimus ille vir

non

Digitized by Google

non hæreticis, sed catholicis consultum voluit, ut Baronius observet. Ut interim taceam Calvinum, qui contra se ipsum librum edidit, qui est de punitione, hæreticorum.

II. Bona hæreticorum sibi, & filiis, si quos habent, adempta, fisco devolvuntur, vel Ecclesiæ, a qua acceperunt, si fuerint Clerici. Quod intellige post latam sententiam, ut ex *cap. excommunicatus eod. in 6.* docet Sotus 1. *de Justitia 6. concl. 3.* cui tamen videtur repugnare textus in *cap. ad secundum, eod. in 6.* ubi habetur: *Bona hæreticorum ipso Jure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata.* Quæ verba satis demonstrant corrigi textum in *d. cap. excommunicatus*, ibique Glos. & Afflict. in *constit. de hæretic. rubr. 1. n. 29.* Quæ pœna comprehendit etiam fautores, & defensores, Farinacius *de hereticis q. 188. num. 51.* Dos autem, & reliqua uxoris bona fisco non subjacent, nisi ipso sciens volens hæretico nupserit *cap. decrevit, eod. in* ibique Gloss. Simancha *Can. institut. tit. 9. rub. de bonis hæreticorum num 70.*

III. Hæretici Ecclesiæ sepulturæ tradi non possunt: quod si quis eos sepelliat excommunicatur, nec prius absolvitur, quam suis manibus exhumaverit, & projiciat, nempe cum ipsorum ossa ab aliis possint secerni, *cap. sacris, de sepulturis*. Sunt & aliæ pœnæ de quibus, per DD. hic.

Itaquæ si quis hæreticus convictus, vel ut vehementer suspectus abjuraverit, velit si fuerit sortilegus cum rerum sacrarum abusu, & deinde reincidat in eandem, vel aliam hæresim, tunc dicitur relapsus, & gravius puniat, *cap. accusatus, eod. in 6.* itaut seculari Judici omnino tradendus sit; quamvis manifesse pœnitenti Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ non denegentur, Lancellottus hic in §. *quod si*

quis

Digitized by Google

qui. Ubi illud notandum, ex Bulla Clem. VIII. incipiente *Dominici grecis*, quod pro elapso habetur, qui negat Deum trinum in personis, & unum in essentia, vel Christum non esse verum Deum, vel non conceptum de Spiritu Sancto, vel non esse passum pro nostra salute, vel ipsius Matrem non fuisse Virginem: itemque qui Eucharistiæ Sacramento in sortilegiis fuerit abusus: ac tandem qui hæresim Principi suadere tentaverit; hi enim omnes comprehensi, omnino Judici seculari traduntur.

De Schismaticis.

SChisma Græce scissuram denotat, & Schismaticum est, qui se ab Ecclesia separat, constituens alterum Pontificem a vero, illique obedientiam præstat; quare schismatici per consequens hæretici sunt, tanquam negantes unam Sanctam Catholicam Ecclesiam, quod est articulus fidei, eoque tanquam hæretici plectuntur, Abb. in *cap.* 1. *eod.* ubi etiam notat, ordinationes, beneficia, alienationes eorum Ecclesiarum, atque alia per ipsos gesta esse nulla. Primum in Ecclesia Dei schisma extitit ad annum Christi 251. post S. Cornelii Pontificis electionem; nam Novatianus S.R.E. Presbyter Pontificatum cõtra Cornelium Romæ assumpsit Eusebius *lib.* 6. & 7. *dist. Eccl.* & Damasus in *vitis Fabiani.* & *Cornelii*, Novatiani in Episcopatu successores Romæ, usque ad Cœlestini I. Pontificatum permanserunt, hoc est ad ann. 423. Socrates *lib.* 7. & 11. & notat Panvinius *vita S. Cornelii.*

Sed non censetur schismaticus, cum orto in Ecclesia schismate inter duos de Pontificia dignitate certantes, quis neutri ex ipsis obtemperet. ignoran-

do

Digitized by Google

do uternam sit antipapa, donec per generale Concilium id decidatur, *can. si duo*, ubi Gloss. verbo, *contra fas*, *dist.* 79. idemque est, si quis bona fide alterutrum esse verum Pontificem existimet, qui tamen sit falsus, de communi Clarus *sententiar. crim. §. ult. qu.* 6. *n.* 27.

Quæri hic solet, an hæreticis fides servanda sit, sive ea sit privata, ut quæ datur in contractibus, sive publica, ut quæ datur per salvum conductum, qui impartitur, cum ad Concilium vocantur.

Et sunt, qui existimant, fidem nec etiam publicam hæreticis esse servandam, moti ex eo, quod Concilii Constantiense igne conbussit Hieronymum de Praga, & Johannem Hus, quamvis eis publicam fidem concesserat.

Communis tamen, & Catholica sententia est, fidem etiam hæreticis, sive privatam, sive publicam servari debere, ut late tuetur Joan. Echius in *Apologia*, & Ioann. Nolanus in *libro de fide hæreticis servanda*.

Ratio evidens est, quia ex naturali principio habetur, toties fidem esse servandam, quoties promissio illicita non est, D. August. 1. *de Civit. Dei* 15 & D. Th. *qu.* 40. *per tot.* & habetur in *cap.* 2. & 3. *de pactis* & in *can. noli* 23. *q.* 1. idemque esse de Jure civili in *l.* 5. *§. captivus*, *ff. de captivis*, probat Covarr. *par.* 2. *de sponsalib. cap.* 3. Cum ergo in specie nostra promissio licita sit, quia publica fides hæreticis datur, ne indefensi condemnentur, inde sit, eam esse servandam.

Neque obstat, quod in contrarium objiciebatur. Nam Joann. Hus publicam fidem non a Concil. Constantiensi habuit, sed ab Imperatore Sigismundo: ea propter nihil ei profuit; & in dicto Concilio *sess.* 19. statuitur, publicam fidem per Principes laicos hæreti-

Digitized by Google

reticis conceſſam, nihil obſtare, quin ab Eccleſia cognoſci, & meriti pœna affici poſſint. Hieronymus de Praga obtinuit quidem a Concilio, at ſub clauſula *ſalva juſtitia*; per quam a vi, non etiam ab Juſtitia tutus eſſe poterat. Carolus V. in congreſſu Wormatiæ, cum ad eum Martinus Lutherus ſub publica fide veniſſet, exhortantibus quibuſdam, ut in vincula conjiceret, tanquam hæreticum, reſpondit: *Si fides terris ceſſerit, erit tamen apud Imperatorem*. Non eſt ergo cur Concilium Conſtanſienſe reprehendat Zaſius in *tract. de Judæis qu.* 3.

De Apoſtatis.

APoſtaſia latine abſciſſionem, ſeu defectum ſignificat, & duplex eſt. Prior eſt fidei, cum ſcilicet quis diſcreta fide Chriſtiana, ad impiorum, & infidelium ſectas transfugit, veluti Judeorum, Turcarum: & hic pœnis hæreticorum ſolet mulctari *cap.* 1. *de apoſtatis*, & late in Conſtitutione noſtri Regni, quæ incipit, *Apoſtatantes*. Poſterior eſt irregularitatis, cum Monachus profeſſus citra juſtam cauſam, & ſuperioris, hoc eſt S. Pontificis veniam, habitum dimittit, & ad ſeculum redit: nam ſi in aliam religionem tranſeat, non erit apoſtata, quamvis excommunicationis pœnam contrahat, niſi hæc alia Religio ſit ſtrictior, Bonac. *de excommunicat. q.* 3. *puncto* 1. *prop. un.* Itaque qui habitum omnino dimittit, in vincula conjicitur, donec habitum reſumat, *cap.* 5. *de apoſtatis*, & ordinem in apoſtaſia ſuſceptum, tanquam irregularis, nequit exercere, abſque S. Pontificis diſpenſatione, *cap.* 6. *eodem*.

Dicitur etiam apoſtaſia inobedientiæ, cum quis præceptum ſuperioris ſui ſponte tranſgreditur, ſive patrum

Digitized by Google

patrum regulis, vel constitutionibus non obtemperat, ut Lancellottus hic in §. *Apostatæ*.

DE SORTILEGIS, MALEDICIS, ET SACRILEGIS.

TIT. V.

De Sortilegis.

SOrtilegium late sumptum significat magiam, quæ dæmonum ministerio utitur, quos solvit, & ligat, *cap.1. & 2. eod.* atque hi Ecclesiasticis censuris subjiciuntur, & propterea sunt S. Inquisitioni denunciandi, Genuens. in *praxi*, *cap.23. num.14.* & de Jure civili, tanquam diaboli assectæ, & humani generis hostes capite plectuntur, *l.6. cum seqq. C. de malef. & math.*

Stricte sortilegium est, cum arcanis quibusdam artibus occulta scire tentamus, sive futura sint, sive præsentia, sive etiam præterita. Id autem dupliciter accidit; primo rerum sacrarum abusu, seu verborum sacræ scripturæ, quo casu sortilegium sapit hæresim, & punitur ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, *cap. accusatus, de hæreticis*. Idem est, si Invocatio, & præsidium dæmonis adsit, ut late refert Gratianus in *26. q. 5. per totam*. Hic ergo nisi resipiscant perpetuo anathemate feriuntur: & si Clerici sint degradantur, *can. aliquando, can. si quis ariolos 26. qu. 5. can. admoneat. 26. q. 1.* Secundo simpliciter sit colligendo ex quibusdam signis varias hominis fortunas, ac futuros eventus; quo casu vanæ superstitionis, & præsumptionis peccatum est, cum homo scientiam Dei, qui solus futura novit, sibi arroget

juxta illud: *Annunciate nobis futura, & dii eritis.* Ita est de Chiromantis, & Astrologis, qui omnes vanitatis arguuntur, *Deuter.* 18. *Ecclesiast.* 1. & 20. *Isaiæ* 41. & 47. At vero contra Astrologos, Judiciarios scilicet, est Bulla Sisti V. qui eos per S. Officium cognosci præcipit, etsi affirment, se futuros eventus, quos ex sideribus, & planetarum positu, seu aspectibus venantur, non certo affirmare dicant.

Illud notandum est, cum quis ex signis, & characteribus ventura divinare conatur, etiamsi expresse protestetur, se dæmonem non invocare, adhuc tamen invocare intelligitur, & quod protestatio contraria facto nil relevet, ut Bonac. *to. 2. de primo præcepto Decalogi, disp. 3. qu. 5. punct. 3. proposit. 2.* & Grillandus in hoc tractatu docent.

Inquantum ad Astrologiam, cum per eam predicuntur ea, quæ dependent a libero hominis Judicio, & arbitrio, quo casu astrologia judiciaria dicitur, est prohibita per Sixtum V. in Bulla, *Cœli, & terræ Creator*, ubi Astrologus per S. Officium cognosci præcipit, etiamsi futuros eventus, quos ex sideribus, & planetarum posito, seu aspectibus venantur, non certe affirmare dicant. Quæ Bulla non solum in foro externo locum habet, sed etiam in interno, itaut qui contra faciant, mortaliter peccent, Salas 2. 2. *tract.* 50. *disp.* 2. *sect.* 3. *num.* 36. Sanchez *lib.* 2. *in Decal. cap.* 38. *num.* 34.

Præterea ab Urbano VIII. lata est Bulla, *Inscrutabilis*, ubi Astrologi, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut consanguineorum ejus judicia ferunt, vel facta apud se habent, vel alicui ostendunt, aut verbis tractant, præter sententiam excommunicationis, quam ipso Jure incurrunt, tanquam rei majestatis ultimo

Digitized by Google

ultimo ſupplicio, publicatione bonorum, & ſi fuerint Clerici, privatione beneficii, & officii puniuntur; & hi ſunt, qui in Jure civili, Mathematici appellantur, ut in *tit. C. de maleſ. & math.*

De Maledicis.

MAledici hic ſunt blaſphemi. Blaſphemia autem eſt contumelia in Deum: Contumeliam intelligendo, ſive ore fiat, ſive corde, ſive ſcripto; nam qui aliquid contra Deum facit contumelioſe, non dicitur blaſphemus, ſed ſacrilegus, ut ſtatim exponemus. Contra Deum autem intelligendo, ſive directe, ſive indirecte, ut ſi quis maledictum proferat in Sanctos, aliasve creaturas, ut de Deo participiant, blaſphemus eſt; ut etiam ſi eodem modo maledicat Diabolo; ſecus eſt ſi maledicat, inquantum generi humano eſt noxium, vel maledicat creaturis, inquantum nobis infeſtæ, quibus caſibus blaſphemia non eſt: nam Job maledixit diei in qua natus eſt, & nocti, in qua conceptus: ita David imprecatus eſt Montibus Gelboe, in quibus ceciderunt fortes Iſrael, Cajetan. 2. *q.* 13. *art.* 1. Unde poſt Hurtandum docet Diana *par.* 5. *tract.* 13. *reſ.* 89. poſſe quem optare mortem inimico, ut ſibi bonum, cum ſcilicet ſibi ab eo timet. Imo alii volũt, poſſe aliquem ſibi optare mortem, ut a magno malo tẽporali liberetur, ſcilicet exemplo Eliæ 3. *Reg.* 19. & Jonæ *cap.* 4. ibi *Dixi: animæ meæ, morere.* Ita Sotus in 4. *diſt.* 50. *qu. un. art.* 5. etſi Abulenſis ad *cit. loc. lib. Regum, q.* 4. id vitium puſillanimitatis eſſe dixerit.

Unde apparet, longe errare Jezidos, qui Chriſtianos, quod diabolo maledicant, reprehendunt; nam moventur ex eo, quod Jus malidicendi creaturis ſit

Digitized by Google

tantummodo Cratoris, quare se potius vivos a Turcis deglubi patiuntur, quam diabolo maledicere, quem plurimi ex ipsis, nec nominare audent, vocantque Angelum Pavonem. Vide Latius in *Theatro Turcic cap* 30. *art.* 4. *sect.* 2.

Blasphemia duplex est, hæreticalis, & simplex. Hæreticalis ex D. Ambrosio *lib. de Paradiso* est, cum Deo tribuitur, quod ei non competit, vel aufertur, quod eidem competit; ut puta *Corpo di Dio* Vivius *dec.* 388. vel *a dispetto di Dio* Gramm. *dec.* 50. Quibus ex D. Augustino addendum est, cum quis sibi, vel creaturis aliis tribuit, quod Dei est proprium, veluti, cum poetæ, & amantes insanientes Jovem Deum vocant, vel suam amasiam Deam: quod tamen causa joci, vel amoris, vel poeseos excusari a peccato mortali potest, Sotus, & alii apud Lessium c. *de justitia*, *cap.* 45. *dub.* 5. Simplex blasphemia est, quæ vel profertur contra creaturas, vel quæ Creatorem dehonestat, puta cum Christi pudenda nominantur.

Inter has illud discrimen est, quod hæreticalis blasphemia pertinet ad Inquisitionem S. Officii, & si ita blasphemans alius a Judice capiatur, ad Judicem Ecclesiasticum est remittendus, Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 51. *n.* 84. At non hæreticalis est misti fori, & datur locus præventioni, itaut ille Judex plectat, qui capit. Verum in Regno nostro solum Judex laicus cognitionem in hac re debet ex *prag.* 3. *de Jurisd. invicem non turbanda.*

Pœnæ adversus blasphemos statuuntur in *cap.* 2. *de maledicis*, quæ quia hodie amplius in usu non sunt, ideo Judicis arbitrio remittuntur, sic, quandoque hic possit linguam blasphemo pertundere, seu perforare; quin etiam capite plectere, Clarus in §. *blasphemia*.

De

Digitized by Google

De Sagrilegis.

SAcrilegium eſt rei ſacræ violatio re ipſa ſeu facto, D. Th. 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. Ubi nomine rei comprehenditur etiam perſona, & locus juxta *l.* 5. *ff. de verbor. ſignif.* quippe in his omnibus ſacrilegium committi poteſt.

Nomine perſonarum intelliguntur Clerici, & Religioſi, quamvis non profeſſi percutiendo, vel ad forum ſeculare trahendo, ſacrilegium committitur itemque concubitus cum Clerico jam in ſacris conſtituto, vel cum eo qui caſtitatem vovit: nam & hic ſacer voti ratione eſſe videt. Verum concubitus cum Moniali non adhuc ſacrata ſacrilegium non eſt, ut compluries deciſum teſtatur Riccius *coll.* 795.

Nomine rerum intelliguntur, quæ ſantitatem efficiunt, ut Sacramenta: vel repreſentant, ut imagines Sanctorum: vel ſignificant, ut ſacra verba: vel ſunt inſtrumenta Sacrificii, ut ſacræ veſtes, ut vaſa ſacra. Sic etiam ſacrilegium eſt diebus feſtis ſervile opus facere, quod in Dei honorē, & cultum eſt prohibitum: ſecus vero eſt: ſi peccatum aliud diebus feſtis committatur, ut poſt D. Th. magis communiter docent Sanchez, & Bonacina in tertium decalogi præceptum, contra Scotum, & Sotum, quorum ille peccatum quodcumque die feſto admiſſum: hic homicidium die Paraſceves Domini eſſe ſacrilegium putabat: quæ nuſquam probatur.

Nomine loci veniunt Templa, Hoſpitalia, cæteraque loca ab Epiſcopo conſecrata, vel benedicta, *cap.* 4. *de religioſis domibus*, quæ ſacrilegio violari dicuntur polluendo ſanguinis, vel ſeminis effuſione: quo tamen ſi ſecreto fiat, publicæ orationes non remo-

Digitized by Google

rantur; sed adhuc sacrilegium committitur, Suarez ubi supra, & Canonistæ *in cap. proposuisti de consecr. Eccles. & cap. un. cit. tit. in 6.* Sic est, si quis reos ab Ecclesia extrahat *cap. inter alia, de immunitate Ecclesiarum l. 2. C. de crimine sacrilegii*: vel obscena ibi verba habendo, *cap. 2. eod. in 6.*

De Jure civili furtum duobus casibus sacrilegium esse dicitur, cum sacrum surripitur de sacro, & sacrum de profano: nam si profanum de sacro auferatur, tunc solum actio furti conceditur: non quidem Ecclesiæ, sed ei, cujus res est, *l. Divi, ff. ad l. Jul. peculatus.* Cui tamen dispositioni repugnat Jus Canonum in *can. quisquis inventus 17. q. 4.* ubi statuitur etiam sacrilegium esse, cum profanum de sacro tollitur: quidam putant Jus civile a canonico corrigi: non enim negari potest textum in *d. can. quisquis inventus*, velle contra dispositionem Juris civilis sacrilegium esse, ubi profanum de sacro aufertur. Et ratio est, quia illo adhuc casu gravis injuria Ecclesiæ irrogatur, & domus orationis fit spelunca latrorum, ut Christus loquitur. Ita Suarez *to. 1. de relig. tit. de reverentia debita locis sacris, cap. 2. num. 6.* Petrus Gregorius 33. *syntagm.* 14. Gl. in *d. can. quisquis*, & in *can. sacrilegium, ead. q. 4.*

Placet tamen, ut distinguamus cum Lessio 2. *de Justitia* 45. *q. 4.* ut in profano, si in Ecclesiæ custodia sit, sacrilegium committatur: multi enim tempore tumultus, itineris, vel in causis aliis bona sua Ecclesia concredunt. Et in his Jus Canonicum locum habet. Sed si profanum casu in Ecclesia reperiatur, veluti si furoranti alicui nummos è crumena subducat, & eo casu non erit, nisi furtum, juxta declarationem Juris civilis. Hæc distinctio desumpta est a Cicerone *de Il. lib. 2. Sacrilegio pœna est, neque ei soli, qui Sacrum ab-*

Digitized by Google

abſtulerit, ſed etiam ei, qui ſacro commendatum. Quare & ibidem eam ipſe legem inter Pontificias retulit: *Sacrum, ſacrove commendatum, qui elapſerit, rapſeritque, parricida eſto.* Cum quis contra Deum, & Sanctos re injurius eſt, veluti ſacras imagines percutiendo, capite plectitur, Franch. *dec.* 504. *ex l. un. C. nemini licere.*

Pœnæ adverſus ſacrilegos de Jure civili arbitrariæ ſunt, quæ vel graviores, vel leviores erunt pro conditione perſonæ, rei, temporis, ætatis, & ſexus: adeout quandoque etiam ad beſtias damnentur, ſuſpendatur cruce, vel, ut hodie, furca, aut vivi comburium ſubire cogantur, *l. 6. ff. ad l. Jul. peculatus*, Clarus in §. *ſacrilegium*, *num.* 4. Verum ſi quis Eccleſiæ injuriam inferat, certam habet pœnam fuſtigationis, aut exilii; ita tamen, ut ſi ſacra miniſteria turbaverit, vel celebrari prohibuerit, etiam capite plectatur, *l.* 10. *cum auth. ſeq. C. de Epiſcopis, & Clericis.* At verò de Jure Canonico etiam pœna arbitraria eſt pecuniæ, infamiæ, exilii, deportationis, quin etiam excommunicationis, *d. can. quiſquis*, & *d. can. ſacrilegium.* Verum in quatuor caſibus excommunicatio ob ſacrilegium eſt latæ ſententiæ, ſeu ipſo facto incurritur. I. Cum Clericus percutitur, *can. ſi quis ſuadente 17. q. 4.* II. Si quis effractis Eccleſiæ portis, Calicem, Crucem, aliudve id genus ſurripiat, *cap. conqueſti, de ſententia excommunicationis*, quod eſt contra Navar. & Cajet. teſte Bonac. *cit. n.* 11. III. cum quis Eccleſiam incendit, *cap. tua nos, cit. tit.* IV. Si quis tributa a Clericis exigat, vel exigi curet, ſine Summi Paſtoris Auctoritate, Navar. *cap.* 27. Leſſius 2. *de Juſtit.* 45. *dub.* 4. Trident. *ſeſſ.* 22. *c.* 11.

Digitized by Google De

De Furtis.

TIT. VI.

FUrtum, in quantum peccatum, ita definitur a D.Th. 2.2.*qu.66.art.3.* nempe, furtum est injusta rei alienæ occupatio. Quæ definitio generatim tradita est, & multa sub furti nomine comprehendit, quæ Jus civile a furto discludit. Nam quamvis Jus civile in re mobili furtum statuat, sicuti in re stabili invasionem: tamen de Jure Canonico utrumque peccatum furti appellatione continetur. Ita quoque Jure Romano ad furtum exigitur animus lucrifaciendi; itaut si quis segetes alterius collegerit, non ut lucrifaciat, sed ut eas perdat, contra ipsum non agetur actione furti, sed injuriarum, vel damni dati, *l. cum qui injuriarum, ff. de furtis*. Sed Jure Canonico hic quoque furtum, ut peccatum est, committitur, ex quo oritur obligatio ad restitutionem, ut Jus læsum resarciatur, *cap.1.cum seqq. eod.* Sic etiam furtum de Jure civili est, cum res clam contrectatur, nam si palam, & per vim auferatur, rapina erit: sed hæc omnia Jus Canonicum furtum appellat. Hinc est, quod civile Jus furtum strictius ita definit. Est contrectatio rei fraudolosa, lucrifaciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere, §. *furtum, Institutionib. civilib. de obligationib. quæ ex delicto nascuntur.*

Verum si quis extrema necessitate urgeatur, vel ob nuditatem, non solum latenter, & clam furari potest, sed etiam aperte, & per vim rapere. Idque clare patet ex *dist.42.can.1.* ubi habetur: *Aliena rapere convincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur,*

D.Th.

Digitized by Google

D. Th. *loc. cit. art.7.* dummodo rei dominus æquali inopia non præmatur: nam in pari causa potior est conditio possidentis, *l.8.ff.de condict. ob turpem causam.* Hoc verum est de necessitate magna, non item de parva; tunc enim furtum sit, Gl.& DD. in *cap. si quis propter necessitatem, eod.* quem textum de necessitate etiam parva intelligit Covar. *de matr.p.2.cap. 6.§.9.num.4.*

Quæritur hic, an qui subtraxit aliquid ob maximam necessitatem, teneatur illud restituere, si ad pinguiorem fortunam pervenerit? Et verior opinio est, debere restitui; quia in extrema necessitate non plus Juris pauper habet ad auferendum, quam habeat obligationem dives ad dandum: sed dives non tenetur Jure naturali, succurrere pauperi donando, sed solum Jure charitatis mutuum dando, quia id satis est, ut præsenti necessitati subveniatur: ergo in paupere solum est Jus sibi providendi, tanquam mutuum, quocirca simul restituendi obligationem contrahit. Ita Adrianus, Lessius, aliique post Covar. in *regula peccatum, par.2.§.1.* & Medina in *C.de restitut. qu.3.* Quin Salas *de contractib. lib.ult. de restitut.* opinatur teneri, non solum rem restituere, sed adhuc resarcire damnum emergens, & lucrum cessans. Est in hac re quædam cum more Athenienſium similitudo, apud quos, quoniam facultatibus lapso, amici collata stipe ejus miseriam sublevabant. Hic verò si iterum ad eas divitias rediret, ut solvendo esset, tenebatur illud, quod ab amicis acceperat, unicuique eorum reddere, tanquam si mutuo, accepisset, ut ex Theophrasto docet Salmasius ad Jus *Attic.& Rom.cap.1.*

Quod si obiicias in extrema necessitate omnia fieri communia, ut de Jure naturali olim erant, eoque ad restitutionem non obligari, ut Scotus argumentatur;

Digitized by Google re-

reſponde id verum eſſe, ſi accipiatur non de abſoluto rei dominio, ſed ſolum ad hoc, ut interim ſibi pauper ſuccurrat.

Porro, ſi res, quæ a paupere aufertur, parvi momenti ſit, talis ſcilicet, quæ ſolet a domino, cui furripitur, largiri; tum ex eo non oritur obligatio reſtituendi; præſumitur enim dominum fuiſſe donaturum, ſi pauperis neceſſitatem, tanquam extremam, conſideraſſet.

Fures de Jure Canonico fiunt infames, ac propterea ad ſacros ordines promoveri non poſſunt, & promoti deponuntur, *cap. cum non ab homine de judiciis.* Imo ſi Clericus in viis publicis latrocinetur, in carcerem detruditur, ut ibi pœnitentiam agat, *cap. tuæ de pœnis.* Ulterius ſi depoſiti non reſipiſcant, aut ſe corrigant, debent excommunicari, & demum poteſtati ſeculari tradi, ut hic in §. *fures.* Tandem ſi fur flagrante delicto occidatur, indignus eſt pro quo oretur, cum eum in peccato capitali deceſſiſſe conſtet, *can. placuit* 23. *q.* 3. ſi Sacramenta petat, nec Pœnitentia, nec Euchariſtia ei denegatur, *can. pœnitentes, diſt.* 50. quo etiam caſu ſepultura Eccleſiaſtica impertietur, *can. fin.* 13. *q. ult.* & notatur in *cap.* 2. *eod.* Cætera, quæ huc pertinent, examinantur *lib.* 4. *Inſtit. civilium tit.* 1.

DE USURIS.

TIT. VII.

De definitione Uſuræ.

USura non eſt abſimilis furto: nam uſura dicitur contineri ſub præcepto Decalogi, furtum non facies. Nam qui uſuram accipit, rapinam facit, ait

Digitized by Google D. Am-

D. Ambros. *lib. de bono mortis, can. si quis* 14. *q.* 4. immo olim usurarius in quadruplum plectebatur, tanquam fur manifestus, ut Cato refert. Et hac in re placet definitio Leonardi, nempe usura est accessio sortis debitæ, ex solo pecuniæ usu. Explicatur definitio.

Dicitur accessio quodcumque augumentum, quod ex re quaque percipitur, ut fœtus ovium, pensio domus, inter quas accessiones computantur usuræ, *l. frumenti, C. de Jure dotium.* Quocirca cum accessionis accessio non detur, *l. neque eorum, ff. eod. l. hæres, §. ult. ff. de petit. hæred.* ideo usurarum usuræ præstari non possunt, *l. si non sortem, §. 1. ff. de condict. indeb.* nisi tamen usura vice sortis fungatur, quo casu de Jure civili recte præstatur, ut si tutor a debitore pupilli sortem cum usuris accepit, male administrando de utroque usuras debet, *l. tutor, §. si usuras, l.* 58. *§. 1. ff. de admin. tutor.* Idipsum est in procuratore, qui sortem cum usuris exegit; cum enim utrumque in proprios usus convertit, tenetur de utroque usuras Domino persolvere, *l.* 10. *§. si procurator, ff. mandati,* Fab. *de error. dec.* 20. *er.* 1. *num.* 7.

Dicitur ex solo pecuniæ usu; nam hæc est ratio, cur usura reputetur iniqua, nempe quod non exigitur pro lucro cessante, vel damno emergente ipsius creditoris, sed solum ex eo, quod debitor utatur. Unde usura dicitur, quoniam ob usum pecuniæ petitur, Petronius:

Fœnoris illuvies, ususque exederat æris.

Usus æris, hoc est Usura.

Digitized by Google

De Divisione Usuræ.

SUmma Usuræ divisio est, ut alia sit conventionalis, ex pacto, seu contractu debita, & hæc stricte fœnus dicitur, unde fœneratores, qui fœnus exercent, & fœnebris pecunia, quæ sub fœnore credita est, ut præsertim accidit in mutuo. Alia est legalis, quæ ex mora, & officio Judicis debetur, & generis nomen retinendo, simpliciter usura appellatur, Cujac. ad *tit. C. de usuris.* Et hæc principaliter non infligitur ob lucrum creditorum, uti est de fœnore, sed propter moram debitoris, quasi pœna sit, *l. cum quidam, §. si pupillo, ff. eod.* Et hoc non in omnibus negotiis, sed in contractibus bonæ fidei dumtaxat, ut passim Jure civili cautum est, *l.* 1. ubi Cujac. *ad Papin. l. mora, d. l. cum quidam, §. ex locato, ff. eod. l.* 24. *ff. depositi, l.* 2. *C. eod.* Excipe tamen legata, & fideicommissa, & legatorum fructus: nam licet actiones, quibus ipsa petuntur, bonæ fidei, *l.* 3. *C. in quibus casibus in integr. restit.* Hæ usuræ legitimæ non sunt, sed ipsorum modus arbitrio Judicis ex more regionis constituendus est, *d. l.* 1. *ff. eod.*

De Prohibitione Usurarum.

QUidam putant, fœnus solum, seu usuras conventionales ex mutuo esse Jure Divino prohibitas, ex verbis Christi, *Mutuum dantes, nihil inde sperantes.* Ita Salmasius, Donellus, Molinæus, Petrus Gregorius, quos reprehendit Leotardus, *q.* 4. *num.* 35. *& seq.* qui cum communi opinione Canonistarum omnium docet, etiam usuras legales prohiberi: aliter enim repugnat justitiæ commutativæ, quæ in-

Digitized by Google

ne-

negotiis exigitur; nam cum hæc utatur proportione arithmetica, æqualitatem rei ad rem desiderat, hoc est, ut reddatur creditori, quantum illi abest, & ne ex contrahentibus unus sit in damno, alter in lucro: hoc enim inæquale est, ut Alexand. 4 *eth.* 4. Sed si ex sola mora usuræ præstarentur, creditor plus caperet, quam illi absit, ponimus enim nihil ejus interesse sibi moram factam esse. Ergo exactio usurarum ob moram injusta est, & justitiæ commutativæ contraria.

Verum licet usuræ omnes prohibitæ sint, illud tamen receptum est, ut si ex mutuo damnum creditori emergat, veluti quod fundus colere, domum reparare nequeat; ea ratione petere a debitore possit, ut damnū illud resarciatur, exigendo ob id ipsum quod sua interest, Canonistæ *cap. conquestus*, & *cap. salubriter*, *eod*. Quod attinet ad lucrum cessans, multi ex antiquis Theologis, & Canonistis putarunt, nihil posse ex hoc capite peti, ut D. Th. Scotus, Abulensis, & alii apud Sotum 8. *de justitia*, *q.* 1. *art.* 3. *concl.* 4. Sed verò jam receptum est, ratione lucri cessantis, posse quidpiam ex mutuo recipi, nam hoc est quodammodo damnum emergens, cum inde quis minus habeat, quam verisimiliter sperare poterat, si pecuniam mutuo non dedisset, sed negotiando impendisset, Cajet. Salas, aliique apud Covar. 3. *var.* 4.

Obiicies 1. ex *Deut.* 23. ubi prohibentur Hebræi fœnerari pecuniam aut fruges fratribus suis, hoc est, Hebræis aliis, sed permittitur, ut fœnerentur extraneis, & gentilibus; ergo usuræ possunt esse licitæ. Sed respondemus, ibi loqui Deum non concessive, sed permissive, nempe permittitur Hebræis ob duritiem cordis, fœnerari gentilibus ad vitandum majus peccatum fœnerandi inter se; & prorsus modo, quo ipsis li-

Digitized by Google

libellus repudii permittebatur, ob cordis duritiem, ut ait Christus. Ita Hebræis permissa polygamia, quæ nobis prohibita. Ita D.Th. 2.2.q.78.*art.*1.*ad* 2. cui adhærent Cornelius a Lapide, & Gulielmus Estius. Verum quia verbum, *Fœneraberis alieno* videntur omnino concessionem facere; propterea responderi etiam potest cum Boufrerio, licitum fuisse Hebræis fœnerari alienigenis, quia cum Deus sit Summus rerum Dominus, potest sine ullius injuria, dominium cujuscumque ab uno in alium transferre. Ita in exitu ab Ægypto, Israelitæ ab Ægyptiis vasa auri, & argenti, vestesque pretiosas acceperunt, deditque Deus gratiam populo coram Ægyptiis, ut commodarent eis, & spoliaverunt eos, *Exodi* 12. Quod spolium Jussu Dei factum, non fuit injustum, quia Deus ipse rerum omnium Dominus.

Obiicies II. cum equum locamus, licitum est pro usu equi aliquid a conductore accipere: quare etiam cum pecuniam mutuamus, fiet licitum aliquid pro usu pecuniæ a mutuatario capere. Sed negatur paritas; nam dispar est ratio inter locationem, & mutuum; quia in mutuo transfertur dominium, eoque mutuatarius utitur pecunia, tanquam re sua: quocirca pro eo usu nihil alteri præstare debet, ut ipsa naturalis ratio suadet. Secus est in locatione, ubi dominium non transit in accipientem, qui propterea utitur re aliena, nec immerito pro eo usu quidpiam Domino præstat, & ex Stoicis notat Seneca 7.*de benef.* 4. *Nemo usuram pro pecunia sua pendit.*

A prædictis excipe cambia realia, in quibus usuræ conceduntur, eo quod non exiguntur ob solum pecuniæ usum, sed ob labores, pericula, & dispendia ejus, qui collybum, seu cambium facit, in pecunia transferenda, ut Theologi apud Leotardum in hoc *tract.q.* 1.*num.*33. Exci-

Digitized by Google

Excipe etiam, si quis ex mutuo quidpiam speret ob gratum mutuarii animum. Quod verum est, si spes sit concomitans, ut Theologi loquuntur: hoc est, quod spes sit causa impulsiva, itaut quis etiam mutuasset, si tali spe careret. Verum est secundo si spes sit antecedens, hoc est, causa finalis, nempe cum quis aliter mutuo non dedisset, tali spe destitutus; nam eo quoque casu nihil accipit ex usu pecuniæ, sed ex solo grato accipientis animo: & gratitudo non vitiat actum gratuitum, Molina *disp.* 305. Cæterum in Bulla Innocentiana, *cap.* 42. prohibita est hæc propositio: Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur, tanquam ex justitia debitum.

Usurarius etiam est contractus, qui dicitur Mohatra, & est quando quis egens pecunia, emit pecunia credita a Mercatore summo pretio, & statim eidem pecunia numerata pretio infimo revendit. E.g. alicui viginti aurei opus sunt, pannos de Mercatore emit pretio 30. aureorum post annum solvendo: mox eidem numerata pecunia 20. aureis revendit. Quem contractum licitum putat Escobarius *tract.* 3. *exam.* 5. si pretium, quo venditur merces, non sit majus summo: & cum revenditur, non sit minus infimo. Ita etiam Lessius 2. *de justitia* 21. *dist.* 161. Eum tamen ut usurarium damnavit Alexand. VII.

De Nautico Fœnore.

Species est: Quidam naviganti, vel ad nundinas eunti, pecuniam ea lege mutuo dat, ut si hæc a prædonibus, & piratis rapiatur, aut navis naufragium faciat periculum sit ipsius mutuantis. Quippe

Digitized by Google

ita conveniri ſolet; & ſicut in communi mutuatitia periculo debitoris pecunia datur, ita ex lege Rhodia in trajectitia danda periculum ſuum facit creditor. Ea lex Rhodia eſt, qua nauticas omnes controverſias decidi Imperatores Romani voluerunt jam inde ab Auguſtus, qui primus hanc illi auctoritatem dedit, & confirmavit Antoninus in *l. . . ff. ad l. Rodiam de jactu*. Quæritur ergo, utrum ob iſtud periculum, quod mutuans ſubit, queat ipſe uſuras exigere? Et quidem de jure civili, non ſolum ſolitas uſuras, ſed majores ſolitis petere ob eam rem licet, ut patet ex toto *tit. de nautico fœnore*; tamen aliud videtur ſtatutum de Jure Canonico in *c. naviganti*, *eod.* ubi apertis verbis dicitur, qui ob eam rem aliquid ultra ſortem recepit, uſurarium eſſe.

Verum multi ſunt, qui putant in eo cap. incuria amanuenſium negativam particulam abeſſe. Ita enim habent vulgati libri: *Naviganti, vel eunti ad Nundinas certam mutuans pecuniæ quantitate pro eo, quod ſuſcipit in ſe periculum, accepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cenſendus*, Ubi poſtremis verbis negationem addi debere contendunt, hoc eſt: *Uſurarius non eſt cenſendus*. Quod duplici ratione probant; primo quia Jura Canonica expreſſe ſtatuunt ob futurum periculum, ſeu ob dubium eventum poſſe quid ultra ſortem recipi, *cap. in civitate, verſ. Niſi dubium, eod.* Immo id ipſum ſtatuitur in eo ipſo *cap. naviganti, verſ. non debet*. Deinde, quia Gregorius IX. ibidem poſt verba jam recitata, ſtatim ita ſubdit: *Ille quoque qui dat decem ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licet tunc plus valeant, utrum plus, vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ veriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc uſurarius reputari.* Conſtat

Digitized by Google

ſtat autē particula illa. Quoque, denotari ſpeciem ibi deciſam eſſe omnino ſimilem ſpeciei proxime diffinitæ, ut patet ex *l.17.§.ſi tutor, cum ſeq. ff.de jure-jur.* Ergo ſi in poſteriori hac ſpecie mutuans ratione futuri periculi, uſurarius non reputatur, ſi quid ultra ſortem exigit: ita nec uſurarius cenſendus erit ille prior, Ita Gudelinus *de Jure noviſſimo lib. 3.cap. 3.* Fach.2.*contr.*48.Gibal.*de uſur. cap.*3.*art.*Joan.Bernacius *lib.2.de utilitate legendi hiſtor.cap.*15. aliique apud Gonzalez ad hunc textum, *num.* 7. qui tamen aliam explanationem adducere nititur.

De pœnis, quibus Uſurariis plectuntur.

PLurimæ ſunt pœnæ, quibus Uſurarii plectuntur tam de Jure civili, quam canonico, tam vivi, quam mortui, quæ omnia intelliguntur de uſurariis manifeſtis, *cap.ad audientiam, de accuſatorib.* Porro Uſurarius manifeſtus eſt, qui adeo publice uſuras exercet, ut nulla poſſit tergiverſatione celari, Clarus in §. *uſura, num.*14. Idem qui per Judicis ſententiam eſt de hoc crimine damnatus, Gloſſ.in *cap.*1. verbo, *manifeſtos, eod.in* 6.ubi etiam notat idipſum eſſe, ſi ipſo in judicio ſuum crimen fuerit confeſſus. Idem, qui palam per teſtes fuerit convictus, Bonac. *hoc tit.qu.*3.*punct.*15.

Primo itaque tenentur non ſolum uſuras reſtituere, quod etiam in uſurariis non manifeſtis locum habet, ſed ulterius communione quodammodo fidelium privantur; nempe nullus eis domum locare, nec ſub tecto recipere poteſt, ut olim erat de interdictione aqua, & igni, *can.miror.*17.*q.*4. Ita nec admittuntur ad offerenda munera altari, nec ad Pœnitentiæ Sacramentum, & multo minus ad Sacramen-

Digitized by Google

tum Altaris, *cap.2.& 3.eod.in 6.*

II. Redduntur infames; quare Clericus usurarius manifestus repellitur ab officio, & beneficio: quod si jam habeat, *intelligitur* id esse in suspenso. Immo si iterum in usurariam pravitatem incidat, potest ab officio, & beneficio deponi, *cap.1.eod.*DD. apud Covar.3.*variar.*4.

III. Sunt intestabiles, nisi prius usuras restituant, vel nisi per pignora, aut fidejussores de restituendo caveant, quam cautionem Sacerdos recipiet, qui non aliter eos in Sacramento Pœnitentiæ absolvet. Sed si ob temporis angustiæ, nequeat id expleri, potest bona sua sub Jurejurando hypothecæ subjicere, teste Joann. Andrea in *cap.quamquam, de usur.in 6.* Hinc fit, nec legata ipsa quidquam valere, nisi dein satisfactum sit usuris, & ex eo, quod supereſt, legatis piis fiat satis, Clarus in §.*testamentum, qu.*26. Menoch. de *arbitr. casu* 368. Sic nec causa mortis donatio subsistit, ne aperiatur via fraudibus, Clarus idem in §. *donatio, q.*7. Si non sint, quibus usuræ ablatæ restituantur, pauperibus loci erogantur. Verum si usurarius pauper sit, a restituendo excusatur; cum nullus teneatur ad id, quod facere non potest. Quod intelliguntur ut procedat, donec ad pinguiorem fortunam pervenerit, ex *cap.Odoardus, de solut.* argumento ex *can.si quis de corpore 26.q.6.*

Tandem mortuus Ecclesiasticæ sepulturæ tradi non potest. Quod si eo non obstante Clerici sepeliant, ipso Jure excommunicantur, *d.c.2.& 3.*

DE

Digitized by Google

DE ADVLTERIIS, ET ALIIS CONJUNCTIONIBUS ILLICITIS.

TIT. VIII.

De Adulterio.

ISTud est, cum matrimonii fides externa libidine frangitur. Et Jure canonico incurritur tam si vir nuptus cum altera concubat, quam si nupta mulier cum altero libidinetur, Canonistæ ex *can.* 1. *dist.* 34. Theologi post D. Th. 2. 2 *q.* 159. *art.* 1. Secus est de Jure civili, ex quo adulterium non fit, cum vir nuptus fœminam innuptam init, DD. in *l.* 1. *Cod. eod.* de qua tamen conjugum in æqualitate D. Augustinus conqueritur *serm.* 4. *de verbo Apostolico.* Ratio tamen Juris civilis est, quia uxor unius cum altero coeundo, non solum familiæ injuriam irrogat, verum etiam incertam prolem parit; & facile accideret, ut Pisius vir alienos pullos foveret in grave justorum filiorum præjudicium. Quæ non ita locum habent, cum maritus unius cum innupta fœmina se miscet. Cujus rationis meminit etiam D. Asterius Episcopus Amasiæ *homil.* 3. ubi pariter memorat ita de Jure Romano esse receptum, ut propterea magnopere decipiatur Menochius, qui Jus civile hac in re Juri canonico consentire putavit, *cons.* 420. *n.* 106.

Adulterorum pœna de Jure Divino erat, ut ipsorum uterque lapidibus obrutos periret, ut *Levitici* 20. Sed de Jure Canonico, quod à sanguine abhorret, statutum est, ut tam masculus, quam fœmina pro adulterio excommunicatione innodetur, *cap. intelleximus, eod.* Clericus vero adulter deponitur, & in monasterium detruditur, *can. si quis Clericus, can. Romanus, dist.* 81. Quin etiam in foro, ut dicitur, pœnitentiali,

Digitized by Google

Laicus pœnitentiam aget ſeptennio, Clericas decennio, *can. Præsbyter, diſt.* 83. *can. devotam* 27. *q.* 1. *can. hoc ipſum* 33. *qu.* 2. Quæ tamen pœnæ hodie moribus videntur deletæ, prorſus ut ſola multa irrogetur ab Judice, Franch. *dec.* 240. Illud tamen verum eſt, quod mulier in adulterio deprehenſa a patrefam. impune occiditur etiam cum adultero, qui ſi fuerit Clericos, non per hoc occiſor in ſententiam excommunicationis incidit; quia paterfam. licite occidit, DD. in *l. marito*, & *l. Gracchus*, *l. pater*, *ff. cit. tit.* Caſſiodor. 1. *variar.* ubi ait: *Pro amore pudicitiæ ferrum porrigere maritis, non eſſe celare legem, ſed condere*, Gellius in *noct. Att. de M. Catone*. Marito vero non licitum eſt, uxorem in adulterio deprehenſam occidere, licet occidere poſſit adulterum, *l. nec in ea*, §. *ſed qui*, junct. *l. marito*, *ff. ad l. Juliam de adulteriis*. Verum de hac re latius ad *tit. de publ. Judiciis*.

Illud tamen notandum eſt, maritum necando uxorem adulteram, a peccato non excuſari; nam etſi leges condonent viro pœnas ob juſtum dolorem, non tamen poteſtatem occidendi, tanquam publico Juſtitiæ Miniſtro concedunt, ut palam eſt ex *can. inter hæc* 33. D. Thom. *q.* 2. *diſt.* 37. Canoniſtæ poſt Covarr. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. Demum Alex. VII. in Bulla anni 1665. hanc propoſitionem damnavit: *Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam*.

De Stupro.

STuprum proprie eſt, cum quis virginem illicite deflorat. Et Jure Canonico obſervatur, quod olim cautum fuit apud Athenienſes, nempe ut ſtuprator dotata puella, eandem in uxorem ducat, modo in id puellæ pater conſenſerit, *cap.* 1. *eod.* Hoſtienſis in

Digitized by Google

in *summa de adulteiis num.* 11. Sed si pater repugnet, tum reus solum in dote multatur, æstimanda juxta rei facultates, & dignitater puellæ: idemque est, si stuprator eam uxorem habere legibus impediatur, §. *quod si quis*, ita tamen, ut si Clericus fuerit, deponatur, ex *can. Presbiter, dist.* 87.

Verum si consensiente patre in nuptias stuprator ipse puellam a se corruptam nolit uxorem habere, tum præter dotem, quam dat, etiam arbitrio Judicis punitur in corpore, & excommunicatur quousque visum fuerit Episcopo, ac tandem in monasterium deruditur ad pœnitentiam agendam, a quo sine Judicis venia egredi nequerit, *c. 2. eod.* ubi Canonistæ.

Stuprum etiam dicitur, cum quis viduæ honeste viventi vitium infert, §. *item lex Julia*, *Instit. civil. eod.* & pœna est pecuniaria, Judicem arbitrio, juxta conditionem facti, & personarum. Sed Stuprum cum vidua punire nunquam se vidisse testatur Clarus, cum Judicetur potius simplex fornicatio, §. *stuprum*, *num.* 4.

De Raptu.

RAptus est, cum virgo, sive mulier, de cujus nuptiis nihil actum fuerit ante, per vim abducitur. Ita Lancellottus hic ex *can. lex illa 36. qu.* 1. & *cap. pen. de raptorib.* Quare si fœmina in abductionem consentiat, raptus non erit. Sed quæsitum est, utrum raptus sit, cum fœmina quidem consentit, sed pater, in cujus potestate est, dissentiat? Et dicimus, de Jure civili certum esse, raptum constitui, ex *l. un. C. de raptorib. virginum*, ubi diserte Justinianus statuit, cum patrefam. contradicente abductio fit, semper raptum constitui, sive velint, sive no-

Digitized by Google

nolint virgines ipſe. Et ratio eſt, quia hoc caſu filia non dicitur juſte & recte conſenſiens, cum pater fam. repugnet.

Hoc autem non reperitur correctum de Jure Canonico, & propterea in utroque foro ſervandum eſt. Fallitur enim Maſcard. *de probat. concl.* 1159. cum opinatur id corrigi per textum in *cap. cum cauſa, de raptorib.* nam ibi longe diverſus caſus eſt; ſiquidem erant jam cum virgine contracta ſponſalia, a quibus ſine cauſa pater diſcedere volebat: ac propterea conſenſiente virgine, recte ſponſus eam abducit, nec raptum committit. Sed verum eſt, ſi non fuerit deſponſata, ſed ſolummodo, jam de matrimonio contrahendo inter ipſos actum fuerit, ut ibidem notat Abbas. Jus autem civile in *d. l. un.* loquitur, cum nec ſponſalia, nec ulla de matrimonio verba habita fuerint.

Jure Canonico raptores, & quotquot eis auxilium præſtaverint, ſunt ipſo Jure excommunicati, efficiuntur infames, ex quo ad honores aſſumi in poſterum nequeunt. Triden. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. ubi præterea ſtatutum eſt, matrimonium cum rapta, dum eſt in raptoris manu, etiam conſentiente contrahi non poſſe, ſed debere prius apud tutum ſequeſtrem poni, & tum ſi libere ipſa conſenſiat, recte nuptiæ celebrantur. Verum ſi id criminis per Clericum fuerit admiſſum, deponi poteſt, *can. raptor. cum ſeqq.* 27. *q.* 2. *can. eos*, *cau. raptores* 36. *q.* 2.

De Crimine Falſi.

TIT. IX.

FAlſum in ſuo genere eſt quæcumque doloſa veri imitatio, *l. quid ſit, ff. ad l. Corneliam de falſis* 5.

itaut

Digitized by Google

itaut sint qui nummos adulterant, pondera, & mensuras minuunt, aut falsum testimonium dicunt, aut falsis scripturis, aut falso nomine dolose utuntur, de quibus DD. in *C. de falsa moneta*, & *cod. de mutatione nominis*, & in *tit. ad l. Corn. de falsis*. Hic tamen falsum intelligitur de eo, qui literas Apostolicas, seu Bullas S. Pontificis adulterat. Quod delictū adeo grave reputatus, ut falsari laici una cum fautoribus excommunicatione feriantur: at si fuerint Clerici, non solum beneficiis, & officiis Ecclesiasticis spoliantur, sed etiā per Judicem Ecclesiasticum exauctorantur, seu degradantur, & seculari Judici puniendi traduntur, *cap. ad falsariorum, eod.* cum ibi notatis. Quæ pœna extenduntur etiam in eos, qui Regis aut pontificis sigillum falsum cudunt, Salzed. in *Pract. Can. cap.* 117. Boer. *dec.* 82. *num.* 3. imo etiam, si plubum tantum ex literis Apostolicis abstulerint, Felin. in *c. cum olim de officio delegati*, Menoch. *cons.* 27.

Excipe tamen, cum quis adulterat licentias audiendi confessiones prædicandi verbum Dei, vel ingrediendi claustra monialium quoniam hæ non dicuntur bullæ, aut literæ Apostolicæ: & leges pœnales non sunt extendendæ, Navarr. *cons.* 34. *de sententiis excommunicationis*. Excipe adhuc in eo, qui literas Apostolicas lacerat; etsi enim hic magnam injuriam Sedis Apostolicæ inferat tamen falsarius dici nequit, Bald in *l. sed, & si quis, ff. de in Jus vocando*. Felin. in *c. ex literis, initio, de officio delegati*.

Verum, ut id criminis incurratur, exigitur non solum veritatis immutatio, sed dolus, & jactura, ut Hostiens., & alii apud Navarr. in *manuali c.* 27. *n.* 26.

Cæterum nominis mutatio citra crimen falsi fit, cū dolus malus abest, ut in *l.* 1. *C. de mutatione nominis*; etsi non semper omni culpa vacet, veluti cum Hebreo-

Digitized by Google

breorum Pontifex nomine Jesus, seu Josue, ut græcos æmularetur dici voluit Jason, de quo 2. *Machab.* 4. Aliquando vero cum laude fit, & ita Religiosi viri, ut ostendant se rebus omnibus seculi vale dicere nomen sibi mutant, quasi tum renascantur. Quod etiam faciunt S. Pontifices maximo exemplo Christi, qui Simonem vocavit Cepham, seu Petrum, & Jacobum, & Joannem filios Zebedæi dixit Boanerges, seu filios tonitrui; & Saul se Paulum vocavit, in gratiam Proconsulis Sergii Pauli, quem in Cypro ad Christum convertit, ut tradunt D. Aug. 8. *confess.* 3. D. Hieronymus in *epist ad Philomenonem*. Vide latius Petrum Gregor. 36. *syntagm. Juris* 4. Serrarium in Josue *lib.* 1. *c.* 2. *q.* 4.

DE HOMICIDIO

TIT. X.

De definitione Homicidii.

HOmicidium, prout hic sumitur, est hominis cædes injusta, cum dicitur, hominis intelligitur corpus humanum animatum: nam si quis cadaver feriat, eique caput, vel manum amputet, de homicidio non tenetur, Covar ad *Clem. furiosus, eod. par.* 2. *num.* 1. tenetur tamen actione injuriarum, *l.* 1. §. *quoties ff. de injuriis*; nam falsum est, quod vulgo dicitur, mortuo, & absenti non fieri Injuriam. Dicitur Cœdes, quo nomine venit, non ea solum occisio, quæ armis fit, sed etiam, quæ fit veneno, *cap. si aliquis eod. l. ejusdem* §. *adiectio ff. ad l. Corn. de Sicar.* Quin etiam cædis appellatione signamus adhuc percussionem, quæ occidendi animo fit *l.* 1. *in princ. ff. cit. tit.* Tandem dicitur injusta, ut distinquatur

Digitized by Google

quatur a cæde justa, quæ lege jubente fit, ut est in capite damnatis, & in his, qui sacri sunt, seu forjudicati, de quibus est prima tribunitia lex, qua ita cavebatur: *Si quis eum, qui eo plebiscito sacer sit, occiderit parricida ne sit*, hoc est omicidium crimine non teneatur, Brissonius 2. *de form. pag.* 154. Rævard. ad *ll.* 12. *tab. cap.* 3. Sed quæsitum est an omicidium sit, si quis hominis nondum editum in utero matris interficiat, abortionis poculo, vel quo alio modo, puta si mulier ipsa saltet, vel quis prægnantis ventrem percutiat. Et sunt, qui negant ex eo, quod quia aduch in utero matris geritur, animal non est, sed spes animantis, *l.* 2. *ff. de mortuo inferendo l.* 1. *§. si quis proximior ff. unde cognati.* Unde partus non dum editus homo non recte fuisse dicitur, ut verba sunt Papiniani in *l. Falcidia* 9. *ff. ad l. Falcidiam.* Ita Bald. Alexand. & alii in *l. quod dicitur ff. de liber. & posth.* Ludov. Carrerius in *prax. crim. hoc tit. cap.* 1. *num.* 23. Cujac. *lib.* 19. *qq. Papinian.*

Sed verius est, homicidii esse, cum occiditur fœtus jam omnibus suis membris, articulisque in utero matris formatus, & delineatus; scilicet, quia tunc jam est animatus. Et patet *Exodi cap.* 21. ubi habetur: *Si quis percussit mulierem in utero habentem, & abortionem fecerit, si formatum fuerit, det animam pro anima; si autem informatum fuerit, multetur pecunia.* In vulgatis quidem Bibliis aliter legitur, sed quem adduximus textum, est 70. Interpretum, cui lectioni adhæret S. Aug. in *q. veteris, & novi testamenti*, & sequitur Jus Canonicum in *can. Moses* 32. *q.* 2. Idetiam patet in *can. consuluisti* 2. *q.* 54. & in *c. sicut ex literarum, eod.*

Neque aliter est de Jure civili, per quod mulier, quæ partum abegit, tanquam sicaria, seu homici-

Digitized by Google da

da punitur, *l. si mulierem. ff. ad l. Corn. de sicar. l. Cicero, ff. de pœnis, l. 4. ff. de extr. crim.* Et ad leges in contrarium adductas facile respondetur; nam in *d. l. 2. ff. de mortuo inferendo*, partus non editus dicitur spes animantis, quod spes sit animal jam esse, proindeque mulierem mortuam humari non debere, antequam ei partus excidatur. At vero in *d. l. 1. §. si quis proximior*, non ipse partus in utero jam formatus animal esse negatur, sed partus nondum conceptus negatur ibi animal esse.

Restat tandem textum Papiniani in *d. l. in l. Falcidia*, ubi affirmatur quidem, partum nondum editum, hominem non dici, sed hoc de maturo homine intelligendum est; separando enim eo loco fructus fundi, tempore mortis testatori maturi, & ancillæ partus nondum editus; illorum rationem haberi in computatione falcidiæ Papian. affirmat, at vero partus ancillæ nondum editi nullam rationem haberi, quia maturus homo, quod non dicitur, preterquã partus ancillæ in fructu non est, *§. in pecudum, Instit. Civilium, de rerum divisione.* Vide latius Henricum Boerum *hoc tit. lib. 1. cap. 1. a num. 16.*

Sed verius est antiquos Jurisconsultos in hac re sequutos Nicesium Philosophum, qui partum, cum editur in lucem, animari voluit; de quo ita Tertullianus in libro de anima: *Nicesius jam natis animam superducens ex aeris frigidi pulsu, quia & ipsum vocabulum animæ penes Grecos de refrigeratione respondens.* Unde nonnulli in abortu homicidium nunquam committi credidernut. Quæ omnia damnata sunt in *Bulla Innocentiana, cap. 35.*

De

Digitized by Google

De divisione. & pœnis homicidii.

1. EST Assassinium, ignotum de Jure civili, sed memoratum a Canonibus in *cap.* 1. *eod. in 6.* Ignobilis, sed perfidus populus Phœniciæ, fuerunt Assassini non procul a Tyro. Ipsorum Dominus, cujus decem Oppida erant (qui magnus senex montis dicebatur) mandare solitus erat suis, ut Principes, quos sibi infensos habebant, tradito pugione occiderent. Eos vero a pueritia varias Christianorum linguas addiscere jubebat, quo inter Christianos versantes, facilius ipsorum quærere eodem possent. Ita ex Paulo Æmilio *de gestis Francorum*, docet Duarenus 2. *disp.* 12. Meminit & Wilhelmus Tyrius. Ad horum autem exemplum hodie Assassini vocantur percussores quotquot pecunia conducti ex mandato alterius hominum occidunt, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 360. *num.* 42. Neque refert Christianus sit, an infidelis, qui occidit, & qui occiditur, Clarus §. *assassinium*, *n.* 1. & patet ex *dicto cap.* 1. *eod. in 6.*

Itaque ad assassinium primo exigitur mandatum, itaut homicidium sequatur ipso mandante absente. Nec satis est mandatum ad vulnerandum, cum omnino requiratur ad occidendum; ex quo licet mors non sequatur, adhuc tamen assassinium dicetur commissum, & ob criminis atrocitatem punitur affectus licet non secuto affectu, Clarus *loc. cit.* & Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 32. Requiritur etiam, ut pecunia sit in specie promissa, Vivius *commun. opin.* 74. idem est, si quis alteri sumtus quotidianos promittat, Franch. *dec.* 179.

Pœnæ assassinii variæ sunt in *cap. pro hujusmodi* §. *sacri eod. in 6.* nam mandator, & effectu non secuto,

Digitized by Google

to, ſacris interdicitur ipſo Jure; & ſi fuerit Clericus, deponitur etiam ab ordine; privatur etiam omni honore, dignitate, officio, & beneficio: quam tamen cenſuram hodie locum non habere advertit Toletus in *ſumma lib.*1, *cap.*38. *num.*17. cum intelligatur de iis, qui ex Phœniciæ gente utebantur ad aliorum necem. Præterea ex conſtitutione Gregorii XVI. aſſaſſinus non gaudet immunitate Eccleſiæ, ut neque fautores. Vide Addentes ad Franch. *loc. cit.*

II. Eſt Proditorium, cum quis ſub colore amicitiæ alterum interficit, Gloſſ. in *can. Clericis*, *diſt.* 46. quæ explicatio recepta eſt in foro, Bonac. *tom.*3. *diſp.*2 *q.*3. *punct.*16. §.8. Quod verum eſt, ſive nulla unquam inimicitia præceſſerit, ſive præceſſerit quidem, ſed dein pax ſecuta fit, Affl. *dec.*275. *num.* 63. Hic ex eadem Gregorii XVI. lege Eccleſiaſtica immunitate privatur, ſi forte in eam ſe receperit.

III. Eſt homicidium ſui ipſius. Et hi de Jure canonico, quacumque de cauſa ſeipſos interficiant, ſive ob dolorem, ſive pudorem, ſive ob rem aliam, privantur communi Chriſtianorum ſuffragio, & ſepultura Eccleſiaſtica, tanquam in manifeſto mortali peccato decedentes; dummodo voluntarie pereant, ſecus ſi ab infamia, & furore decepti, *can. ſi quis inſaniens*, & *can. placuit* 23. *q.*6. Neque obſtat, quod Samſon ſeipſum interfecit, & tamen inter Sanctos computetur a D. Paulo ad *Hebræos* 11. nam reſpondemus cum Nicolao de Lyra ad *librum Judicum c.*16. quod Samſon primario, ac directe non ſpectavit mortem ſuam, ſed hoſtium populi Hebræi: quod autem ad hanc mors quoque ſua conſequuta ſit, id præter directam Samſonis voluntatem accidit; & utique vitaviſſet, ſi fieri potuiſſet. Tamen 2. *Machab.*14. laudatur Rhazias, qui ſe ipſum gladio interfecit: *Eligens potius*, ut Scriptura ait,

Digitized by Google

ra ait, *nobiliter mori quam subditus fieri peccatoribus: & contra natales suos indignis injuriis agi*: quæ tamen verba ex ore vulgi excepta sunt, non quod ita sacer Scriptor senserit.

Excipe, cum ex Spiritus Sancti impulsu quis se neci tradit, ut de D. Apollonia Alexandrina, quæ in flammas se sponte conjecit, ut in Martyrologio Romano die 9. Februarii: & de D. Pelagia Antiochena, quæ cum matre, & sororibus se in flumen præcipitavit, ut castitatem tueretur D. Ambrosius *lib. 2. de virginib.* Nullo ergo modo, nisi Deo efficacius inspirante, licet sibi necem inferre, etsi D. Hieronymus dicat: *unde in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur*; nam Deus solus vitæ, & necis potestatem habet, ut in *Sapient. c. 16.* Et sane hæresis fuit Circoncellionum, qui sibi mortem conscisere non modo fas, sed etiam rectum putabant, D. August. *de hæres. sib. hæresi 69.* Vide Lessium 2. *de virtutibus Cardinalib. cap. 9. dub. 6.*

Porro de Jure civili non omnes, qui se ipsos interficiunt, æque puniuntur. Vide in *l. omne de dictum*, §. *qui se, ff. de re milit.* & in *l. si quis filio*, §. *ejus, ff. de injusto rapto.*

IV. Est parricidium, de quo alibi dicendum est. Illud hic occurrit notandum, quod si pater, aut mater filium suum infantem sponte occidat, Jure canonico minus puniuntur, ac civili, & coguntur solum ad pœnitentiam: quia mitius agitur cum Deo, quam cum homine, ut in *tit. Decretalium de his, qui filios occiderunt.* Quod si id non sponte, sed casu occidat, veluti si mater infantem suum in lecto habens, dormiendo casu oppresserit, tunc etiam in culpa dicitur esse, & graviter delinquit, & trium annorum pœna solet ipsi imponi, quorum unam peraget in pane, & aqua,

Digitized by Google

aqua, *cap. fin. ci tit.* Vide Lipsium *cent. 1. ad Belgas, ep. 85.*

De injuriis, & damno dato.

TIT. XI.

INjuriæ nomen generatim acceptum, significat id omne, quod non jure fit: quocirca delictum quodcumque est injuria. Sed specialiter, ut hic, accipitur pro contumelia, & irrisione, & opponitur honori, sicuti detractio, & susurratio contraria sunt famæ. Quæ hic breviter explicanda sunt ex Gordono 5. *Theolog. Moralis, quæst. 2. cap. 2. in princ.*

Fama est clara notitia de alterius virtute, & excellentia, prorsus ut fama in existimatione hominum consistat; quam existimationem cum quis in absentia, & occulte tollere, aut minuere conatur, dicitur Detractio, quæ differt a Susurratione, quod hujus vitii scopus sit discordiam inter aliquos disseminare, ut *Prov. 2. & 26.* & *Eccl. 18.* Ambo linguæ vitia sunt; & quamvis Detractio grave peccatum sit, & Detractores *Deo odibiles* dicantur ad *Rom. 1.* tamen gravius peccatum reputatur Susurratio, quæ amicitiam tollit; quippe amicitia præstantior est honore, & fama; hinc *Ecclesiast. Amico fideli nulla est comparatio*, D. Th. 2. 2. *q. 74. art. 1.* Molina *tract. 4. disp. 25.*

Honor vero est Actus reverentiæ exhibitus alter in testimonium virtutis, & excellentiæ. Hic læditur per irrisionem, quæ joco, & coram fit, habetque pro fine confusionem, & erubescentiam proximi: quæ, si fiat factis dicitur Illusio; si signis, veluti exerendo linguam, imitando manu auriculas asini, dicitur sub-

Digitized by Google

ſubſannatio: ſi verbis, retinet nomen generis, & dicitur irriſio, D.Th. *loc.cit. q.75. art.1. ad primum.* Contumelia vero etiam honorem lædit, ſed fit ſerio coram, vel in abſentia: & de hac loquitur Chriſtus *Matth.5.v.22. Qui dixerit Fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Hæc igitur omnia vitia ſunt in genere ſuo peccata mortalia; & pugnant contra Charitatem, & commutativam Juſtitiam, prout damnum afferunt, & propterea obligant ad reſtitutionem, & graviora ſunt furto ex D.Th *q.73. art.3.*

Injuria ergo dicitur fieri tribus modis, Re, Verbis, & Literis, Re, ut ſi quis in pugna, vel rixa alium lapide, vel pugna percuſſerit, quo caſu percuſſor tenetur non ſolum impenſas in medico factas reſarcire, ſed etiam præſtare quidquid percuſſus ſuis operibus poterat interim acquirere, & vulnere detentus non acquirit, ut notat hic Lancellottus ſtatim initio ex *cap. 1. eod.* Verbis, ut ſi quis alterum furem dicat. Ubi tamen notandum eſt, quod ſi injuriam paſſus vere fur ſit, de Jure civili injuriarum actionem non habebit, eo quod expedit peccata nocentium nota eſſe, ut ait Paulus in *l.eum qui nocentem, ff.de injuriis.* Verum de Jure Canonico, quia ſemper fama, & honor leditur, ideo ſemper injurians de peccato tenebitur ex *can. cum miniſter 27.q.5.* ut explicat Fachin.9. *controv.* 10. Literis, ut ſi quis in alterum, carmen famoſum conſcribat, ubi ob magnitudinem delicti plectitur non modo auctor, ſed etiam qui libello invento non ſtatim corruperit, ſed vim ejus aliis palam fecerit dolo malo. Contra horum libellorum auctores, & promotores Jus civile pœnam ſtatuit capitalem, *l. un. C. de libellis famoſis.* In Jure canonico flagelli, & excommunicationis pœna infligitur, *can.1. can.ſi quis inventi 5. q. 1.* Vide

Digitized by Google

Riccium hic. In foro autem conscientiæ certum est peccari contra charitatem, & justitiam commutativam ratione damni, Gordon. *lib.5.q.2.cap.2.§.8.*

Qui libellum famosum contra statum ordinis Prædicatorum, aut Minorum fecerit, est ipso facto excommunicatus, & a solo S. Pontifice absolvi potest, ex bulla Alexand. IV. incipiente ex alto. Quod privilegium extenditur etiam contra eos, qui in alias Religiones carmen famosum condunt, & edunt, quod scilicet prædictarum religionum prlvilegia communicata sunt: communiter DD. apud Bonacinam *de de contract.disp.2.q.4.punct.9.num.9.*

Neque dicas in materia pœnali, & odiosa, non fieri extensionem; nam respondetur, legem, quæ publicum bonum respicit, licet pœnalis sit, non haberi ut odiosam, sed favorabilem; ac propterea extendi. Exemplum est in lege, *Si quis suadente diabolo*, quæ, quia respicit publicum bonum Religionis, ideo reputatur simpliciter favorabilis, & extendenda, Gordonus *lib.2.Theol.moral.qu.11.cap.* Præterea hæc estensio in casu nostro dicitur facta ab ipso legislatore in privilegiis eorum, quibus communicata sunt.

Verum qui libellum famosum contra aliquem Religiosum conficit, non est ipso Jure excommunicatus; quia his non infamat ordinem nisi indirecte; & actus à fine principali specificantur, *cap.cum voluntate de sententia excommunicationis*, *l. si quis ff.si certum petatur*.

Porro damnum datum a servis, vel pauperies illata ab animalibus, quæ opus est, ut a domino resarciatur, etsi absque ejus dolo acciderint, cum quæcumque negligentia sit satis, ex qua paterfamilias tenetur, Canonistæ in *c. ul.§. fin.eod.* De his quod attinet ad forum externum diximus in *tit. de l. Aquilia*, de

Digitized by Google

de noxalib. actionib. & ſi quadrupex pauperiem, &c.

De Cenſuris Eccleſiaſticis.

TIT. XII.

CUm hactenus viſum ſit de variis delictorum generibus, illud proximum eſt, ut de eorundem pœnis agamus, inter quas Jure canonico principem locum obtinent Cenſuræ.

Cenſura definitur eſt, pœna ſpiritualis fori exterioris Eccleſiæ, qua ſpiritualium uſus impeditur, ut a contumacia diſcedatur. Ita Hugolinus hoc *tit. tab. 1. cap. 16. §. 4.* Explicatur definitio.

Dicitur pœna ſpiritualis; nam Eccleſia duplex pœnarum genus habet; aliæ corpus vel bona afficiunt, ut jejunium, verbera, mulcta; aliæ ipſam animam ſpiritualem, ut facit cenſura, quæ ea propter ſpiritualis pœna dicitur, *cap. avaritia*, ubi Gloſſ. *de elect. in 6.*

Pœnæ corporales, ut flagellatio, indici ſolent ſecundum canones, Concilium Braccharenſe in *can. cum beatus, diſt. 45.* Hadrianus Papa in *can. 1. 5. q. 1.* Id tamen apud Græcos in uſu non fuit, ut ex Balſamone conſtat in *Nomoc. Photii, tit. 9. cap. 25.*

Dicitur fori exterioris Eccleſiæ; nam Eccleſiaſticam cenſuram ferre non poteſt, niſi qui Juriſdictionem Eccleſiaſticam habet fori exterioris, & contentioſi; eo quod cenſura non ſit ſine cauſæ cognitione, *can. nemo Epiſcopus 2. q. 1. cap. ſacro*, & *cap. cum medicinalis, de ſententia excomm. in 6.* Hinc eſt, pœnam, quam Sacerdos in foro pœnitentiali injungit, non eſſe cenſuram, etſi ſacrorum, & ſpiritualium uſum prohibeat, veluti ſi celebrare confidentem vetet; nam

Digitized by Google

neque hæc est suspensio, neque qui secus fecerit, fiet irregularis; cum Sacerdos id injungens Jurisdictionem fori exterioris non habeat, Navarr. in *manuali, cap.* 27. *num.* 51. & in *cap. cum contingat in secunda causa nullitatis, de rescriptis.*

Dicitur qua spiritualium usus impeditur. Quod patet discurrendo per singulas censuræ species, quæ sunt excommunicatio, interdictum, suspensio; nam excommunicatio & Sacramentorum usum, & fidelium consortium tollit: interdictum facit, ne divinis interesimus, aut locis interdictis eadem facere valeamus: suspensio tandem in causa est, ne quis Ecclesiastica munera exerceat: quæ omnia in *tit. seq.* palam erunt.

Dicitur ut a contumacia discedatur; nam Ecclesia non punit ad mortem, sed ad salutem, & censura non est venenum malum, sed bonum *d. cap. cum medicinalis, de sententia excommunicationis in 6.* Hinc fit, ut cessante morbo, seu contumacia, absolutio tribuatur, *c. ex literis, de constitutionibus.* Et quamvis in sententia depositionis, quam Felix Papa misit Acacio C.P. Episcopo in fine legatur, *S. Spiritus judicio, & Apostolica auctoritate damnatus, nunquamque anathematis vinculo exuendus*; tamen id intelligitur, nisi resipiscat, ut explicat Gelasius Papa in *tomo de anathematis vinculo*, in quo respondit Orientalibus, qui in sententia damnationis Acacii hæc Felicis Papæ verba reprehendebant. Vide Valesium de Acacio, *cap.* 7.

Ita etiam est intelligendus *can.* 2. *Concilii Sardicensis*, ubi de Episcopo, qui per fraudes, & artes alienas Ecclesias invadit; commoto per seditionem populo ad postulandum, dicitur: *Ut nemo possit, qui est hujusmodi, ne in fine, sacra communione dignus haberi.* Hoc est ne in mortis quidem articulo. Ita-

Digitized by Google

Itaque Censura ad solam Ecclesiam spectat, ex Jure ligandi, quod a Christo est consequuta, ut habet *Trident. sess. 24. cap. 6.* & est solius masculei sexus, licet enim Abbatissæ Jus habeat impediendi ab officiis, & beneficiis Ecclesiasticis, id tamen vera censura non est, ut Avila *hoc titulo* docet post Suarez, & alios. Insuper censuræ auferunt usum spiritualium non modo inquantum ad extrinsecum usum, sed etiam inquantum ad intrinsecum in anima, ut contra Lutherianos, & Albanenses hæreticos de fide esse docet Suarez in *hoc tit.*

Porro censuræ aliæ sunt latæ sententiæ, aliæ ferendæ. Illa ipso Jure, ipsoque facto contrahitur, citra Judicis sententiam, hanc lex comminatur, sed Judex irrogat. Cognoscitur vero censura latæ sententiæ ex pluribus, hoc est non solum, cum lex ipsa id apertis verbis exprimit, sed etiam quando adjiciuntur verba, quæ enixam, ut dicunt, Legislatoris mentem denotant, ut confestim, mox, omnino excommunicentur, & id genus alia. Item cum irrogatur per verba præsentis, vel præteriti temporis: nam si verba futurum tempus respiciant, censuræ dicetur sententiæ ferendæ. Vide late Bonacinam *hoc tit. disp. 1. quæst. 1. puncto 1. propos. 2.* ubi etiam notat in dubio censuram ferendæ sententiæ intelligi, cum in pœnalibus mitior fiat interpretatio, *l. 11. & pen. ff. de pœnis.*

DE SENTENTIA EXCOMUNICATIONIS.

TIT. XIII.

De definitione, & divisione Excommunicationis.

PRima Censuræ species est Excommunicatio, quæ definitur Censura Ecclesiastica, quæ separatur

Digitized by Google

Christianos a communione Fidelium, ut Canonistæ, & Theologi tradunt. Potest autem quis tam pro morum improbitate, ut si fuerit fœnerator, vel Clerici percussor, quam pro opinione ab Ecclesiæ doctrina abhorrente, ut hæreticus, excommunicatione percuti, ut ad Titum *cap.* 3. *vers.* 10. Hac postrema usi sunt etiam Judei post captivitatem Babylonicam, cum non legatur ante id temporis doctrinæ causa ejectum esse quemquam e Synagoga, *Joann.* 9. Jam conspiraverunt Judæi, ut si quis confiteretur Dominum esse Christum, extra Synagogam fieret.

De triplici gradu excommunicationis apud Hæbreos, vide Petrum Possino in Catena Græcorum Patrum ad Marcum. Olim excommunicatione percussi invadebantur a diabolo, fiebantque energumeni, ut quidam explicant verba D. Pauli 1. *ad Corinth.* 5. ubi de incetuoso dicitur: *Tradere cum Satenæ in interitum carnis*: & in *can. audi*, & *can. omnis* 11. *q.* 3 excommunicati dicuntur a diabolo possideri: ita excommunicatus quidam a S. Ambrosio dœmone correptus est, ut refert Paulinus in vita. Quare potestas Matthæi 10. concessa a Christo Apostolis super dœmones, non modo de ipsis a corporibus ejiciendis intelligitur, sed de iisdem in corpora inducendis.

Prima excommunicationis divisio est, ut una sit Major altera Minor. Excommunicatio major est, quæ activa, & passiva Sacramentorum participatione, & fidelium exteriori convictu privat; adeout quis sola fide Ecclesiæ remaneat unitus, *can. Engeltruda* 3. *q.* 4. *cap. pen. eod.* Ubi notandum, quod cum absolute, excommunicatio, ponitur, semper de majori intelligitur, nunquam de minori, nisi expresse, minor, addatur. Quod verum est tam si excommunicatio proferatur ab homine, ut patet ex *d.*

cap.

Digitized by Google

cap.pen. quam si proferatur a canone, ut Panormit. ibidem notat, & in *cap. quod in dubiis, eod. nu.* 1. Idem habet Navar. Covar. & alii communiter. Porro qui ita innodatur, dicitur homo sacer, cujus caput Satanæ dicatum est, & devotum, ut ad *Galat.* 1.

Minor excommunicatio est, quæ passiva tantum Sacramentorum participatione privat, & solet contrahi ex commercio habito cum excommunicato vitando. Quare sic ligatus, Sacramenta accipiendo, peccat mortaliter: si fuerit Sacerdos & celebret non fit irregularis, quamvis graviter peccet, *can. si celebret de Clerico excommun.* Semper tamen Sacramentum pœnitentiæ invalide recipit, antequam a minori excommunicatione absolvatur, Bon. *hoc tit. dis.* 2. *quæst.* 3. *propos.* 3. Olim Judices ob contumaciam minorem excommunicationem ferre solebant, ob sanctiorem hominum vitam: hodie vero non fuerunt, nisi majorem, ut hic in principio notat Gloss. cum Abbate in *rubr. eod.* Et videtur colligi ex *cap. cum non ab homine de judiciis*, ubi Clericus prius excommunicatur, deinde anathemate feritur. At Cujacius ibidem de majore excommunicatione intelligit; nam ubicumque excommunicationis simpliciter mentio fit, non levior intelligitur, ut in aliis casibus, secundum quod dicitur, in ambiguis nos sequi quod est levius, vel minimum, sed ubicumque excommunicationis mentio fit, semper major intelligitur, *cap. pen. de sententia excommunicationis*. Ait ergo Cujacius anathematismi majorem esse, quam excommunicationis coercitionem, nam excommunicatio, si est major, separat a fraterna societate, & consuetudine; si est minor, a sacramentorum participatione tantum, non a consortio fratum, *d. cap. pen.* Anathematismus autem rescindit, & avellit ab ipso

Digitized by Google

Corpore Christi quod ita aperte declarato in magno Decreto Ivonis *par.* 14. *c.* 51.

II. Excommunicationis divisio est, ut una sit Canonis, qua quis ab ipso solum canone absque Judicis ministerio innodatur, quæ alio vocabulo late sententiæ excommunicatio nuncupatur. Altera est hominis, seu ferendæ sententiæ, & est, quæ a Judice Ecclesiastico fertur, *c.* 2. *de constitutionib. in* 6. *Clem.* 2. *de hæreticis*. Inter has illud est præcisum discrimen, quod excommunicatio a Jure perpetuo durat, donec Jus revocetur, aut antiquetur, Canonistæ cum Gloss. in *cap. a nobis*, *eod.* Excommunicatio hominis expirat cum latore, vel quando movetur ab officio. Verum, qui jam incurrerat in excomunicationem vivo latore excommunicatus manet, donec absolvatur, Riccius hic.

Præterea excomunicatus quocumque habeat, secum excommunicationem fert, qoæ cum sequitur, ut lepra leprosum. Idque declaratum est a Concilio Antiocheno *can.* 2. *Neque in alia Ecclesia recipi licere, qui in alia Ecclesia non conveniunt*. Sed vetustior Canon est; nam de eo meminit Concilium Nicœnum, *can.* 5. ibi: Valeat sententia secundum Canonem, qui pronunciat, eos qui ab aliis ejecti sunt non esse ab aliis admittendos.

Mortuos etiam posse anatemathi subjici docet D. August. *ep.* 50. ad Bonifacium, & late probat Concilii V. *collat.* 5. & 9. Valentino etiam Marchio, Basilides, Eunomius Apollinaris, & alii post mortem ab Ecclesia anathematizati sunt, Vide Riccardum ad *ep.* 11. *Procli*, ubi explicat illa Procli verba de Theodoro Mopsuesteno, *Eos, qui jam vitam reliquerunt supervacaneum est, post mortem inquietari*

Quoniam vero inter excommunicationes Canonis

ea

Digitized by Google

ea præcipua est, qua Clerici percussio innodatur; ideo sit:

De percussore Clerici.

EX *cap. si quis suadente* 17. *q.* 3. si quis suadente diabolo Clericum percusserit, statim excõmunicatione innodatur: quin si percussio sit publica, ut nulla possit tergi versatione celari, statim est excommunicatus, uitãdus *can. cum non ab homine eod.* atque ita ex Concilio Costanſiensi declaratũ notat Bonac. *disp.* 2. §. 1. *propos. un.* Cæterum hæc latius explicanda sunt.

Primo itaque exigitur, ut percussio suadente diabolo fiat, hoc est dolo malo, & lege inhibente; nam plurimi sunt casus, in quibus percutientes Clericos in excommunicationem non incidunt, veluti si quis ad tuendum se ipsum occidat Clericum, vel si superior suo Jure Clericum subiectum verberet, aliterque lædat, de quibus infra sermo redibit.

II. Ut percussus sit Clericus. Nomine Clerici venit etiam psalmista, seu qui primam tantum tonsuram habet; nam & hic Clericus a Canonico Jure vocatur *can. Cleros dist.* 21. *can. quis quis* 17. *q.* 4. Ita etiam monachus, & novitius, qui licet vere religiosus non sit, nisi cum religionem jam fuerit professus *cap. religioso* §. *quamvis eod. in* 6. tamen qui eum percutit, in pœnam canonis incidit, Riccius *collect.* 682. ubi notat idem esse de percutiente Clericum excommunicatum, vel degradatum. Ita quoque est de cujuslibet religionis conversis, vel tertiariis *cap.* 5. *eod.* Excipe tamen Moniales, quæ domi degunt, & vulgo *pinzoghere* dicuntur, quæque in communi religionis non vivunt, & propterea canonis privilegio non gaudent, Silvester *v. excommunicatio* 6. Excipe etiam

Digitized by Google

tiam in heremitis, modo prælato non subsit, & certam regulam servent, Navarr. in *can. qui autem 16. q. 1.* Qui pro uno Clerico, quem petebat, alium percussit, est excommunicatus: secus si volens Clericum percutere, laicum percussit, etiamsi cum putasset eum Clericum esse, quem petebat, Ugolinus *de censuris, par. 2. cap. 11. §. proposuimus num. 110.* Vide Clarum *§. fin. qu. 77. num. 8.*

III. Exigitur percussio, quod nomen non solum hic corporis lesionem designat, sed etiam latius patet ad quamvis personalem offensionem, ut si quis obsideret Clericum, ut ne de domo meretricis egrediatur, scilicet dolo malo, ut videatur a populo: secus si ex justa causa puta, ut capiatur a suo Judice, Decian. *lib. 6. cap. 74. num. 22.* Vide Riccium hic *§. interterdum.* Idemque est, si laicus Judex Clericum in vinculis habeat, nisi id de mandato Superioris Ecclesiastici faciat, *cap. nuper, eod.* Imo hoc verum non solum de eo, qui Clericum percutit, sed etiam de eo, qui Clericum percutit, sed etiam de eo, qui macdat auxiliatur, vel ratum habet *cap. mulieres eod.* modo auxilium non præstetur post percussionem; nam qui ita auxiliatur, non solum in hoc delicto, sed etiam in aliis nulla pœna afficitur, cum non dicatur dedisse opem delicto faciendo, Signorolus *de homicidio cons. 134.*

IV. Ut percussor fiat excommunicatus vitandus, opus est, ut percussio sit publica, hoc est coram multis facta. quod autem isti esse debeant Judicis arbitrio relinquitur. Neque enim certa in hoc præstari potest regula; nam decem, quod plerique satis esse putant, in vasta Urbe modicus censeretur numerus: at in exiguo pago fortasse dicitur plusquam satis, Menoch. *de arbitr. lib. 2 cent. 2. ca-*

su. 16.

Digitized by Google

ſu. 16. *n.* 7. Cravetta *conſ.* 121. *n.* 2. Opus eſt etiam ut nulla poſſit tergiverſationem velari; nam ſi quis coram læſus a Clerico re, vel verbis, atque ob eam rem ita petitus clericum percutiat, tunc licet ſtatim excommunicatione innodetur, non eſt tamen ſtatim vitandus ſed poſt Judicis declarationem. Quin ſi motus fuerit, ut dicitur, primo primus, nec etiam eſt excommunicatus, quia primi impetus non ſunt in noſtra poteſtate, ut DD. cum Suarez, & Sayro communiter docent, & nos ſtatim dicemus.

Sed hic nonnulla notanda ſunt. Et primo de eo, qui Clericum lædi mandat. Nam ſi quis alteri mandet, ut Clerico verborum tantum injuria inferatur, & mandatarius Clericum percutiat, quod dicitur injuria perſonalis, tunc mandans in excommunicationem non incidit: nam non tenetur, niſi quatenus mandavit, & mandati exceſſus omnino mandatario imputatur Decius *conſ.* 622. Circa revocationem vero mandati plures caſus diſtinquamus oportet. I. ſi mandatum revocetur, ubi jam executum eſt, licet id mandans ignoret adhuc tamen pœna canonis tenetur, Riccius hic in §. *ſed etſi* II. ſi revocetur ante executionem, & revocatio nota ſit ipſi mandatario, quæ eo non obſtante Clericum percutit: utique mandans excommunicationis pœnam evadit. III. ſi revocatio nondum ad mandatarii aures pervenit, ac propterea credens mandatum durare, percutiat: tunc quidem mandator apud Deum non tenetur, qui corda non ſcrutatur ut ex Bartolo, Andrea, & aliis docet Gloſſ. hic, ſed apud Eccleſiam militantem ſecus eſt, quia geſta per mandatarium ante ſibi notam mandati revocationem rata ſunt uno excepto matrimonii caſu Canoniſtæ in *cap. mulieres*, & *cap. cum quis eod. in 6.*

Illud

Digitized by Google

Illud verum est, consulentem alteri ut Clericum percutiat, semper censeri excommunicatum, licet inde consilium revocet: eo quod dispar de mandato, & consilio ratio est: nam mandatum omnino a mandante dependet, qui propterea eum revocat, idque mandatario notum facit, amplius non tenetur: at vero secus est de consilio, quod ubi semel datum est semper ex sua vi operatur. Sed utrum semper qui consilium præstat excommunicatus sit, queri potest? Et sunt, qui distinquunt, ut in furto: nam si consilium sit causa percussionis, itaut alias percussio non fuisset commissa; tunc secuta demum percussione, consulens pœna canonis coercetur, argumento ex *l. si quis uxoris §. neque verbo, ff. de furtis: & l. sæpe, in fine, ff. de verb. signif.* Quod si consilium solum in causa sit, ut promtius quis, & libentius Clericum percutiat non coercetur, ut neque actione furti tenetur, qui ita furti consilium prebet, *Instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur*, ut explicat Cujacius ibi, & colligitur ex Bulla Innocentiana *cap.* 39. ubi qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, tenetur ad restitutionem damni illati.

II. De Clerico, qui libens volens patiatur se percuti, quo casu nondum percussor, sed Clericus ipse percussus excommunicantur: veluti si Clericus ob satisfactionem injuriæ a se alteri illatæ, patiatur ab eo verberari, aut pulsari. Et ratio est, quia licet lesio non sit violenta, est tamen ordini Clericali injuriosa, cujus ordinis favori Clericus renunciare non potest. Abbas, Felinus, & alii in *cap. contingit, eod.* Hinc est, quod Clericus se ipsum graviter percutiens, non quidem ad pietatem, & sanctimoniam, sed sibi injurius ob iram, veluti si se vulneret, anathema sit, *cap. contingit, eod.* Andreas in *cap. 1. de vi-*

ta &

Digitized by Google

ta & honestate Clericor. in 6. Franc. Marc. *dec.* 878. Ita etiam de Jure civili pœna, quæ irrogatur ob injuriam alteri factam, multo magis obtinet ob eam, quam sibi quis infert, *l.* 6. §. *qui se vulneravit, ff. de re militari.* Illud tamen inter Canonistas in *d. cap. contingit* quæsitum est, an iste Clericus ita se ipsum percutiens sit ipso facto excommunicatus, an potius Episcopi sententia exigatur? Et verius est exigi, cum dispositio canonis directe loquatur de alio Clericum percutiente, non etiam de eo, qui se ipsum percutit. Idem dictum est de eo casu, quo Clericus patitur ab alio percuti: nam neque de hoc directe idem textus sermonem habet. Vide Navar. *cap.* 11. *n.* 11. Cajet. *v. excommunicatio, cap.* 10.

Accidit quandoque, ut pro violenta manus injectione quis excommunicationi non subjiciatur. I. si quis Clericum pro tuitione sui ipsius percutiat, cum vim vi repellere liceat, & defensio de Jure naturæ esse dicatur, *cap. si vero* 1. & *cap. ex tenore, eod.* modo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut Felinus ibidem notat *cap. significasti* 2. *de homicidio.* Quod etiam admittunt contra Clericum furem, vel raptorem, cum scilicet bona rapta, furtove sublata aliter recipi non possunt: eo quod bona sunt secundus sanguis, & vitæ æquiparantur. Cajet. in *summa v. excommunicatio, cap.* 10. *d.* Abbas in *d. cap. si vero, n.* 11.

II. Cum Clericus percutitur ab eo, qui eum Clericum esse ignorat, ut si incedat sine habitu, & tonsura: vel si nocte id accidat, Turrecrem. in *d. cap. si quis suadente, n.* 1. & 15. Nam ignorantia facti excusans a pœnis, *l. si quis ignorans, ff. locati, l. si qua per calumniam, C. de Ep. & Cleric.* Verum si quem cum habitu, & tonsura ego incedentem uti Clericum percutiam cum re vera talis non sit tunc licet gravius peccem, tamen

Digitized by Google

tamen excommunicationis pœna non teneor, nemo enim ab opinione excommunicatur, *cap. ſi vero* 2. & *cap. in audientia, eod.*

III. Percutiendo Clericum in ſtupro, vel adulterio deprehenſum, non incurritur excommunicatio. Quod de jure canonico verum eſt in uxore, matre, ſorore, vel filia, *d. cap. ſi vero* 1. *eod.*

IV. Idipſum eſt in iis Clericis, & Presbyteris, qui ſacro habitu contemto, enormia delicta patrent: nam hi fruſtra Eccleſiæ implorant auxilium, cum contra Eccleſiæ præcepta & ritus faciant, ut notat Lancellottus hic ex *cap. cum non ab homine, cap. perpendimus, cap. in audientia, eod.* & nos diximus ſupra *lib.* 3. *tit. de Judiciis.*

Tandem percutiens Clericum ratione officii, non excommunicatur; ut ſi Clerici ſeniores verberent pueros, vel adoleſcentes Clericos, quod divina turbent officia, vel non recte ea, quæ ipſis commiſſa ſunt, gerant: quod verum eſt, ſi Clerici percuſſi ſint in minoribus ordinibus conſtituti, *cap.* 41. *cum voluntate*, §. *fin. eod.* nam ſi in ſacris ordinibus jam fuerint, non idem licet: iſti enim debent admoneri, & niſi reſipiſcant, ſuſpendantur Gloſſ. hic ex *cap. dolentes, de celebrat. miſſar.* Idem eſto in Magiſtris, qui diſcipulos correctionis, aut doctrinæ cauſa percutiant; dummodo id moderate fiat, *d. cap. cum voluntate*, §. *fin.* nam modica caſtigatio permiſſa eſt docenti, *l.* 5. *in fin. cum l. ſeq. ff. ad l. Aquiliam.*

Nunc de abſolutione loquamur. Hæc ſoli S. Pontifici reſervata eſt *d. cap. ſi quis ſuadente*: ſcilicet, cum gravis percuſſio eſt, levis enim poterit ab Epiſcopo abſolvi, *cap. pervenit, eod.* At vero Abbas, Prior, vel alter ſupremus Monaſterii Rector Jus habet abſolvendi Religioſos, cum unus alterum percutit leviter

Digitized by Google

viter, non etiam graviter, *cap. cum illorum, eod.* Porro levis percussio censetur, quæ pugno fit, vel pede: gravis ex vulnere, alapha, & simili æstimatur: quæ tamen omnia Episcopi arbitrio remittuntur. Vide latius Bonac. supracitatum, *qu. 4. punct. 5.* Atque de his satis.

De Excommunicatione hominis, seu Judicis.

HOminis excommunicatio, sive quæ Judicis ministerio fit, sive ordinarii, sive delegati, ut in *cap. 1. & cap. præterea de officio delegati*, quo Juris ordine fiat, plura exigit. Et primo, ut præcedat monitio, sive citatio ad dicendum causam quare non debeat excommunicari, sine qua qui sententiam excommunicationis profert, in pœnam suspensionis incidit, *cap sacro eod.* Quæ monitio debet esse trina, licet unico monitorio fieri possit, datis 15. diebus, quinque scilicet pro quavis monitione, Covarr. in *cap. alma mater, par. 1. §. 9. n. 5.* Debet etiam esse personalis, vel facta in loco assiduæ habitationis, ut facile ad notitiam Rei pervenire possit, Rota *dec. 7. de sententia excommunicationis in noviss.*

II. Opus est, ut fiat in scriptis, causa expressa, & præstetur exemplar patenti. Nam si Superior oretenus excommunicationem faciat, peccat, & per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & divinis officiis suspenditur, intra quem si celebrare ausus fuerit efficitur irregularis, *d. cap. sacro, & cap. 1. eod. in 6.* quamvis Navarr. *cap. 27.* id intelligat de Prælatis inferioribus, non etiam de Episcopis, qui in generali pœnæ sanctione non comprehenduntur. Illud verum est hac constitutione non teneri Prælatos Religionum, qui

ex pri-

Digitized by Google

ex privilegio possunt oretenus monachos excommunicare, dummodo monitio præcedat, teste Avila hic.

III. Ut feratur in subditum, qui in Judicis territorio existat, alias non tenet: nam Jus dicenti extra territorium obedire non tenemur, *cap. ut animarum, & cap. a nobis eod.* Excipe, si jam ratione delicti fuisset instituta accusatio: vel cum quis excommunicatur ratione rei sitæ, puta ob beneficium, cujus causa beneficiatus revocaretur ad sedem: vel nisi esset monachus, qui ubicumque locorum potest a suo Superiore excommunicatione innodari, Angel. in *summa*, *v. excommunicatio*, Navarr. *d. cap.* 27. Et dicitur extra territorium, etiam qui est in loco exempto territorii, eodem modo, quo Ecclesiæ dicuntur extra territorium, id est Jurisdictionem Regis esse, licet in territorio Regis ædificatæ sint. Ita communiter DD. cum Navar. *de regularibus, cons.* 50.

Episcopus si terminos Paroeciæ exierit, Jus excommunicandi subditos suos non habeat, cum istud a Jurisdictione dependeat, quæ nisi intra Paroeciam exerceri non potest. Nam & Præfectus Urbi, cum terminos Urbis exierit, non potest Præfecturæ potestatem habere *l. . . . . ff. de offic. Præfect. Urb.* Ad quam legem, quæ extat etiam in Basilicis *lib. 3. tit. 4. cap. 3.* ita Teodorus Hermopolita: *Cæteri omnes Judices extra Provincias, quos regunt, constituti privati sunt, & illis impune a subditis non paretur.* Illud tamen meminerimus, sententiam Pastoris, etsi injustam, esse timendam.

IV. Mortale peccatum exigit, nam cum excommunicatio gravis pœna sit, non debet pro re levi ferri, nisi res levis reddatur ob contumaciam gravis. Hinc est, quod locustæ, Theophrasto & Discoridi, *Erica* Scaliger. *exerc.* 36. bruchi, arbores, cum omni

pec-

Digitized by Google

peccato carent, nec non excommunicantur, vide DD. cum Gratiano in 24. q. 3. *per tot.* Legitur tamen D. Bernardum muscas sibi Oratorium consecranti molestas, excommunicasse, quæ mortuæ statim sunt, ut in ejus vita, *lib.* 1. *cap.* 11.

De Communicatione cum Excommunicato.

QUi majori excommunicatione tenetur, omnino fidelium consortio privatur, sive activo, sive passivo, sive externo, sive interno, hoc est tam divinis suffragiis, quam fidelium convictu, & societate. Concilium Antiochenum *can.* 2. declaravit, neque in domibus convenientes orare licere pro iis, qui in Ecclesia non communicant. Quod verum est, cum excommunicatus est vitandus, scilicet jam est publice denunciatus, vel est manifestus Clerici percussor. Itaque non licet cum eo & sermonem miscere, & loqui sive per se, sive per nuncium, vel epistolas: ita nec cum eo publice orare, hoc est divinis sacrificiis, interesse. Prohibetur etiam eum salutare, ei assurgere, caput aperire, cum hæ sint communicationis signi: sic etiam communio cujuscunque contractus, electionis, judicii, & cujuslibet actus Juridici: tandem nullus potest cum eo accumbere, & edere, aut bibere. Quæ omnia hoc versiculo comprehendit Glos. in *cap. statuimus, eod.*

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Qui ergo cum excommunicato vitando communicat, in excommunicationem minorem incidit, *cap. sacris, de sepulturis.* Verum quandoque etiam major excommunicatio incurritur. I. si cum eo versetur in crimine, propter quod est excommunicatus, veluti si domum concedat ad retinendam concubi-

Digitized by Google

nam, ob quam fuit excommunicatione innodatus, *cap. nuper eod.* II. Clericus, qui scienter, & sponte participaverit cum excommunicatis a S. Pontifice, ipsos in divina officia recipiens, *cap. significavit, eod.* III. cum quis in contemtum Ecclesiæ cum excommunicato communicet, *cap. fin. in fine, de Clerico excommunicato.*

Cæterum excommunicatus minori, si indurescat, poterit ab Judice post canonicam monitionem etiam majori excommunicatione irriteri, *cap. statuimus eod. in 6.* At qui in majori obdurescit, est suspectus in fide, potestque citari tanquam hæreticus ad dicendum causam, quare non obediat Ecclesiæ, & quid de fide sentiat, *cap eum contumacia, de hæretic. in 6.* Trident. *sess. 25. cap. 2.* Apud nos ex Synodi Constitutione, qui per mensem obdurat in excommunicatione, potest pecuniarie plecti: qui per annum, habetur pro confessio in quantum ad delictum, vel debitum, cujus gratia fuit excommunicatus, & propterea condemnatur.

Quando quis communicans cum Excommunicato excusetur.

I. SI quis versetur cum eo, quem ignorat esse excommunicatum vitandum, ob facti ignorantiam excusatur, modo ignorantia crassa, & supina non sit, *cap. si vero, eod. cap. Apostolicæ, de Cleric. excomm.* Sed dubium est de ignorantia Juris, veluti si quis ignoret ex aliquo delicto excommunicationem contrahi, utrum versando cum delinquente in excommunicationem incidat? Et nos affirmamus, etiamsi ignorantia sit invincibilis; tum quia ignorantia Juris non excusat, tum etiam quia cum quis rem illicitam, & prohibitam facit, ex natura rei statim se obli-

Digitized by Google

obligat ad pœnam, Gloss. in *cap. a nobis* 1. *eod.* Medina, Gabriel, Mayor, & alii cum Covarr. in *cap. alma mater*, *par.* 1. §. 10. Quam sententiam ex Interpretibus Juribus Cæsarei sequuntur Bart. & Bald. in *l. cunctos populos*, *C. de Summa Trinit.* cui producunt etiam verba Cic. 4. *Verrina*; ubi ait desperatissimo perfugio se tueri eum, qui dicit imprudenter se feciſſe, quasi liceret. Cæterum id verum puto, cum est excommunicatio Canonis: secus vero si sit Judicis, quo casu ignorantia excusat ex eo, qui ad incurrendam hujusmodi excommunicationem exigitur monitio, & contumacia, ut diximus. Atque ita intelligendi sunt Abbas, Butrius, & Felinus in d. *cap. a nobis* 1. Sotus in 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 2. *propos.* 4. Suarez aliique cum Bonac. *de censur. dist.* 1 *q.* 2. *punct.* 1. Quia vero ignorantia facti semper excusat, ut dictum est, ideo ne id obtendatur, debent Episcopi excommunicatorum nomina tam suis Parochianis, quam vicinis Episcopis indicare, ut ea præ foribus Ecclesia posita, a cunctis ediſci queant, *can. cura* 11. *qu.* 3.

II. Excusatur qui ob legem, vel Jus subjectionis excommunicato adhærere, & cum eo excommunicare tenetur, ut filius in potestate, & pater, servi, & domini cum famulis, & rusticis, item vir, & uxor, *cap. inter alia eod. can. de filia* 27. *q.* 1. *can. quoniam* 11. *q.* 3. ubi notatur non idem esse de filio emancipato, qui cum non subsit amplius patri, eundem excommunicatum vitare tenetur.

Ita Hincmarus Archiepiscopus Remensis *ep.* 41. ad Hadrianum II. Pontificem, quod communicet cum Regem ab ipso excommunicato, ob necessitatem communicandi se excusat, & quod Regis subtus esset.

Digitized by Google

III. Ob neceſſitatem, veluti ſi mercatores, aut viatores in eum locum devenerint, ubi ab aliis, quam excommunicatis emere non poſſunt, licite cum ipſis verſantur, *cap. ſi vere, §. eſt autem, eodem.* Sic quoque creditor a debitore excommunicato recte exiget, ne alioqui quis utilitatem, & beneficium ex ſua contumacia, & delicto ſentiat, *dicto cap. ſi vere, can. legi 16. q. 1. cap. ex tenore, de reſcriptis, cap. petiſtis de priv.* Sed debitor excommunicati adveniente ſolutionis die totius aget, ſi æs debitum apud ædem Sacram deponat, Canoniſtæ in *cap. veritatis, de dolo, can. inter alia 15. qu. 6.* Idipſum intelligendi de neceſſitate ipſius excommunicati, qui ab aliis victum emere poteſt pro ſe, vel pro familia, atque alia id genus facere. Idem Prædicatores verbi divini, qui aliter vitam tolerare nequeant, recte ab excommunicatis eleemoſinas accipient, *d. cap. cum voluntate §. 1.*

IV. Ob eandem rationem excuſantur, qui coacte, & per vim abſolutam cum excommunicato verſari adſtringuntur, cum magis pati, quam agere videatur, *cap. ſacris, quæ vi, metuſve cauſa fiunt, can. de Judæis 15. q. can. Præſbyteros, diſt. 50. can. coſtal. 1. q. 1.* Non ita eſt de iis, qui metu inducti communicant: nam metus culpam minuit non tollit, *cap. in primis 2. qu. 1. can. eos, diſt. 4. de conſecr. can. quisquis 11. q. 3.*

Tandem non incidit in excommunicatione, qui excommunicatum admonet, ut reſipiſcat, cum voluntate, & propoſito moleficiat, interponat, *d. cap. cum voluntate, can. cum excommunicato 11. qu. 3.*

Digitized by Google

De

De Pœnis Excommunicati.

PRæter eas pœnas, quæ ſupra recenſuimus in diviſione excommunicationis majoris, & minoris, ſunt aliæ nonnullæ, quæ hic explicari debent.

I. Nullus excommunicatus poteſt ullum actum ordinis ſolemniter adminiſtrare, ſive Cleric us ſit, ſive etiam Epiſcopus; quod ſi fecerit, in irregularitatem incidit *cap.* 1. *& cap.* 15. *de Juriſd. in 6. can. ſi quis Epiſcopus* 21. *qu.* 3. Hic Sacerdos excommunicatus adminiſtrans Pœnitentiæ Sacramentum, fit irregularis, propterea quod Sacramentum iſtud, quamvis ſecreto fiat, ſemper ſolemniter adminiſtrari dicitur: quæ ſententia tuta eſt, etſi in contrarium putet cum aliis Riccard. in 4. *diſt.* 18. *art.* 7. *q.* 5. Secus vero eſſet in baptiſmo, vel matrimonio, quæ aliquando ſine ſolemnitate adminiſtrari accidit: quo caſu etſi adminiſtratio eſſet illicita, tamen irregularitatem non producit, Navarr. in *ſumma cap.* 27. Angel. in *ſumma v. irregularitas.*

II. Excommunicatus vitandus valide exercere actus Jurisdictionis non poteſt *cap. decernimus eod. in* 6. quocirca proceſſum coram Judice ita excommunicato compilatum eſt ipſo Jure nullum ab initio, quamvis quidam voluerint deberi per ſententiam nullum declarari; & condemnato a Judice excommunicato competit exceptio nullitatis ſententiæ, ut alibi dictum eſt.

III. Excommunicatus vitandus nequit valide conferre beneficia, Can. in *cap. tanta de eccleſiis. Prælator.* Covarr. in *cap. alma mater, par.* 1. §. 7. n. 9. E'contrario quilibet excommunicatus occultus, privatur fructibus beneficii, ſi quid habet, itaut ſi eos percipiat

Digitized by Google

piat, restituere teneatur, nisi bona fide perceperit. Quin etiam, quoties in excommunicatione obdurat, & persistat, potest ex multorum sententia, beneficio per sententiam privari: quod tamen in pensionibus locum non habet, cum pœna sint restringendæ, Galteriis *de Conciliis, lib. 2. dist. 5. cap. 3.*

IV. Excommunicatus vitandus nequit in Jurepatronatus præsentare, nec in electionibus eligere, *cap. ult. de sede vacante, in 6.* Abb. & Can. in *cap. nobis de Jurepatr.* Lambertinus *de Jurep. par. 3. lib. 2. art. 4.* Excipe in electione S. Pontificis, in qua Cardinalis excommunicatus valide eligit, cum pro eo tempore censeatur suspensa, DD. in *cap. cum inter*, & in *cap. cum dilectus, de elect.* Ulterius licet excommunicatus prohibeatur præsentare in Jurepatronatus, tamen interim tempus semestris quod Clerico ad præsentandum conceditur, vel quadrimestris, quod impartitur laico, non currit, cum non volenti agere nulla currat præscriptio: quare poterit post absolutionem præsentare *loc. cit.*

V. Excommunicatus est infamis infamia Juris, quod si obduresçat, subit etiam infamiam facti, *can. infamis 6. q. 1.* Roman. *cons. 175.* & Rota *dec. 363.* quare non potest ad honores, & dignitates submoveri; sed tamen communis sententia est, valide eam lauream doctoratus conferri posse, Decius in *cap. perpendimus, de judiciis*, contra Bald. & Salyc. in §. *ideoque, prima constitutione Codicis.*

VII. Excommunicatus vitandus nequit rescriptum vel a Principe, vel a Summo Pontifice impetrare, *cap. 1. de rescript. in 6.* id quoque est, si impetretur ab alio Prælato inferiori, prorsus ut impetratio nulla sit, Navarr. *cons. 44. de sentent. excomm.*

VI. Item excommunicatus nequit in judicio agere,

Digitized by Google

re, vel procurationem exercere sive pro actore, sive pro reo *cap. intelleximus de judiciis cap. ult. de procuratorib. can. aperte, can. miramur* 2. *q.* 1. De qua tamen re latius alibi a nobis dictum est.

Ab excommunicatione appellare non licet, quia sententia Pastoris etiam injusta timenda est. Unum excipe casum ex Concilio Sardicensi *can.* 14. ubi ei, qui est excommunicatus ab Episcopo in iram prompto, conceditur appellatio ad Metropolitanam provinciæ: ipse tamen ante rei cognitionem sibi suo Jure tribuere non debet.

In Concilio Nicæno *can.* statutum est, ut in Conciliis, quæ his in anno in unaquaque Provincia congregarentur, examinarentur causæ eorum, qui a communione separati sunt, nunquid scilicet, vel contentione, vel aliqua hujusmodi Episcopi acerbitate a communione pulsi sint

In Concilio Anthiocheno *can.* 6. hæc habentur; *Si quis a proprio Episcopo fuit excommunicatus, ne prius ab aliis suscipiatur, quam suo reconcilietur Episcopo, vel Synodo, quæ congregatur, accedens se defenderit, & persuasa Synodo aliam sententiam retulerit. Hæc autem definitio adversus laicos, & presbyteros, & Diaconos, omnesque, qui sunt in Canone, observetur.*

De Absolutione Excommunicationis.

JUs absolvendi ab excommunicatione habet quilibet Episcopus in sua Diœcesi, nisi sit S. Pontifici reservata, uti est de ea, quæ ob publicam Clerici percussionem contrahitur. Ubi notandum hanc absolutionem non peti omisso medio; cum quisque debeat ab eo absolvi, a quo ligatus est, ut suo etiam exem-

Digitized by Google

plo docuit Theodosius junior apud Theodoretum, *l.5.c.37.* ibi Henricus Valesius monet: Excipe si Episcopus auctoritatem absolvendi eum, cui vinculum Ecclesiasticum injecit, reservaverit S. Pontifici, vel Metropolitæ, vel Patriarchæ; nam Synesius Ptolemaidis Episcopus *epist. 67.* ad Theophilum Alexandriæ Episcopo de Lamponiano quodam excommunicato ita loquitur: *Remisi autem auctoritatem absolvendi ad sacram Sedem*, hoc est ad sedem Alexandrinam. Verum qui est excommunicatus ab Archidiacono, qui vel permissu Episcopi, vel ex consuetudine potest hanc auctoritatem habere, *cap. ad hæc, de offic. Archid.* is ab Episcopo recte absolutionem petet, qui est Archidiaconi Judex: at non recte petet a Metropolitano, qui regulariter nullam habet potestatem in subditos suffraganei, *cap. pastoralis, de offic. ord.* Excipe, ut peti possit a S. Pontifice, & a Concilio, sive Provinciali, sive Generali, Concilii Antiocheni, *can.6.*

Sede autem vacante ob Episcopi mortem, sive naturalem, sive civilem, veluti si ab hostibus sit captus, Jus absolvendi devolvitur ad Vicarium Capitularem, qui paucis exceptis in Jura Episcopi succedit, *cap. un. de major. & obed.*

Qui pluribus est innodatus excommunicationibus, sitve ob eandem causam, sive ob diversas, si ab unica tantum excommunicatione se absolvere faciat, non ob id communioni restituetur, cum ad huc dicatur innodatus: sed est opus, ut ab omnibus absolvatur, vel unica absolutione, si superior ab omnibus possit absolvere, vel pluribus absolutionibus, *cap. cum per causam. cap. officii, eod.* Unde patet, ligatum una excommunicatione posse amplius ligari altera, *can. Engeltrudam 3. qu. 4. cap. dura, de crim. falsi.*; nam excommu-

Digitized by Google

municatio poteſt conſiderari, ut expulſio extra Eccleſiam, & ut ligamen: ut expulſio non recipit magis & minus: ut ligamen poteſt fortius, & ſtrictius ligare; & hac quidem ratione poteſt quis pluribus excommunicationibus innodari: nam duplex vinculum fortius ligat, & triplex funiculus difficile rumpitur, Mancinus hic, & Canoniſtæ in *d.c.officii eod.* Sic ergo qui Clericum in Eccleſiam percutit, duplicem excommunicationem incurrit, unam ob violationem perſonæ ſacræ, alteram ob injuriam loco ſacro illatam, *d.cap.cum per eam, eod.* ubi de hac re late. Ita etiam qui ſe per vim & metum abſolvere facit, non modo abſolutio nullius eſt momenti, ſed etiam duplici excommunicatione tenetur, Triden. *ſeſſ.25.c.13.* quod verum eſt, etiamſi cenſura, a quo voluit ſe abſolvi fuerit injuſta; nihil enim eſt tam contrarium legibus, quam vis & metus, Angelus in *ſumma*, *v. excommunicatio 7.caſu* 18. Ricc. in *diſt.* 18. *art.* 11. *q.*5.

Excommunicato etiam reſervato, cum certius dies mortis videtur adeſſe, quilibet Presbyter communionem impartire poteſt, ex Eccleſiæ benignitate; nam ut ait Sineſius *d. epiſt.* 67. de hac re loquens: *Nemo vinctus anathemate mihi moriatur.* Ex qua eadem epiſtola diximus, ita abſolutum, ſi convaluerit, eadem reſervationis conditione obnoxiū pœne eſſe.

Sunt qui putant excommunicationem in gravi morbo, Sacerdote deficiente, valide a laico abſolvi: ut propterea ejus cadaver poſſit licite in Eccleſia ſepelliri, Diana *num.*8. *tract.* 7. *reſol.* 79. poſt Candidum, Sylveſtrum, & alios. Quam opinionem Eccleſiæ pietas erga ſuos filios probabilem facit; & ſi aliud ſit de Sacramento Pœnitentiæ, quod nullo caſu a laico adminiſtrari valide poſſit.

De

Digitized by Google

De Eccleſiaſtico Interdicto.

TIT. XIV.

INterdictum hic eſt Eccleſiaſtica cenſura, quæ excludit fideles a participatione quorundam Sacramentorum a Divinis officiis, & Eccleſiæ ſepultura, *cap. non eſt obligatorium, de pœnitentiis, cap. ſi Civitas, cap. is qui, & cap. alma mater, de ſententia excommun. in 6.* ubi Covar. Quæ definitio ſatis ex ſequentibus declarabitur; interim notandum eſt, interdictum poſſe etiam in innocentes ferri: ita quandoque familia, vel cives ad Dominum, vel civitatis Rectorem puniendum, interdicuntur, Joann. Andr. in *cap. ſi ſententia, de ſentent. excomm. in 6.* Secus eſt in excommunicatione, qua quis pro alterius peccato teneri non poteſt, *can. ſi Epiſc. 24. q. 3.* Quod quidam intelligunt de excommunicatione majori; nam in minore non ſolum, qui crimen admiſit, ſed & ipſius familia recte excommunicatur, ubi Gl. docet ex *can. minor. 17. qu. 4.* ubi D. Aug. pro patrisfamilias delicto, vetat. ne Clerici oblationes familiæ ipſius recipiant. Quæ ſententia Jure diſplicet Anton. Timoth. hic in *§. ſed etſi*; nam non ex eo, quod alicujus oblationes non recipiantur, indi fit, ipſum intelligi excommunicatione minori innodatum. Quod patet exemplo meretricum, quarum oblationes Eccleſiæ ob criminis deteſtationem non recipit, nec tamen eas excommunicat, ut *Deut. 23. v. 17. Non offeras mercedem proſtibuli, nec pretium canis in* Domo Domi *Dei tui*, ubi magis Joſephus 4. *antiquit. 8.* pretio canis intelligit ſi canus venaticus, aut grecis cuſtos vendatur: ſed verius eſt pro cane impudentiam meretricis oſtendi, Martinus del Rio *diſquiſit. Magic. lib. 3. p. 1. q. 3. ſect. 2.* Vide tamen D. Th. 2. 2. *q.* 86. *art.* 1.

In-

Digitized by Google

Interdictum Ecclesiasticum multiplex est. I. unum est interdictum Juris, alterum Judicis, Juris est, quod ex sacris constitutionibus ob causas justas infertur, citra ullam Judicis sententiam. Ita ergo interdicta intelligitur Civitas, in qua Summi Pontificis electio fieret, spretis solemnitatibus, quæ de Jure exiguntur, *cap. ubi periculum, §. civitas, de elect. in 6.* Sic quoque, cum Cives Cardinalem neci tradiderint, vel quovis modo ad necem concurrit, vel etiam si intra mensem ita delinquentes non duxerint puniendos, cum tamen id commode fieri potest. Excipe, cum occisio Romæ contingerit, *cap. felicis, de pœnis in 6.* & habetur in *Bulla cœnæ.* Non secus est, cum Episcopus injuriose accipitur, veluti quia percutitur, vel in exilium ejicitur, *Clem. si quis furente, de pœn.* Præterea Jure ipso interdicta est Civitas, cujus Rector adigit Ecclesiam, vel Ecclesiasticos homines ad tributa solvenda de propriis rebus, quas tamen negotiationis, & mercaturæ causa non deducant, *cap. quamquam, de censur. in 6.* Idem est, si domos locaverit alienigenis fœneratoribus, qui eo se ad fœnerandum conferant, nec intra tres menses expulerit, *cap. usurarum, de usur. in 6.* Et Ecclesia interdicto subjacet, cum simoniace consecratur, *can. Eccles. 1. q. 4.* vel cum sanguinis, aut humani seminis effusione polluitur, *can. si motum. de consecrat. dist. 1. cap. Ecclesiis, cap. fin. de consec. Eccles. can. un. cit. sit. in 6.* Alios casus, ex quibus Juris interdictum contrahitur, videas apud Riccium hic. Sed notandum est, Sacerdotem qui in Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniace consecrata, peccare quidem, sed non fieri irregularem, cum id nullo Jure sit expressum: quam tamen irregularitatem incurret, quoties Ecclesia alio ex capite interdicto subjecta est, prorsus ut huic Sacerdoti a foro S. Pon-

Digitized by Google

Pontifice possit dispensari, *cap.is,qui,cap.ult.de sententia excomm.in 6.cap. Apostolicæ,de Cler. excomm.*

Judicis interdictum,quod gravem ob causam profertur ab Judice sive ordinario,sive delegato quo jubet locum,vel homines a Divinis esse arcendos, *cap. quorum,cap.grave,de officio ordin.cap.noviter, de officio delegati.*

II. Dividitur interdictum, ut unum sit locale, alterum personale. Locale est, cum directe Oratoria,Ecclesia,vel Municipia a Divinis ministeriis interdicuntur; nec afficit personas, quæ alibi recte sacris rebus vacabunt; sicut e diverso nec exteri Sacerdotes ibi poterunt celebrare,quin vel peccent,vel fiant irregulares juxta regulas supradictas. Personale est,cum homo ipso sive in genere,sive in specie a divinis removetur,& ab ingressu Ecclesiæ,qui propterea nusquam locorum sacris poterit interesse. Datur præterea interdictum mistum, quo & loca & personæ interdicuntur: interdicto autem loco non intelliguntur in dubio interdictæ personæ, neque contra, cum pœnæ sint restringendæ, ut cum Soto, Avila,aliisque docet Bonac.hoc *tit.puncto 1.propos.2.*

Distat locale a personali interdicto; nam in locali fit ampla interpretatio,sic ut interdicta civitate, ipsius etiam suburbia, & continentia ædificia complectantur,scilicet ne interdicti fraudem celebretur in Suburbiis. Sic etiam interdicta Ecclesia continetur quoque capella ejusdem Ecclesiæ, quamvis sub diverso titulo sit; & diversa Jurisdictione regatur: sic etiam continetur Cœmeterium, ne illuc cadavera comportentur, quæ in Ecclesia ob interdictum nequeunt sepelliri,*d.cap.si civitas, & cap.is cui,de sentent.excommun.* E diverso,interdictum personale strictam recipit interpretationem: ita licet in favorabili-

Digitized by Google

bilibus ſub nomine populi ueniat Clericus, tamen interdicto populo Clericus non comprehenditur, *d. cap. ſi ſententia, cit. tit. in 6.*

III. Interdictum vel eſt generale, cum Regnum: Provincia, Civitas, aut Caſtrum interdicitur totum, vel eſt ſpeciale, cum aliquot ejuſdem loci interdicuntur, §. *rurſus*, idemque eſt, ſi una aliqua perſona interdicto ſupponatur.

His ita poſitis, videamus quæ Sacramenta tempore interdicti recte adminiſtrentur, ut ſuperius tradita definitio percipi poſſit. Et quidem Baptiſmus recte adminiſtratur etiam ſolemni ritu parvulis, & adultis ob moræ periculum; idipſum eſt de Chriſmate, quod veluti complet Baptiſmum, *cap. quoniam, de ſententia excomm. in 6.* Ita quoque ad pœnitentiæ Sacramentum admittuntur omnes etiam ſine extrema neceſſitate, dummodo interdicti non fuerint excommunicati, *cap. alma mater, cit. tit.* ubi Covarr. 1. *par.* §. 3. *num* 2. At vero auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum non miniſtratur, niſi in mortis articulo, qui tantum caſus excipitur in *d. cap. ſi ſententia*, itaut nemo illud ſuſcipere poſſit, neque in die Paſchatis, in quo tamen obligatur Miſſæ ſacrificio intereſſe, cum eo liceat celebrare, *d. cap. alma mater.*

Sic poſſe novum chriſma in die cœnæ Domini confici nulli dubium eſt, cum tunc vetus cremetur, *cap. quem in baptiſma, de ſententia excomm. in 6.* Cæterum Sacramentum ordinis non miniſtratur, *cap. non eſt nobis, de ſponſalibus, cap. reſponſo, de ſententia excomm.* ut etiam dicitur de extrema unctione, *cap. quod in te de pœnitentiis.* De matrimonio dubium eſt, ſed æquius eſt debere permitti, cum non reperiatur ſpeciatim prohibitum, ex *Reg. cap. is qui, de ſententia excomm. in 6.*

Digitized by Google Di-

Divina officia, ut miſſæ, horæ canonicæ, litaniæ, & id genus alia, quæ ab Eccleſiaſticis geruntur, tempore interdicti fieri poſſunt non ſolemniter, ſed januis clauſis, ſine pulſu campanæ, excluſis illis, qui interdicto cauſam dedere. At vero in magnis feſtivitatibus Divina officia publicè poſſunt concelebrari omnibus interdictis præſentibus, ut in diebus Paſchatis, Nativitatis, Corporis Chriſti, & in feſto Immaculatæ Conceptionis cum octava, DD. cum Covarr. in *d. cap. alma mater*, qui docent idem eſſe in Regis, aut Imperatoris adventu. Cæterum toto interdicti tempore poſſunt laici, veluti in confraternitis litanias, pſalmos, aliaque de more canere: nec enim hæc Divina officia cenſentur, quoties ab Eccleſiaſticis miniſtris ad id deputatis non canuntur, Sylveſter *v. interdictum* 5. aliique communiter.

Tandem Eccleſiaſtica ſepultura tempore interdicti prohibetur; poteſt tamen concedi, ſed ſine ſolemnitate. Vide Covarr. in *cap. quod in te, de pœnis*, & Bonac. *puncto 5. propoſ. un.*

Initio in locis interdictis omnia Divina officia erant prohibita, excepto puerorum Baptiſmo, & Sacramento pœnitentiæ pro moribundis, Alex. III. *cap. non eſt nobis, de ſponſalibus, ann.* 1170.

Circa annum 1200. conceſſa fuit prædicatio, & confirmatio ab Innocentio III. *cap. ex ſponſo, de ſent. excommunicationis.*

Ad annum 1230. Greg. IX. permiſit, ut per Hebdomadam una celebraretur Miſſa ſine pulſu campanæ, clauſis oſtiis, ut viaticus conſecrari poſſet, *cap. permittimus, de ſententia excomm.*

Deinde ad annum 1245. Innoc. IV. cruce ſignatis Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrari permiſit, item peregrinis: & ut Clerici Divina officia celebra-

Digitized by Google

brarent coram duobus, aut tribus, *cap. quod, de pœnit. & remiss.*

Hæc ampliavit ad annum 1300. Bonifacius VIII. in *cap. alma mater, de sententia excomm. in 6.*

De tempore, quo interdictum locale introductum sit, varia quæstio. Quidam putant id factum ab Alexandro III. in *cap. cum inter de consuet.* quos ibidem reicit Gonzalez, quem vide. Alexander III. rexit Ecclesiam ad annum Christi 1170.

Si Laici cogant Sacerdotes in loco interdicto celebrare, vel prohibeant, ne interdictæ personæ ab Ecclesia ejiciantur, aut si personæ ipsæ interdictum post admonitionem ab Ecclesia egredi detrectent, incidunt in excommunicatione latæ sententiæ, quæ a solo Pontifice absolvetur, *Clem. 2. de sententia excommunicationis*. Interdictum sit ad breve tempus, qui minuitur populi pietas, pullulant hæres, & infinita animarum pericula insurgunt, *d. cap. alma mater*, & *Extravag. 9.* Sotus in *4. dist. 22. q. 3. ad 1.*

DE SUSPENSIONE.

Tit. 15. & Ult.

SUspensio est censura, qua Ecclesiastica persona prohibetur officium vel beneficium, vel quæ sunt ordinis exercere ex toto, vel ex parte, in perpetuum, vel ad tempus. Et hæc suspensio non ita large patet, ut excommunicatio, & interdictum, quod omnes etiam laici possunt affici, cum suspensio in Ecclesiasticos tantum cadat, s. est autem.

Suspensionum duplex species est, una dicitur Judicis, ut cum quis per sententiam ab executione ordinis, & officii Ecclesiastici removetur. Ubi notandum cum Innoc. in c. 1. de excessibus Prælatorum, quod si suspensio inferatur ob contumaciam, opus est ut sententiam præcedat monitio secus si in pœnam de-

Digitized by Google

delicti, quòd omninò ex justitia distributiva lui debet; suspensionem esse irrogari, quamque ob delictum patet ex in literis, de testib. &c. in loco 5. quæst. 3.

Altera dicitur Canonis, veluti si quis in sacris constitutus sit publicus scortator, seu fornicator, ob quod est ipso jure suspensus, donec eum pœnituerit, c. nullus preter hoc dist. 32. c. si quis sunt præsbyteri dist. 81. Covar. late in c. si furiosi p. 1. §. 1. n. 5. Idem est in Simoniacis, de quibus in c. 41. de Simonia, & can. si quis a simoniacis 1. q. 1. Sic etiam, qui sciens prudens ad ordines assumit bigamum viduæ, est ipso jure a potestate ordinandi suspensus, c. ex pœnitentib. dist. 50. at vero per annum est suspensus a celebrandis Sacris c. nullus dist. 55. Alios casus vide apud Alurium in hoc tractat. post Summistas in verbo suspensio. Ubi notandum est, quod ob crimina non notoria, & publica jam quis est in quantum ad alios: nam Ecclesia militans de occultis non judicat, quapropter ita suspensus in officiis Ecclesiasticis non erit vitandus, c. porro. c. cum non ab homine de sententia excommunicationis Clem. 1. de hæreticis.

Si suspensus sciens prudens se ingerat in ea, a quibus suspensus est, fit irregularis, prout per dispensationem ad Summum Pontificem sit recurrendum, ut c. 1. de sententia, & re judic. in 6. sed Diana resol. 26. putat, cum quis a concionando est suspensus, si concionet, non proptera in irregularitatem incidere.

FINIS.

Digitized by Google

IN-

INDEX

Titulorum omnium in hiſce quatuor Inſtitutionum Canonicarum Libris contentorum.

LIBER I.

De Jure Canonico Tit. 1. pag. 6.
De Jure Divino, Conſuetudine, & Conſtitutionibus Tit. 2. 10.
De jure Divino veteris Teſtamenti, ibid.
De jure Divino novi Teſtamenti, 13.
De diſpenſatione legis novi Teſtamenti, 15.
De Conſuetudine, 17.
De Conſuetudine à lege prohibita, 21.
De Conſtitutionibus, 23.
Utrùm leges Principum laicorum obligent Clericos, ſaltem vi directiva. Quæſtio I. 24.
An leges Laicorum obligent Subditos in conſcientia. Quæſtio II. 25.
De Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, Tit. 3. 27.
De Conciliis, 28.
De Decretis Pontificum, 31.
De Dictis SS. Patruum, 33.
De jure Perſonarum, Tit. 4. 34.
De Epiſcopis, & Summo Pontifice, Tit. 5. 37.
De Patriarchis, ibid.
De Archiepiſcopis, 40.
De Epiſcopis, 42.
De poteſtate Epiſcopi circa leges, 45.
De poteſtate Epiſcopi in diſpenſando, 46.
De poteſtate Epiſcopi in Regulares, 49.
De poteſtate Epiſcopi circa Clericos, & Loca pia, 50.

Digitized by Google

De potestate Episcopi circa alia, 52.
De Summo Pontifice, ibid.
De Cardinalibus, 56.
De Electione Tit. 6. 58.
De his, quæ ad Electionem exiguntur, 59.
De modis, quibus Electi cfit, 63.
Qui eligere, eligive possint, Tit. 7. 65.
De obligatione Eligentis, 68.
De Electione sui ipsius, 70.
De Postulatione, Tit. 8. 72.
De Confirmatione Electionis, Tit. 9. 73.
Quæ facere Electus debeat, ibid.
Quæ facere debeat, qui confirmat, 74.
De his, quæ Confirmatio confert, 75.
De Consecratione, Tit. 10. 77.
De receptione. & authoritate Pallii, Tit. 11. 80.
De Vita, & honestate Prælatorum. Tit. 12. 83.
De officio Archidiaconi, Tit. 13. 86.
De officio Archipresbyteri, Tit. 14. 89.
De Primicerio, 90.
De officio Vicarii, Tit. 15. 91.
De Vicario Capitulari, 95.
De Coadjutore, Tit. 16. 96.
De Corepiscoporum usu sublato, Tit. 17. 99.
De Translatione, Tit. 18. ibid.
De Resignatione Beneficiorum, 101.
De Renunciatione, Tit. 19. 103.
De causis Renunciandi, ibid.
Quibus modis Renunciari possit, 106.
De Depositione, seu Degradatione, Tit. 20. 107.
De Sacerdotibus in inferiori gradu constitut. T. 21. 109.
De iis, qui sunt in sacris constituti, Tit. 22. 111.
De iis, qui sunt in minoribus ordinibus constituti, Tit. 23. 113.

Com-

Digitized by Google

Communia tam majorū, quam minorū Ordinū. T. 24. 116.
Qui promoveri non possunt, Tit. 25. 118.
De prohibitis ratione potestatis, ibid.
De prohibitis ratione delictis, 121.
De prohibitis ob suspicionem criminis, 124.
De prohibitis ob defectum corporis, 127.
De Præbendis, & aliis Beneficiis, Tit. 26. 128.
De Collationibus, & definitione, & divisione Collectarum, Tit. 27. 129.
Qui possint beneficia conferre, & quando, 130.
Quibus Beneficia conferri possint. 131.
De Pensionibus, 134.
De Institutionibus, & Jurepatronatus, Tit. 28. 135.
De Clericis non residentibus, Tit. 29. 158.
De Regularibus, & Monacis, Tit 30. 141.

LIBER II.

De rerum divisione, atque illarum administratione, Tit. 1. 153.
De Sacramentis, Tit. 2. 156.
De definitione Sacramenti in genere. ibid.
De definitione Sacramenti in nova lege, 157.
De divisionibus Sacramentorum, 159.
De partibus Sacramentorum, 160.
De Ministro Sacramentorum, 161.
De Baptismo, & ejus effectu, Tit. 3. 165.
De substantia Baptismi, & solemnitate. 169.
De divisione Baptismi, 171.
De materia Baptismi, 172.
De forma Baptismi, 175.
De Ministro Baptismi, 177.
Qui baptizari debeant, vel possint. 179.
De Sacramento Chrismatis, Tit. 4. 180
De Chrismatis definitione, & solemnitatibus, 181.
De materia Chrismatis, 182.

Digitized by Google

De *forma Chrismatis*, 184
De *Ministro Chrismatis*, ibid.
De *obligatione Chrismatis*, 186.
De *Pœnitentiis, & Remissionibus. Tit.* 3. ibid.
De *Definitione peccati*, 188.
De *divisione peccati*, 189.
De *regulis peccati mortalis, & venialis*, 195.
De *pœna peccati*, 196.
De *substantia, & partibus Sacramenti Pœnitentiæ*. 198.
De *Contritione*, 199.
De *Confessione*, 201.
De *Satisfactione*, 205.
De *Ministro Confessionis*, 206.
Quo jure Sacerdos potestatem absolvendi obtineat. Quæst. un. 208.
De *forma absolutionis*, 210.
De *Sigillo*, 211.
De *Eucharistia, Tit.* 6. 215.
De *Eucharistia ut Sacramento*, ibid.
De *definitione Eucharistiæ, & necessitate*, 216.
De *materia Eucharistiæ*, 218.
De *forma Eucharistiæ*, 221.
De *Ministro Eucharistiæ*, 223.
De *suscipientibus Eucharistiam*, 224.
De *Eucharistia ut Sacrificio*, 226.
De *extrema Unctione, Tit.* 7. 230.
De *Ordine, Tit.* 8. 233.
De *Sacramento Matrimonii, Tit.* 9. 239.
De *Sponsalibus*, ibid.
De *Nuptiis*, 241.
De *Divortiis*, 245.
De *rebus sacris, sanctis, & religiosis, Tit.* 17. 247.
De *construendis, consecrandis, & reparandis Ec-*

Digitized by Google *cl.&*

cleſiis, & Altaribus. Tit.18. 249.
De erectione Eccleſiarum, 250.
De Pollutione Eccleſiarum, 251.
De reparatione Eccleſiæ, 253.
De Unionibus Eccleſiarum, Tit. 19. ibid.
De Immunitate Eccleſiarum, Tit. 20. 255.
De Cenſibus Exactionibus, & Procuration. Tit. 21. 262.
De Capellis Monachorum, Tit. 22. 263.
De Religioſis Domibus, Tit. 23. 265.
De Sepulturis, Tit. 24. 268.
De Canonica portione, Tit. 25. 270.
De Decimis, Tit. 26. 272.
De Rebus Eccleſiæ alienandis, vel non, Tit. 27. 273.
De peculio Clericorum, Tit. 28. 277.

LIBER III.

DE Judiciis, atque illorum diviſione Tit. 1. 281.
De ſubſtantia Judicii, 282.
De diviſione Judicii, 283.
De iis, qui foro privilegii gaudent, 287.
De Judice, 299.
De Reo, 302.
Quibus caſibus privilegio fori non gaudeat, 304.
De exemtione Clericorum in Judiciis, 309.
An Exemtione Clericorum a juriſdictione ſecularis ſit de jure humano, an potius divino, 311.
De officio & poteſtate Judicis delegati, 315.
De Procuratoribus, Tit 2. 318.
De definitione & diviſione Procuratorum, 319.
De iis, qui in judicio Procuratores eſſe poſſunt, 321.
De cauſis ubi Procurator non admittitur, 324.
De Mandato generali, & ſpeciali, 326.
De Pactis, & Tranſactionibus, Tit. 3. 327.
De Pacti definitione & diviſione, 328.
De vi, quam habet Juſjurandum Pacto additum, 330.

Digitized by Google De

De Pacto à Filia, dum nubit, patri facto sub ju-
rejurando, ut dote congrua accepta non suc-
cedat, 331.
De Transactione, 333.
De Arbitris, Tit. 4. 334.
De definitione & divisione Arbitrorum. ibid.
De iis, qui Arbitri esse possunt, 336.
De causis, in quibus Arbitri non recipiuntur, 337.
De modis, quibus Arbitrium finitur. 338.
De in jus vocando, Tit. 5. 339.
De definitione Citationis, ejusdemque divi-
visione, ibid.
De iis, quæ ad Citationem requiruntur, 341.
De trina Citatione, & Peremptorio, 343.
Quibus causis Citatus in jus non veniens ex-
cusetur, 344.
De dolo & contumacia, & in possessionem Mis-
sione, Tit. 6. ibid.
De Libelli exceptione, & oblatione. 347.
De Exceptionibus, & Replicationibus, Tit 8. 349.
De Exceptionis definitione, ibid.
De divisione Exceptionis, 350.
De tempore proponendarum Exceptionum, 352.
De Exceptione Excommunicationis, 354.
De Replicationibus, 355.
De mutuis petitionibus, Tit. 9. 356.
De Restitutione Spoliatorum, Tit. 10. 357.
Quis dicatur Spoliator, ibid.
De pœnis Spoliatoris, 359.
Quibus casibus Spoliatus ante omnia non est
restituendus, 360.
De Litis Contestatione, Tit. 11. 361.
De Juramento Calumniæ, Tit, 12. 362.
Ut lite pendente nihil innovetur, Tit. 13. 363.

De

Digitized by Google

De Probationibus, Tit. 14. 364.
De Probatione, definitione, & partitione, ibid.
De Probatione per Confessionem, 365.
De Probatione per Testes, 367.
De Probationes per Scripturas, 370.
De Probatione per Jusjurandum, 371.
De Probatione per Judicis inspectionem. 372.
De Probatione per Præsumptiones, ibid.
De Probatione per notorium, & Famam. 373.
De Sententia & Re judicata, Tit. 15. 374.
De Sententiis, 376.
De Re judicata, ibid.
De Exequutione Rei judicatæ, Tit. 16. 377.
De Appellationibus, Tit. 17. 379.
De Appellationis definitione, ibid.
De Appellationis divisione, 381.
De temporibus Appellationum, 382.
De differentiis Appellationum, 383.
De Restitutione in integrum, Tit. 18. 386.

LIBER IV.

DE Accusationibus, denunciationibus, & Inquisition. Tit. 1. 389.
De Accusatione, 390.
De denunciatione, 392.
De Inquisitione, 395.
De duplici Purgatione, Tit. 2. 397.
De Duello, 399.
De Simonia, Tit. 3. 403.
De definitione Simoniæ, 404.
De divisione Simoniæ, 406.
Ex quibus capitibus contrahatur Simonia, 407.
Quibus casibus Simonia non committatur. 409.
De pœnis, quibus Simoniaci coercentur, 411.
De Hæreticis, & Schismaticis, Tit. 4. 412.

De

Digitized by Google

De Hæreticis, ibid.
De Schismaticis, 416.
De Apostatis, 418.
De Sortilegis, Maledicis, & Sacrilegis, Tit. 5. 419.
De Sortilegis, ibid.
De Maledicis, 421.
De Sacrilegis, 423.
De Furtis, Tit. 6. 426.
De Usuris, Tit. 7. 428.
De definitione Usuræ, ibid.
De divisione Usuræ, 430.
De proibitione Usurarum, ibid.
De nautico fœnore, 433.
De pœnis, quibus Usurarii plectuntur, 435.
De Adult., & aliis conjunctionibus illicitis, Ti. 8. 437.
De Adulterio, ibid.
De Stupro, 438.
De Raptu, 439.
De Crimine Falsi, Tit. 9. 440
De Homicidio, Tit. 10. 442.
De definitione Homicidii, ibid.
De divisione, & pœnis Homicidii, 445.
De Injuriis, & damno dato, Tit. 11. 448.
De Censuris Ecclesiasticis, Tit. 12. 451.
De Sententia Excommunicationis, Tit. 13. 453.
De definitione, & divisione Excommunicat. ibid.
De percussore Clerici, 457.
De Excommunicatione hominis, seu judicio, 463.
De Communicatione cum Excommunicato, 465.
Quando quis communicans cum Excommunicato excusetur, 466.
De pœnis Excommunicati, 469.
De absolutione Excommunicationis, 471.
De Ecclesiastico interdicto, Tit. 14. 474.
De Suspensione, Tit. 15. & Ult. 479. IN-

Digitized by Google

INDEX

Rerum, & Verborum

NOTABILIUM.

A

Abortus quando sit homicidium. pag. 443.
Absolvendi potestas quo jure Sacerdoti competat. 206.
Absolutionis forma in Sacramento Pœnitentiæ. 211.
Absolutio a Censuris vide v. *Excommunicatio*.
Accusatio, seu quærela quid sit, & quomodo facienda. 390.
Accusator quid præstare teneatur, & an hodie in usu sit pœna talionis. 391.
Qui accusare non possunt. 393.
Accusatus an possit alium lite pendente accusare. 394.
Acolytus unde dictus, & quale ejus officium. 114.
Actor an possit esse contumax. 347.
Adulterium quando committi dicatur, & quibus pœnis coerceatur. 437.
Apostasia quid significet, & quotuplex sit. 418.
Appellatio quid sit, & quando locum habeat. 379.
Quotuplex sit. 380.
Qualiter una ab altera differat. 383.
Intra quod tempus sit facienda. 382. & 383.
Arbitri, qui proprie sint, & quotuplices. 334. 335. & 336.
Qui esse nequeant. 336. & 337.
Quibus in casibus dari non possunt. 337.
Arbitrium seu compromissum qualiter expiret. 338. & 339.
Quando in Regno peti possit. 335.
Archidiaconi dignitas, & officium late. 86. & 87.
Archiepiscopus quæ jura in Ecclesiis Episcoporum suffraganeorum habeat. 40.
Archipresbyteri dignitas, & officium. 89.
Rurales qui sint, & quid facere debeant. 90.
Astrologia quatenus permittatur. 420.
Attentatum quando committi dicatur. 363. & 364.
Attritionis definitio. 199.
Qualiter a contritione differat. *ibid.*

Digitized by Google

INDEX

B.

BAptismus ab Hæreticis collatus an validus sit. *pag.* 168.
An sit rebaptizandus, qui ab hæretico Baptismum accepisset. *ibid.*
Baptismi etymon, & quando institutus. 168.
Quo ritu olim fiebat. 167.
Cur Christus baptizari voluit. 168. & 169.
Hujus Sacramenti definitio, materia, & forma. *ibid.*
Ejusdem solemnitates. 169.
Olim quo tempore conferebatur. 170. & 171.
Quotuplex sit. *ibid.*
Baptismi flaminis materia latè explanatur. 172.
Forma quæ sit, & quotuplex. 175.
An hæc olim varia, præcipue apud Græcos. 177.
Minister ordinarius quis sit, & quis in casu necessitatis. 177.
An quilibet non Sacerdos extra necessitatem baptizans mortaliter peccet. 178.
An plures possint unum baptizare. 178.
Qui baptizari debeant. 179.
Beneficium quotuplex sit. 130.
A quo conferri possit. *ibid.* & 131.
Quibus conferatur. 131.
Quæ differentia sit inter beneficium compatibile, & incompatibile. 133.
Blasphemia quid sit, 421.
Quotuplex, & qua pœna coerceatur; 422.

C

CAnonica portio, quæ sit, & quotuplex. 270. & 271.
Cantor, seu Psalmista quam potestatem habeat. 114.
Cardinales olim qui fuerint, & nunc sint, ubi de eorum dignitate, origine, & prerogativis. 56. & 57.
Censura Ecclesiastica quid sit, late describitur. 451.
Ejusdem divisio. 452.
Chorepiscopus unde dictus, & qui sit. 99.

Cir-

Digitized by Google

Circumcisio, ejusque materia dilucidatur. 166.
Citatio, & in jus vocatio, qualiter differant. 343.
Quid sit, & quotuplex. *ibid.*
Ejusdem requisita. 341. & 342.
Quare introducta trina citatio, & quando hæc necessaria, ubi de peremptorio. 342.
Quibus ex causis citatus a comparendo excusetur. 344.
Clerici unde dicti, & quomodo inter se differant. 34. & 35.
Quæ facere non possint, latè. 36.
Quatenus cum mulieribus cohabitare possint. 115.
An possint acquirere, vel alienare peculium, & bona propria latè. 274. *& seqq.*
Clerici in minoribus, quæ observare debeant ad hoc ut privilegio fori gaudere possint. 287. 288. *& seqq.*
Quid de Clericis conjugatis. 291.
An horum Uxores eorum privilegio fori gaudeant, 292.
An Clericorum famuli. 294.
An familiares, vel filii. 295. & 296.
Clericus, si post delictum fiat Laicus, a quo Judice puniendus. 297.
Clerici quibus in causis non gaudeant privilegio fori. 304. *& seq.*
An conveniri coram Judice laico possint. 305. *& seq.*
Quid dicendum de Clerico Hærede, Tutore, vel Curatore laici. 306. *& seqq.*
Quomodo procedatur in Regno contra Clericum, qui turbat, vel expoliat in possessione laicum. 306. & 307.
Clericorum exemptio in Judiciis vide *v. Exemptio.*
Coadiutor quando, & a quo dari possit. 96. & 97.
Et an cum futura successione in dignitate, vel officio. 97.
A quo tempore primùm dari cœperit *ibid.*
Collatio beneficiorum vide *v. Beneficium.*
Commendarum usus quando introductus. 132. & 133.
Commendatarius, & Æconomus qualiter differant. *ibid.*
Commendatitiæ literæ quæ sint vide *v. Literæ.*

Digitized by Google

Compromissum, seu arbitrium quid sit, & de pactis in eo apponi solitis. 334. & seq.
In Regno quando peti possit. ibid.
Quibus in causis locum non habeat 337.
Qualiter expiret. 338.
Alia circa materiam vide v. *Arbitri*.
Conciliorum divisio quotuplex, eorumque definitiones. 28. & seq.
Quæ res in illis determinari possint, & qui intervenire debeant. ibid.
Confessionis præceptum quomodo, & quando obliget. 201. & seqq.
Ejusdem integritas in quo consistat. ibid.
Quando non integra valeat. ibid.
Alia circa materiam. vide v. *Pœnitentia*.
Confessio in judicio quatenus probet. ibid.
Confirmatio electionis v. *Electio*.
Confirmationis Sacramentum, seu Chrisma quid sit, & quando istitutum. 180. & 181.
Ejusdem definitio, & solemnitates. 181. & 182.
Materia, quæ, & quotuplex. 182.
Forma quibus verbis concipiatur. 184.
Minister Ordinarius quis. ibid.
Olim quo ritu conferebatur. 185.
An hoc Sacramentum sit de præcepto, an solum de consilio. 186.
Consuetudo Ecclesiastica quid, & quotuplex. 17.
Qualiter, differat a Traditione. ibid.
Quando non teneat, & dicatur potius corruptela, & abusus. 20.
Ejus divisio, & requisita. 17. 18. & seq.
Constitutio Ecclesiastica, quid, & quotuplex sit. 27.
Contestatio litis, v. *Litis contestatio*.
Contritio quid sit, & qualiter ab attritione differat, 199.
Contumacia quando contrahatur, latè, 344.
Quibus pœnis coerceatur. 445.

Deci-

Digitized by Google

R E R U M.

D

Decima quid, & quotuplex sit. *pag.* 272. & 273.
Degradatio, & depositio qualiter inter se differant. 107.
Quomodo, & quando sit facienda. 108.
Delegatus Judex quid facere possit, ubi plenè de ejus officio, & potestate. 385.
Delicta quatupliciter considerari possint, 403. & 404.
Denunciatio quid, & quotuplex sit. 392. & 393.
Diaconatus an sit Sacramentum. 238.
Diaconus quam potestatem habeat. 111.
Duellum quid sit, & ejus requisita. 399.
An quandoque sit licitum. 401.
Cur hodie tam severè sit prohibitum. *ibidem, & seq.*
An sit natura malum. 400.

E

Ecclesia unde dicta, & quot modis accipiatur. 249.
Ejus erectio qualiter fiat. 250.
Quando dicatur polluta. 251.
Quomodo plures Ecclesiæ uniri possint. 253. & 254.
Illarum immunitas quæ sit, vide *Immunitas*.
Electio Canonica quid sit, & quare successioni præferatur. 58.
Ut sit valida, quæ requirantur, ubi etiam de electione Summi Pontificis. 59. *& seq.*
Quibus modis fieri valeat. 63. & 64.
Qui eligere, vel eligi possint. 65.
Obligatio eligentis quæ sit. 68. & 69.
An quis seipsum eligere possit. 70.
Electionis confirmatio, ut legitimè fiat, quid requiratur. 74. & 75.
Et quid ista confirmatio conferat. 75.
Episcopus unde dictus, & ubi præsidere debeat. 42. & 43.
Episcopi quando instituti, & an semper certas Diœceses habuerint. 43. & 44.

Digitized by Google

Quæ sit eorum potestas circa leges ferendas, vel intetpretandas, vel in dispensando. 45. 46. & 47.
Quæ in Regulares; 49.
Quæ in Clericos; & loca pia; 50. & 51.
Qualiter eligantur, & confirmentur; vide supra v. *Electio*.
Episcopus quando; quomodo; & à quo sit consecrandus. 77. *& seq.*
Illius vita, & virtutes; quæ esse debeant. 83. *& seq.*
An per se possit Ecclesiam regere, adeo ut non cogatur Vicarium eligere; 95
Episcopatus an sit Sacramentum. 237. *in fine* & 238.
Evangelium quid significet, & unde dictum. 13. & 14.
Eucharisti. Sacramentum quot modis nuncupetur. 215.
Quando a Christo institutum. *ibid.*
An laici obligentur ad communionem sub utraque specie. 216.
Eucharistiæ definitio, & necessitas. 216. *& seq.*
Materia quæ, & quotuplex. 218. *& seq.*
Forma Minister 221. *& seq.*
Requisita ad hoc Sacramentum dignè suscipiendum quæ sint. 224. *& seq.*
Olim quando Eucharistia Christianis concedebatur 225. & 226.
Eucharistiæ Sacrificium quid sit, & alia circa materiam; vide *v. Missa*.
Exceptionis definitio, & divisio. 349. & 350.
Quo tempore proponi exceptiones debeant. 352.
Quid dicendum de illa excommunicationis. 254.
Excommunicatio quid sit. 453. *& seq.*
Quotuplex; 454
An mortui anathemati subjici possint; 456.
Quid dicendum de percussore Clerici. *ibid. & seq.*
Requisita ad hoc, ut percussor Clerici incidat in excommunicationem; 457.
Quando mandans, vel consulens, ut Clerico injuria inferatur, incidat in excommunicationem. 459.
Quid de Clerico, qui libens volens se percuti patiatur. 460.

Ca-

Digitized by Google

Casus in quibus percussor Clerici non est anathemati subjectus.
Hujus excommunicationis absolutio cui reservata. 462.
Quid requiratur in excommunicatione a Judice ferenda. 463. & seq.
Cum quo excommunicato negetur vel permittatur communio. 464. & seq.
Qui potestatem habeant absolvendi ab excommunicatione. 471.
An in casu necessitatis, puta in gravi morbo Laicus, Sacerdote deficiente, excommunicatum absolvendi valide possit. 473.
Exemptio Clericorum in Judiciis quæ olim fuerit, & nunc sit. 309.
An sit de Jure Divino, vel potius humano, plene discutitur. 311.
Exorcista quis, & quid facere possit. 114.

F

FAlsi crimen quid sit, & quæ ejus pœna. 440. & 441.
An permittatur cum dolus abest. ibid.
Fama in qua consistat, & lædi possit. 373. & seq.
Qualiter in judicio probet, & differat a Notorio. ibid.
Fori Ecclesiastici privilegio qui gaudeant. 287. & 288.
Forma Sacramentorum vide in verbis cujuscumque Sacramenti.
Furtum quando sit quoque Sacrilegium. 426.
Ejusdem definitio. ibid.
Qualiter sit permissum. 426.
Quibus pœnis coerceatur 428.

G

GAllia an receperit Sextum Volumen Decretalium. pag. 51

Digitized by Google

Gratianus Monacus ex familia Divi Benedicti, quo tempore Volumen Decreti compleverit. 4.

H

Hæresis definitio dilucidatur. pag. 412. & seq.
Quæ sint pœnæ in Hæreticos, & quid de his puniendis senserit Divus Augustinus malè a quibusdam intellectus. 413., & 414.
An hæreticis fides servanda sit. ibid.
Homicidium quid sit. 442.
Quando committatur ubi etiam de abortu. 443.
Quotuplex sit. 445.
Quomodo puniatur. ibid. & seq.
Honor quid sit, & quomodo lædi possit. 448.
Hospitalia seu Religiosæ domus quæ sint. 265.
An sint loca pia, & subsint Episcopo, atque ab hoc visitari possint. ibid. & seq.
Ad quæ teneantur illorum administratores. 267. & 268.
Hypodiaconus vide v. *Subdiaconus*.

I

Immunitas Ecclesiarum quid sit, & quotuplex. 255.
Quibus denegetur. 256. & 257.
Qui illa gaudeant. 260. & seq.
Apud Hæbreos qualis erat. 261.
Injuria quomodo definiatur, & in quo consistat. 448.
Qualiter puniatur. 249. & 250.
Inquisitio criminum quotuplex sit. 395.
Quomodo facienda, & quid operetur. 396.
Interdictum Ecclesiasticum quid, & quotuplex. 474. & 475.
Quando interdictum locale introductum. 476.
Irenicæ literæ quæ sint, vide v. *Litera*.
Judex quæ scire debeat. 299. & seq.
An possit munera accipere. 300.
Cur secundum allegata, & probata judicare debeant. ibid.

An

Digitized by Google

An possit pœnas augere, vel minuere. 381.
Judicis inspectio quando requiratur? 372.
Judex Delegatus, *v. Delegatus*.
Judicis definitio, divisiones. 299.
Juramentum quomodo, & quando in judicio deferendum. 371.
Juramentum pacto additum quam vim habeat. 330.
Juramentum calumniæ quid sit, an hodie in usu. 362. & 363.
Jurisdictiones Pontificia, & Regia cur turbari non debeant. 23.
Jus Civile olim apud Romanos quotuplex. 3.
Juris Canonici etymologia, & definitio. 6. & *seq.*
Jus Canonicum quotuplex, & ex quibus collectum. 10.
Jus Divinum quid sit, & qualiter dividatur. *ibid.*
Ejusdem in veteri Testamento partes, & sensus 10. & *seq.*
Quando Jus veteris Testamenti cessaverit. 12.
Novi Testamenti in quot partes dividatur. 13. & 14.
An Pontifex in hoc jure dispensare possint. 15.
Juspatronatus quid sit, & quibus ex causis acquiratur. 135. & *seq.*
Justum duplex, unum secundum rationem, alterum legale. 7. & 8.

L

Laici unde dicantur, & an possint de rebus fidei disputare, vel populo verbum Dei prædicare. *pag.* 34.
Laicus simul cum Clerico delinquens a quo Judice puniendus. 299.
Laura quid significet, & qualiter a Monasterio differat. 141.
Leges Principum Laicorum an obligent Clericos saltem vi directiva, & an in conscientia subditos, plenè discutitur. 24. & *seq.*
Libellus quid sit, & in quo consistat. 347.
Ejus divisio. 348.

Qui-

Digitized by Google

Quibus in causis non requiratur, *ibid.*
Literæ commendatitiæ, & Irenicæ quid sint, & qualiter inter se differant. 139.
Litis contestatio quando fiat, & quid operetur. 361. & 362.

M

Maledici, seu blasphemi quibus pœnis coerceantur. *pag.* 422.
Mandatum quotuplex sit. 326. & 327.
Matrimonium quid sit. 239.
An per Procuratorem contrahi possit, & qualiter. 240.
Quæ sint huius Sacramenti materia, & forma. *ibid.*
Qualis consensus in Conjugibus requiratur. *ibid.*
An per divortium dissolvi possit quo ad vinculum. 243.
Missa unde dicta, ejusque definitio, & partes. 226.
Cur dicatur infiniti valoris. 227. in fine, & 228.
De Missæ eleemosyna. 229.
Quoties in die Missam Sacerdos olim celebrare potuerit. *ibid.*
Monacorum varia nomina, & officia. 141. *& seq.*
Monacus quibus votis se obligare debeat. 143.
Quando de una in alteram Religionem migrare queat. 145.
Ejus paupertas quotuplex. 146.
Votum castitatis in quo consistat. 148.
An Pontifex in tribus votis Monacorum dispensare possit. 149.
Monachi, & monasteria, quibus in casibus subsint Episcopo. 263.
Mulieres subdiaconissæ, Diaconissæ, Præsbiteræ, & Episcopæ, quæ olim fuerint. 115.
Mutua petitio, vide v. *Reconventio.*

Nau-

Digitized by Google

R E R U M.

N

NAuticum fœnus quando permittatur. pag. 433.
Notorium quid sit, & quomodo probet in judicio, 373.
Qualiter differat a Fama. ibid.
Nuptiæ in genere, & in specie quatenus Sacramentum, & quid sint. 241.
Alia circa materiam. v. *Matrimonium.*

O

ORdinis definitio. pag. 233.
An inprimat characterem, & an probatæ reordinationes plene. 234.
Utrum omnes ordines sint Sacramenta, 237.
Ordines qualiter conferri debeant. 117.
Qui ordinari non possint. 118. & *seq.*
Ostiarius, ejusque officium. 114.

P

PActi definitio, & divisio. pag. 328.
Pactum vestitum an jure legatur. 329.
Pactum legibus improbatum an juramento confirmetur. 330.
Pacto de non succedendo a filia dotata in favorem Patris factum an juramento firmetur, late discutitur. 331. & *seq.*
Palea in libro Decreti quid significet. 4. *in fine* & 5.
Pallium quid, & qui eo utatur. 81.
Papæ nomen quid significet, & quibus olim dabatur. 53.
Patriarchæ unde dicti, qui & quot olim atque hodie in Ecclesia sint. 37. & 38.
Olim primi erant post Pontificem, an hodie illis præferuntur Cardinales. *ibid.* Pa-

Digitized by Google

Patrimonium quid sit, & an à Patre filio constitutum imputetur in legitimam. 128. & 129.
Peccati definitio. 188.
Divisio quotuplex. 189.
Regulæ ad dignoscenda peccata quæ sint 195.
Quæ pœnæ peccati. 196.
Pensio quid, & quotuplex sit 134.
Super quibus beneficiis, & quando imponi possit. *ibid.*
Percussor Clerici qualiter puniatur, vide *v. Excommunicatio*.
Peremptorium quid sit, vide *v. Citatio*.
Pœnitentiæ Sacramentum quando à Christo institutum. 187.
Quid sit, & ejus partes. *ibid.*
Ejusdem minister quis, 206. & 207.
Postulatio quid sit, & ejus requisita. 72.
Pontifex an possit dispensare in lege Novi Testamenti. 15. & 16.
An leges condere. 32. & 33.
Quot titulos, & gradus habeat. 53.
An sit supra Concilium universale. 54.
An possit renunciare Papatui 56.
An potestatem habeat dispensandi in tribus votis Monachorum. 151.
Præbenda quid, & quotuplex. 128.
Præsumptionis definitio, & divisiones. 372. & 373.
Quatenus in judicio probet. *ibid.*
Præsbyteri quando instituti, & quam potestatem habeant. 109.
Quomodo sint consecrandi. *ibid.*
Primicerius unde dictus, quis olim, & nunc sit. 90.
Prima Tonsura an sit Sacramentum, vel Ordo. 234.
Probatio qui, & quotuplex sit. 364.
Quatenus probet facta per confessionem colligatoris. 365.
Per testes. 367.
Per scripturas. 370.
Per jusjurandum. 371.
Per Judicis ispectionem, seu accessum. 372.
Per præsumptiones, ubi de harum divisione. *ibid. seq.*

Digitized by Google

Per notorium, & famam. & qualiter hæc inter se differant. 373.
Procuratorum species, & definitiones. 319.
Qui in judicio esse possint. 321.
In quibus causis non admittantur, 324. & 325.
Purgatio criminum quid, & quotuplex, & quæ olim fuerit. 397.
Quæ sit Canonica purgatio. 398.

Q

Quærela, seu accusatio quid sit, & quomodo facienda. pag. 390.
Alia ad materiam, vide *v. Accusatio.*

R

Reconventio, seu mutua petitio quid sit. pag. 390.
Quando locum habeat, vel non. *ibid. & seq.*
Regulares quatenus distinquantur a Monachis. 141.
Renunciatio beneficii, vel dignitatis quibus casibus fieri possit. 104.
Quomodo sit facienda. 106.
Quotuplex sit. *ibid.*
Res in genere qualiter dividatur. 158.
Rerum Ecclesiasticarum divisio. 159.
Res Sacræ, Sanctæ, & Religiosæ, quæ sint. 247.
Res Ecclesiasticæ quomodo rite alienentur. 275.
Res judicata, vide *v. Sententia.*
Restitutio in integrum a sententia quando competat. 386.
Reus in judicio an in conscientia teneatur veritatem fateri. 302. & 303.
An fugiens a carcere peccet, *ibid.*
An Custodes decipere possit. 304.
Romani quo tempore parvulis nomina, & prænomina imponebant. 167.

Digitized by Google

INDEX

S

Sacerdos quo jure potestatem absolvendi habeat. pag. 206.
Sacramentum quandoque idem, quod juramentum. 156.
Sacramenti in genere definitio, & divisio. 157.
Definitio Sacramenti in specie, seu novæ legis. ibid.
Divisio ejusdem, materia, forma, & Minister. 158.
Sacramentum, & Sacramentale quatenus differant. 238.
Sacrilegium quid sit. 423.
Quibus pœnis coerceatur. 425.
Satisfatio in Sacramento Pœnitentiæ, in quo consistat. 205.
Schismaticus unde dictus, & qui sit. 416.
Scriptura quotuplex, & qualiter probet. 370.
Sententia quid, & quotuplex. 374.
An in scriptis proferenda. 375.
Quæ præferenda in pari voto. 376.
Quando transeat in rem judicatam. 376 *in fine* & 377.
A quo, & qualiter executioni demandanda. ibid.
Sepultura Ecclesiastica qui priventur. 268.
Sigilli obligatio, quo jure, & quibus in casibus servanda in ministro confessionis. 211. & *seq.*
Simoniæ definitio. 404.
Divisio ejusdem. 406.
Quibus modis fiat. 407.
Sortilegium quid sit. 419.
Sponsalia unde dicta, & qualiter definiatur. 239.
Quomodo contrahantur, & dissolvantur. 240.
Spolium quibus modis committatur. 357. & 358.
Qualiter puniatur. 359.
Quando ante omnia spoliatus sit restituendus. 360.
Stuprum quid sit, & quot modis committatur. 438.
Subdiaconus, seu Hypodiaconus quam potestatem, & officium habeat. 112.
Subdiaconatus an sit Sacramentum. 238.

Digitized by Google

Suſpenſio quid, & quotuplex ſit ubi de materia irregularitatis, latè. 479. & ſeq.

T

TAlionis pœna quæ, & an hodie in uſu. pag. 391. in fine & ſeq.
Teſtium depoſitio quatenus valida ſit, & in judicio probet. 367.
Qui modo a Judice recipienda. 368.
Quot teſtes in judicio requirantur. 367.
Qui admittantur, vel rejiciantur. 368.
Tranſactionis definitio, & requiſita. 333.
Qualiter bona fide tranſactio inita reſcindatur ob ænormiſſimam læſionem. 334.
Translatio quid ſit, & quando peti poſſit. 99. & 100.
Tutor Clericus an conveniri poſſit in foro ſeculari. 307.

V

VIcarius Capitularis quando, & à quibus eligendus. pag. 95.
Quæ ei prohibeantur. ibid.
Vicarius generalis, Epiſcopi qualiter differat ab Archidiacono. 92.
An poſſit eſſe laicus ibid.
An debeat eſſe in jure Canonico Doctor, vel Licentiatus. ibid.
Quid ſi in Theologia ſit Doctor. ibid.
Quæ ſine Epiſcopi mandato facere non poſſit. 93.
Quam jurisdictionem habeat. ibid.
Ab ejus ſententia ad quem appellatur. 94.
An neceſſario ſit eligendus ab Epiſcopo. ibid.
Unctionis Sacramentum quid, & quando inſtitutum. 230.
Ejusdem materia, forma, Miniſter, neceſſitas & alia. 231. & ſeq.
Vocatio in jus, vide v. Citatio.

Digitized by Google


Votum castitatis, vide v. *Monachus*.
Usuræ definitio. 428.
Divisio. 430.
Quo jure prohibita. *ibid. & seq.*
Quando permitti possit. *ibid.*
Quid dicendum de Nautico sœnpre. 433.
Quibus pœnis coerceatur. 435.


FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google


Digitized by Google